



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>







4^o

Loan. N.

Chiavetta

34-3

<36639135200014

<36639135200014

Bayer. Staatsbibliothek

X H O W I
2 1 2 2 2 2 2
BENEDICTI
CHIAVETTA S. J.
INSTITUTIONUM
JURIS CANONICI
LIBER III
D E
JUDICIIS, DELICTIS,
E T
POENIS ECCLESIASTICIS.

DoN. N. do da INDIA.

1877

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and mostly illegible due to the quality of the scan. Some words are difficult to discern but appear to be arranged in several lines.

Bayrische
Staatsbibliothek
München

INSTITUTIONES JURIS CANONICI.

S E U

SUMMA TOTIUS LEGIS PONTIFICIÆ,
IN TRES LIBROS DISTRIBUTA.

Quorum Primus Personas; Secundus Res; Tertius Judi-
cia, Delicta, & Pœnas Ecclesiasticas complectitur.

O P U S

*Tyronibus non modò, ut suaviorem ineant viam, sed ipsi
etiam Juris Consultis accommodatum, ut promptius
in hac re habeant memoriæ juvamen.*

A U C T O R E

P. BENEDICTO CHIAVETTA

PANORMITANO SOCIETATIS JESU,

Scholasticæ olim in Messanensi, & in Panormitana ejusdem
Societatis Academia tum Scholasticæ, tum Moralis
Theologiæ, nec non Sacræ Scripturæ,

NUNC SACRORUM CANONUM ITERUM PROFESSORE.

LIBER TERTIUS

D E

JUDICIIS, DELICTIS, ET POENIS ECCLESIASTICIS,

Cum duabus Digressionibus Theologicis:

De Recto usu opinionis probab. & Restrict. Mentali prohibita.

REVERENDISSIMO DOMINO S.T. ET U.J.D.

DON PHILIPPO SIDOTI

Magistro Cappellano, & Canonico Metropolitanæ Ec-
clesiæ Panormitanæ, & Illustris. F. D. IOSEPHI GASCH

Archiepiscopi Panormit. in Spiritualibus, &

Temporalibus Vicario Generali &c.

D I C A T U S.

PANORMI, Ex Typographia Regia Antonini Epiro 1713.

Imprim. Sidoti K. G.) (Imprim. de Ugo P.

DoN. No. do da INDIA

**BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.**

REVERENDISSIMO DOMINO S.T. ET U.J.D.

D. PHILIPPO SIDOTI

PROTONOTARIO APOSTOLICO, SS. INQUISITIONIS Advocato, & Consultori, ex Parocho S. Hypolitii, & S. Jacobi a Maritima, & ex Vicario Gen. Diocesis Montis Regalis Capituli Sede vacante, Magistro Cappellano, & Canonico Metropolit. Ecclesie hujus Urbis, ac Illustif. & Reverendis. F. D. JOSEPHI GASCH Archiep. Panorm. in Spiritualibus, & Temporalibus Vicario Generali &c.

BENEDICTUS CHIAVETTA S.J.

FELICITATEM.



Quod olim Pictoribus solemne fuit, ut ad-
umbratas rerum imagines, ubi ad ve-
risimilitudinem minus accedere adver-
tebant, adjecto ad calcem nomine di-
stinguerent; idem illud nunc mihi usurpare liceat,
Reverendissime Domine, dum eadem omnino me-
adigit necessitas. Etenim cum ad Opus hoc meum
manus admoveere statuissem, id mihi unum propo-
sui, ut Ecclesiastici Judicis speciem exactissime
perducerem; illudque effingere studui, quod homi-
nem magnum, atque sapientem deceat, qui judi-
candi, ut ajunt, tabellam aliquando sumpserit.
Sed absoluta jam imago (quod quidem sentio) nec
voto respondet meo, nec optimum Judicem refert.

§ 3.

nisi

nisi tantum Te, tuoque nomine discriminetur. Sane qualem ego Fidem exprimerem, quâ non putaret Judex, sibi quodcumque concupierit licere: niti tuam illam, quâ odium, metum, cupiditatesque omnes amoves, designarem? Qualem describerem clementiam: niti illam aliquando notarem, quâ statuta a lege poenas, aut per sepe temperas, aut ita infligis, ut quisque sciat omnino meruisse, quod patitur? Unum tamen est, quod a proposito deterere me posset, ac plurimum mihi timorem in presentia creare, Nomen, scilicet, tuum: vide quid dicam, Nomen, inquam, tuum, quippe quod longè plura indicat, quam quæ in Judicem confluant incorruptum. Fecisti, (dico aperte) ut idem nomen, & singulare tibi, & omnibus honorum gradibus, quâ usu, quâ meritis commune censeretur. Quis enim te appellat, qui perfectam ex omni bonarum artium facultate congeriem non intelligat? Quis dignitatum gradus recenset, qui unâ singulos aut conscendisse te non sentiat, aut non augeretur conscensurum? Vix unum te putamus, cum tot, tantaque decora perpendimus, sed unum te esse probant majora, quæ meruisse comperimus. Enigma es, sed tua ipsa luce clarissimum: quod magna habuisti virtutis præconia, præstatione mereris. Quidquid enim tibi hæcenus collatum est, meritum quidem auxit, non explevit. Tantum profecit bonos, cum te adiit, ut alteri subinde honori, sedem comparasse videretur. Nec tibi unquam onus imposi-

tum

ram est, quod vires penitus exhauferit tuas. Pluri-
bus profuisti Paracis, sed hoc maxime Montis-Re-
galis Ecclesiam movit, ut suo viduata Pastore, Pa-
trem te expeteret, ac Tutorem. Vix inde te Panor-
mus repetiit, cum nova de tuis virtutibus conten-
tio oborta est. Voluere te a Consiliis Quæstiores
integerrimi, qui iudicium adversus hæreses exer-
cent. Te in amplissimi Sacerdotii Collegium, quod
vulgò Canoniorum appellant, cooptatum, & ad-
scriptum voluere. Te voluere suæ diligentia, sui que
muneris Vicariū, Illustrissimi æque, ac Peritissimi
rerum existimatores D. Ferdinandus de Bazar, &
F. D. Joseph Gasch Metrop. hujus Ecclesiæ Archiepi-
scopi. Nūc autē quæti, Viri, Deus immortalis, vices,
personamq; geris. Sed quantā ille fidem in te homine
probatissimo sortitus est? Quid in singulis immoror?
Quis ordo, qui locus, quæ authoritas te sibi non
expostulari videt? quis non habuit? neque enim gratis,
aut precario cepisti dignus haberi, cum per tot,
tantaq; munera ad tantam magnitudinem excre-
visses. Atque hoc quidem est, quod me iterum allit-
cit, ut te adeam, si unquam ab accessu deturbaverit.
Communitas nimirum nominis tui. Nemini te de-
negas. Omnibus virtutum tuarum, & copiam fa-
cis, & pretium. Fecisti quodammodo, ut in te jus
habeat quisquis Patrono indiget. Hoc tamen obse-
se posset, cur ego rogatam hanc pene legem non te-
neam, quod te quoquomodo laudaverim. Reus sum,
fatear, quod modestiam ipse tuam vulnerare ausus
sim;

sim; sciebam enim infensum esse te: vehementer, atque iratum laudibus tuis. Quippe quem scio, maluisse semper laudes mereri, quam ferre, tantoque illibentius commendationes audire tuas, quanto commendabiliora facere delectaris. Ut igitur a me hanc prope justam virtutis tuæ querimoniam detester, ac deprecer; pœnam ipse mihi præscribam. (Et prob! quanta est pœna calamum a tuis laudibus revocare) Sileam de te, quandoquidem ita jubes, Et in ultimas Orbis terras deportandum curabo, quidquid hæctenus dictum est. At quo? ubinam gentium latere potes, si Japoniam ipsam Orbe penè toto diremptam nominis tui fama pervasit? Intelligis jam quid innuerim, nec opus est verbis, ubi illum perstringo, quem unice, meritoque amas, ac emularis: Fratrem eloquor tuum D. Joannem Baptistam Sidoti, natu minorem, virtute parem, moribus omnino Apostolum. Ecquâ, rogo, hæreditaria animi modestiâ præditi estis, dum nihil magis, quam laudes, plaususque hominum abhorretis? Hic quoque conceptam de se spem, ac diu Romæ adultam, rogata dudum Apostolica ad Japones expeditione, præcidit. Ira nempe, cum honores a se repellere nequiret, illis se ipse subduxit. Româ sex ab hinc annis recessit corpore quidem, non famâ, quam, ut sui desiderium temperaret, Europe, quâ latissimè diffunditur, impertitus est. Mirarer, ni illum existimatio prosequuta esset, quam omnino a se excussisse arbitrabatur. Quòcumque appulit,
hanc

banc suae virtutis praeuunciam inuenit, banc, undecunque discessit, secum detulit uetigalem. Unus ipse de se tam demisse sentiebat, ut abiecta sibi munia uendicaret. Manile coacta, congestaque ostiatim stipe, regium S. Clementis Xenodochium magnificis adibus auxit: putans hanc quoque gratiam agris debuisse, quibus releuandis haud semel uitam ipsam in maximum discrimen adduxit. Vidisses hic tanti nominis uirum lateres ad cementa fingere perillustri Hispanorum corona stipatum, qui, ut semper maxime, sic eo quoque tempore peculiarius tam efficax charitatis exemplum imitati, manus, atque operam ad lutum demisere. Ubi tandem securus delitescet, si uel in imo summos ad se Duces pertrahit? Nactus tamen pro uoto suo locum aliquando delituit. Japoniam penetravit orthodoxae Fidei Praeconibus a saeculo praclusam. Sed nunquam in recessu deget, atque adytis, qui, quando in se est, in theatro est, in quo fallere oculos, ac latere non potest. Ajunt, qui illum in peroptatam Insule oram clam, noctuque exposuere, ex amabili uultu portentosum quoddam lumen emicuisse. Sic Solem reducem radii prodidere. Sic uobis uel inuitis splendor nominis adhaerescit. Quorsum haec? ut laudem a te, quod in uotis babes, derivarem. Sed quid? nec ita quidem recessi, ut ad te redire opus sit. Dum Fratrem commendavi tuum, nouum mihi statui laudandi modum, non argumentum: neque enim a proposito diuertit, qui in perfectissima

ma

na rei similitudine immoratur. Tibi non perit
quidquid simillimi Fratris laudibus accessit, quem
dum absentem dolemus, parem Tibi optamus, non
Illi; scis sanè quid dicam, quamquam id me dicere
ominò nolles. Quod si culpa est te laudare, aut
omnes propemodum damnes, aut mihi pariter
ignoscas. Vale. Ex Collegio Panormitano S. J.
die 2. Februarii 1713.

FA-

FACULTAS PAT. PRÆPOSITI PROVINCIALIS.

Joseph Philibertus Barberius Præpositus Provin-
cialis Societatis Jesu in Regno Siciliae.

CUm librum, cui titulus est: *Institutionum Juris Canonici, seu Summa totius Legis Pontificia Liber Tertius De Judiciis, delictis, & poenis Ecclesiasticis, cum duabus digressionibus Theologicis de Recto usu Opinioniis probabilis, & de Restrictione mentali prohibita.* a P. Benedicto Chiavetta Societatis nostrae compositum, tres ejusdem Societatis Theologi, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, facultate Nobis facta a P. N. Michaeli Angelo Tamburino Præposito Generali, concedimus, ut typis mandetur, si ita jis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & nostro sigillo munitas dedimus Panormi. die 27. Januarii 1713.

Joseph Philibertus Barberius.

* Loco Sigilli.

INDEX

I N D E X

B R E V I S

EORUM, QUÆ IN HAG PRIMA PARTE
Tertii Libri continentur.

- D**E Judiciis, eorumque
Divisionibus.
De Iudice, ejusque Obliga-
tionibus.
De Conservatore Regulariū.
De Recto usu opinionis pro-
babilis in occurſu proba-
bilioris tutoris.
De Ordine Juris, ſeu de Mo-
do procedendi in crimina-
libus: ubi de cauſis Reli-
gioſorum apud eorum
Prelatos Regulares.
De Accuſatore.
De Reo.
De Reſtrictione mentali pro-
hita.
De Teſtibus, & Probationi-
bus.
De Modo procedendi in Ci-
vilibus: ubi de Citatione,
libelli oblatione, & cate-
nis.
De Sententia Judicis.
De Appellationibus.
De Recuſationibus, & Re-
lationibus.
De Reformatione, & Revi-
ſione ſententiæ.
De In integrum Reſtitutio-
ne, & Alienatione Judi-
cii mutandi cauſa facta.
De Aſſeſſore.
De Advocato.
De Procuratore, & Syndico.
De Graphariis.
De Appariteribus.

INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER TERTIUS.

DE JUDICIIS, DELICTIS, ET POENIS
ECCLESIASTICIS.



Expositis jam in primo Libro iis, quæ ad Personas, & in Secundo ad Res Ecclesiasticas spectant, ad Actiones venimus juxta divisionem factam, in præmio totius operis. Actiones autem considerandæ, Judicia sunt, Delicta, & Pœnæ ab Ecclesia illis impositæ. De his est agendum in hoc tertio Libro, quem in duas partes dividimus; quarum prima erit de Judiciis, secunda de Delictis, & Pœnis Ecclesiasticis.

PARS PRIMA.

DE JUDICIIS.

Latissimè scribunt Doctores in librum secundum Decretalium, qui continet titulos de Judiciis, & cæteris pertinentibus ad Judicia. Nos more nostro breviter, & ordinatim quæ in illis continentur, conabimur explicare.

A

CA-

CAPUT PRIMUM.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT JUDICIUM.

1 **N**omen Judicium varias habet significatio-
nes, quas exponit Glossa in *Cap. In Judi-
ciis. de Reg. Juris in 6. vers. In judiciis.* & Nebrissen-
sis in *Vocabulario Juris. verbo Judicium*; & novissimè
P. Jacobus Vviestner è nostra Societate Doctor in
Theologia, & Jure Canonico, ac Professor in Universi-
tate Ingolstadiensi *lib. 2. Institutionum Canonicarum tit.*
1. art. 1. à num. 1. Monachii impressarum anno 1706.
In præsentem autem Judicium sumitur pro discussione
causæ, quæ sit coram Judice sedente pro Tribunali, &
vocatur Judicium, quasi Jurisdictio, eo quia jus dici-
tur, & propter hoc ipsum, Judex vocatur, qui jus popu-
lo dicit. *Cap. Forus. de Verb. Significat.*

2 Dividitur Judicium juxta varias causas concu-
rentes ad ipsum veluti componendum, nimirum vel ex
diversitate causæ efficientis, quæ est Judex; vel causæ
materialis, quæ est materia, de qua judicium ferri de-
bet, quæ à Juristis dicitur causa: vel ex diversitate cau-
sæ formalis, quæ est forma, quæ in judicando serva-
tur: vel ex diversitate causæ finalis, quæ est finis intètus.

3 Jam ex diversitate Judicium, dividitur judicium
in Ecclesiasticum, & Sæcularem: Ecclesiasticum est
quod coram Judice Ecclesiastico fit; vel quia Personæ
comparentes sunt Ecclesiasticæ; vel quia materia, seu
causa est Ecclesiastica, nimirum de Rebus Ecclesiasti-
cis, de quibus locuti sumus in Secundo Libro. Sæcula-
re autem Judicium est, quod coram Judice laico, vel
inter personas laicas fit, vel saltem si Reus est laicus.
His duabus speciebus Judicii addi potest alia tertia

cx

ex *Vviesner loco cit. num. 5.* nimirum Judicium mixtum, quod vel coram Judice laico, vel Ecclesiastico fieri potest.

4 Notandum est hic, quod quanvis Ecclesiasticus possit esse Judex in causa seculari, immo ut fuse probat, & eruditè Van Espen *par. 3. cap. 1. per totum.* in primis sæculis Ecclesie solebant Episcopi causas fidelium laicorum civiles, & profanas dirimere: tamen laicus non potest esse Judex in causis Ecclesiasticis, ut diximus *lib. 1. cap. 12. §. 3.* ubi de Privilegio Fori Clericorum; ibique etiam *§. 7. num. 119. & sequens.* casus, in quibus Judex laicus cognoscere possit causam Clerici, exposuimus.

5 Dividitur Judicium ex diversitate materiz, in Petitorium, & Possessorium. Petitorium est, in quo agitur de Proprietate rei, vel de alio Jure extra possessionem, vel quasi possessionem: v. g. si petatur hereditas, vel actio empti, depositi, commodati, &c. Possessorium autem est, in quo agitur de possessione, vel quasi possessione sola rei, vel juris alicujus v. g. de adipiscenda, vel retinenda, vel recuperanda possessione alicujus rei corporalis, de qua possessio propriè habetur *ex lego 4. In Principio. ff. de Acquirenda, vel amittenda Possessione.* Si autem petitur possessio rei incorporalis, nimirum alicujus juris, servitutis &c. dicitur quasi possessio. *L. Si quis dicitur. ff. Si servitus vindicetur.*

6 Notandum, quod Actor in judicio petitorio non prohibetur ante ejus conclusionem inchoare alterum judicium possessorium, ostendendo se per violentiam fuisse ejectum è possessione. Ita in *Cap. Pastoralis. de Causa Possessoris, & Proprietatis.* immo etiam post conclusionem judicii petitorii poterit inchoari judicium possessorium, (ut suo loco dicemus) si Judex, qui de causa cognovit, viderit expedire ex aliqua justa ratione.

cod. Cap. Pastoralis. in fine, ibi: Postquam etiam conclusum fuerit, posse agi possessorio judicio non negamus.

7 Dividitur Judicium ex diversitate formæ, in ordinarium, seu solemne, seu plenarium, & in extraordinarium, seu summarium. Ordinarium est, in quo servatur ordo Juris, & forma judicii cum omnibus suis solemnitatibus. Extraordinarium, seu summarium est, in quo non servatur forma, sed simpliciter de plano, & sine strepitu proceditur, inspecta facti veritate. Juxta *Clement. Dispensiosam. de Judiciis. et Clement. Sape de Verbo. Significat.* Semper tamen citari debet Reus, & dari ei copia se defendendi, alioquin processus est irritus. Juxta *eand. Clement. Sape. ibi: Non sic tamen Judex litem abbreviet, quin probationes necessaria, & defensiones legitime admittantur.* Sententia autem definitiva in tali judicio summario dari potest à Judice inscriptis, vel sedente, vel stante, pro ut ei magis placuerit. *Eadem Clement. Sape. de Verbo. Signif.*

8 Datur aliud Judicium, quod dicitur Extraordinarium, quia fit coram Judice Delegato, & aliud, quod dicitur Ordinarium, quia fit coram Judice Ordinario Vallensis ex variis textibus *lib. 2. tit. 1. n. 7.*

9 Dividitur Judicium ex diversitate finis, in Civile, Criminale, & Mixtum. Civile est, in quo Actor civiliter tantum agit, id est querit principaliter suum privatum commodum, sive agat in rem, sive in personam Rei, sive actio sit ex contractu, sive ex crimine. Criminale verò Judicium est, in quo agitur criminaliter in causa delicti ad vindictam, seu publicam pœnam Rei. Mixtum denique est, in quo de crimine agitur civiliter simul, & criminaliter, id est, & ad pœnam publicam Rei, & ad commodum privatum Actoris. Quod accidit in criminibus cum damno Tertii, & ideo qui

sibi illatum; & sic querit suum privatum commodum, atque civiliter agit; & potest agere, ut Judex secundum Jura infligat poenam delinquenti, & sic criminaliter agit. Quod exprimitur in *Cap. Tua. de Procurat. in fine.* ibi: *Hujusmodi accusatio, & si de crimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi mixta inter civilem, & criminalem.*

10 Judicium criminale subdividitur in capitale, & non capitale. Est capitale, in quo agitur de crimine capitali, nimirum quod meretur poenam capitis: poena autem capitis est, vel capitis naturalis, idest mors, vel capitis civilis, idest servitus, aut deportatio; per primam enim amittitur caput civile, quod est libertas, per secundam, quæ est exilium perpetuum, veluti deceditur caput hominis è corpore civitatis suæ. Judicium non capitale est illud, in quo agitur de crimine, quod non meretur poenam capitis explicatam.

11 Item Judicium criminale aliud est Publicum, in quo agitur de crimine publico, cujus accusatio cuilibet de populo competit; aliud Privatum, in quo agitur de crimine privato, cujus accusatio ad offensum pertinet.

12 Præterea dividitur Judicium ex diversa quantitate rerum, quæ in judicium deducuntur, in Universale, Generale, & Singulare. Universale est, in quo v.g. petitur jus totum ad totam hereditatem. Generale, in quo non petitur jus totum ad totam hereditatem, sed petitur quoddam jus continens sub se alia pluram capitula, ut est in actione tutela, negotiorum gestorum &c. Singulare verò est, in quo aliqua res sola petitur.

13 Denique Judicium aliud est Commune, seu Duplex, in quo uterque litigans est Actor, & Reus. Aliud Simplex, in quo unus est Actor, & unus Reus. De his divi-

6 Lib. 3. Pars 1. Cap. 1. de Judiciis.
divisionibus videri potest Pirhing. lib. 2. tit. 1. §. 1.
per totum. Layman lib. 3. tract. 6. cap. 1. per totum.
Vviestner lib. 2. tit. 1. art. 1.

S. U N I C U S.

DE PERSONIS INTERVENIENTIBUS AD JUDICIUM.

14 **T**res principales Personæ interveniunt ad
Judicium, nimirum Judex, Actor, & Reus,
& aliæ his accessorix. Actor in civilibus est, qui litem
mover, in criminalibus, qui accusat. Reus est, qui con-
venitur, seu contra quem lis movetur in civilibus, in
criminalibus autem Reus est, qui delictum commisit,
& accusatur. Tres prædictæ principales Personæ inve-
niuntur etiam in judicio criminis notorii, in quo per
viam Inquisitionis specialis proceditur à Judice ex of-
ficio, quia fama præcedens repræsentat Actorem. *Cap.
Qualiter. il secondo de Accusar. ibi: Si per clamorem, &
famam ad aures Superioris perveneris &c. Non tanquam
idem sit Accusator, & Judex, sed quasi denunciante fama,
vel deferente clamore &c.*

15 Accessorix Personæ sunt, quæ prædictis acce-
dunt; & aliquæ accedunt ipsis Actori, & Reo, nimirum
Procuratores, Advocati, & Testes; Aliæ accedunt Ju-
dici, nimirum Assessores, Consilarii, Tabelliones, Ap-
paritores, Executores, Cursores, seu Nuncii, qui vel
personas citant, vel custodiunt in carceribus, &c. In
judiciis autem Ecclesiasticis aliquando interveniunt
Auditores, quibus nimirum committitur aliquod par-
ticulare negotium audiendum, & examinandum. In
Curia verò Romana, & in Provinciis commissis à Papa
Legatis Apostolicæ Sedis, Auditores dicuntur, qui
vice

§. Unicus de Personis intervenient. ad Jud. 7
 vice Papæ, vel Legatorum causas examinant, cum hoc, quod eam referant, & secundum quod Papa, vel Legatus jubent, ferunt sententiam; & quanvis hodie Rota Romana, seu totum Tribunal sit ordinarium, tamen singuli Auditores Rotæ commissionem accipiunt à Decano, teste Cardinali de Luca *in Relat. Curie Roman. discursu* 32.

Jam de explicatis Personis ad Judicium interve-
 nicatibus singillatim agere oportet. Sic igitur.

CAPUT SECUNDUM.

DE JUDICE.

Judex est Persona publica constituta à Superiore, ut populo jus dicat secundum legem, aut consuetudinem loci. Publica, inquam, quia publicam habet potestatem cognoscendi de omnibus causis civilibus, & criminalibus. Et alius est Ordinarius, alius Delegatus, alius Arbitrarius. *ex Can. A. Judicibus 2. quest. 6.* Verùm quia publica potestas, quam diximus habere Judicem, est Jurisdictio, ideo necesse est prius explicare quid, & quotuplex sit Jurisdictio in communi, & deinde venire ad Judicem Ordinarium, qui eam habet ordinariam, & Delegatum, qui eam habet Delegatam, & postea addere aliquid de Judice Arbitrario, seu Compromissario.

§. PRIMUS.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT JURISDICTIO?

Jurisdictio in genere est alicujus Autoritas publica circa aliorum regimen, seu guberna-

nationem. Ita ex Molina, & Layman Pirhing *lib. 1. tit. 31. num. 1. Versu Itaque*: Unde licet Maritus in Uxorem, Pater in Filios, Tutor in Pupillum, Dominus in Servum, Magister in Discipulum potestatem habeant, non tamen propriè Jurisdictionem, quia eorum potestas non est ad publicam gubernationem, sed ad privatam, adeoque ad prædictas personas non datur simpliciter Justitia, sed quædam Justitiæ species, nimirum *Æconomica*, ut ait Sanctus Thomas 2.2 *quest. 58. art. 7. ad Tertium*.

2 Dividitur primò Jurisdictio in Ecclesiasticam, & Politicam, seu civilem. Prima est in ordine ad salutem animarum, & cultum divinum. Secunda in ordine ad temporalem gubernationem, & pacem.

3 Rursus Jurisdictio alia est in foro externo, alia in foro interno conscientiæ, & utraque subdividitur in Ordinariam, & Delegatam, de quibus in sequentibus paragraphis.

4 Jurisdictio in foro externo alia est Voluntaria, alia Contentiosa. Prima est, quæ sine processu, & forma judiciali exercetur inter volentes, & ideo dicitur Voluntaria, & potest etiam extra territorium validè exerceri, & multoties etiam licitè. Secunda exercetur etiam inter Invitos, & cum forma, & processu judiciali, & non potest in alieno territorio exerceri sine consensu Judicis loci, & ipsarum Partium, & dicitur Contentiosa, quia est inter Partes inter se contendentes. Actus Jurisdictionis voluntariæ sunt Ministrare Sacramenta, Absolvere à Censuris, Dispensare cum Subditis, Legitimare, Adoptare, Delegare, &c. Actus autem Jurisdictionis contentiosæ sunt Causas Definire, Punire, &c.

5 Jurisdictio fori externi tam Ecclesiastica, quàm Civilis alia dicitur Imperium, alia Simplex: Imperium est

S. 1. *Quid, & Quotuplex sit Jurisdictio.* . . 9

est, quod exercet Judex per officium nobile; Simplex Jurisdictio est, quam exercet per officium Mercenarium; Quod ut intelligatur.

6. Sciendum est, quod duplex est Officium Judicis, aliud Nobile, aliud Mercenarium; Nobile est, quod non servit alicui Actioni institutæ, sed per se subsistit. Est autem Actio Jus persequendi in Judicio, quod sibi debetur; adeoque quando nullus est, qui Jus habet agendi contra aliquem, in quo sit debitum, seu obligatio ad id, de quo agitur, tunc Judex operatur ex officio Nobili, & per se subsistente. Atque hoc accidit tum quoties motu proprio, & ex mero officio suo procedit ad inquirendum, vel ad beneficia, aut privilegia conferenda, tum etiam quando imploratur ejus auxilium ab aliquo, cui non competat ordinaria Actio, v. g. quando Minor, vel aliqua Ecclesia læsa in contractu implorat Judicem, ut in integrum restituatur. Differt igitur Imploratio officii Judicis ab Actione in hoc, quod Imploratio non supponit obligationem in eo, contra quem imploratur, nec propriè jus in eo, qui implorat, sed solum nititur in æquitate, propter quam Judex potest, immo aliquando debet succurrere. Quia imploratio est remedium extraordinarium instituendum in defectu remedii ordinarii, quæ est Actio; atque ita Bartholus in *L. 1. num. 12. ff. de Jurisdict. omnium Jud.*

7 Mercenarium officium est, quod inseruit Actioni merè civili, quod officium exercere non potest Judex, nisi ad instantiam Actoris, & dicitur Mercenarium, quia Judex non est liber, sed sequi debet naturam Actionis propositæ; adeoque ejus officium subservire dicitur, & per hoc Mercenarium est; & cum Actiones diversæ sint, diversimodè tale officium à Judice exercetur. Videatur Vallensis *lib. 1. tit. 32. S. 3.*

• Pirhing. lib. 1. tit. 32. num. 1. Versu Notandum.

8 Jam Imperium aliud est maximum, aliud majus merum, aliud medium, aliud parvum merum, aliud minus, aliud minimum, aliud mixtum. Imperium maximum est Potestas condendi leges universales, congregandi Concilia, vel Comitia, intimandi Bellum, cognoscendi causas sine appellatione, cudendi monetam, exigendi tributa, & alia, quæ Regalia dicuntur, & competit talis potestas Supremo Principi Ecclesiastico, nimirum Papæ, & Sæculari, nimirum Imperatori, & Regi; quanvis aliqua ex prædictis concedi soleant inferioribus Principibus.

Imperium merum majus, quod vulgò dicitur absolute merum Imperium, & continet jus gladii, est Potestas puniendi facinorosos poenâ mortis, mutilationis, & perpetui carceris. *L. Imperium 3. ff. de Jurisdic. & in Ecclesiastico* Judice merum Imperium est Potestas degradandi Clericum, & tradendi Curie sæculari, & excommunicandi motu proprio sine instantia Partis. Merum Imperium medium est Potestas mittendi in exilium perpetuum, vel ad triremes. Imperium merum parvum est Potestas mittendi in exilium ad tempus, & verberandi Reum sine mutilatione. Merum Imperium minus est Potestas puniendi leviter in corpore. Et denique Imperium minimum est Potestas puniendi poenâ pecuniariâ modicâ.

Imperium mixtum est Potestas huc usque explicata simul cum Jurisdictione, & hoc merum, & mixtum Imperium suos etiam gradus habet: nam vel est maximum, quod est soli Supremo Principi reservatum, seu jus actus sunt legitimare illegitimos, restituere in pristinum statum infames, revocare sententiam, quæ jam transit in rem judicatam, &c. Et in Supremo ecclesiastico, id est Papæ, dispensare in impedimento matrimonii

monii dirimentibus, in ætate ad Ordines, degradatum restituere in statum clericalem, &c. Cæteri gradus mixti Imperii, quorum actus sunt restituere in integrum, dare Tutores, & Curatores, & facere reliqua ad officium nobile Judicis pertinentia, reperiuntur in Magistratibus, & Judicibus inferioribus.

S. SECUNDUS.

DE JUDICE ORDINARIO.

Judex Ordinarius est, qui dignitatem habet, cui adnexa est Jurisdictio, & talis est Papa in toto Orbe, Episcopus, ejusque Vicarius Generalis in sua Diocesi, & Reliqui dignitatem habentes cum Jurisdictione in loco, in quo Subditos habent. Et quidem dicuntur Ordinarii Judices Prælati inferiores Summo Pontifice, ut notavimus *lib. 1. cap. 7. num. 7. infra* etiam ex hoc, quod Jurisdictionem habeant secundum ordinem rectum, qui poscit, ut Summus Pontifex non retineat apud se omnem Jurisdictionem, sed eam communicet aliis ratione Dignitatis competentem, & officio adhaerentem. Item dicuntur ordinarii Judices, quia jure suo, & nomine proprio ratione Dignitatis, quâ gaudent, Jurisdictionem exercent, non vero alieno nomine, prout dicemus de Delegatis.

10. Hæc ordinaria Jurisdictio tribuitur vel à Jure, vel à Consuetudine, vel ex privilegio juxta *Cap. Dua simul. de Off. Jud. Ord.* ibi [*quantum Sacri Canonis, vel præfate Consuetudo contulit ab antiqua.*] & *Cap. Novida de Jud.* ibi [*Nisi forte juri communi per speciale privilegium aliquid sit detractum.*] Vel tribuitur ordinaria Jurisdictio à Supremo Principe, in quo est plena, & ideo dicitur habere plenitudinem potestatis, qualis

plenitudo est in Summo Pontifice respectu omnium Fidelium, ut diximus *lib. 1. cap. 7. num. 90. & cap. 11. num. 5.* & in Imperatore, vel Rege respectu omnium suorum sæcularium Subditorum. Comparatur autem Principi Respublica, vel Populus, aut Magistratus non agnoscens Superiorem.

11 Jam à Principe supremo ecclesiastico, nempe Papa, constituuntur Judices Ordinarii: Legati, Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Officiales Curia Romanæ, Generales Ordinum Religiosorum, & alii. A Principe verò supremo sæculari, nimirum Imperatore, vel Rege constituuntur Duces, Marchiones, Comites, aliique Governatores Provinciarum, aut Locorum.

12 Notandum, quod in generali concessione meri, & mixti Imperii, quæ fit à Supremo Principe, nunquam intelliguntur concessa, quæ sunt ipsi supremo reservata, & spectant ad maximum gradum Imperii supra explicatum juxta *Regulam. In Generali. de Reg. Juris in 6.*

13 Omnes ordinarii supradicti sæculares possunt propriam Jurisdictionem alteri delegare, non tamen possunt Judices ordinarios constituere, nisi quatenus Imperator, vel Rex solet concedere ipsis Principibus inferioribus, ut possint in terris sibi subjectis eos constituere; Est enim proprium solius supremi Principis Judicem ordinarium facere: ut constat *ex libro 2. Feudorum. tit. 56. Quæ sunt Regalia.*

14 Ordinarii autem Ecclesiastici supra dicti constituendo Vicarios, non dant ipsi Jurisdictionem ordinariam illis, sed lex, ut diximus *lib. 1. cap. 7. num. 65.* Et similiter ubi Communitates, seu Collegia habent privilegium eligendi Superiorem, qui ordinariam habet Jurisdictionem respectu subditorum, lex est, quæ

me-

mediante electione, tribuit electis eam ordinariam Jurisdictionem. Videatur Pirhing. lib. 1. tit. 31. num. 5. & 6. Sunt hic duæ quæstiones solvendæ. Sit itaque.

QUÆSTIO PRIMA.

QUANDONAM CENSENDA SIT ORDINARIA Jurisdictio, nec ne?

15 **R**espondeo cum Abbate in Cap. Relatum. num. 15. de off. Jud. Deleg. Molina, Layman, & aliis, quos refert Pirhing. lib. 1. tit. 31. num. 8. Colligi id posse ex ipsa concessione Superioris; quia vel conceditur alicui Jurisdictio ad causam aliquam determinatam, vel ad universitatem causarum: si ad causam determinatam, censeri debet delegata; si ad universitatem causarum, respondendum cum distinctione; nam vel ex concessio ad universitatem causarum est à Supremo Principe sive Ecclesiastico, nimirum Papa, sive seculari, nimirum Imperatore, vel Rege, & tunc nisi aliud exprimat, censetur ordinaria. Si concedatur per electionem ab Universitate, vel Collegio, vel Capitulo, tunc censenda est etiam ordinaria, pro ut est in electione Generalis, aut Provincialis in Capitulis Religiosorum. Si denique concedatur ab aliquo Ordinario inferiore, nimirum Episcopo, vel Generali Religiosis est etiam distinguendum: Nam si ea concessio est ex præscripto legis, aut privilegio, vel consuetudine, tunc Jurisdictio est ordinaria, pro ut dicitur de Vicario Generali nominato ab Episcopo, quod ipsum verificatur de Parochis creatis ab eodem: & in nostra Societate juxta approbationem Sedis Apostolicæ à Patre nostro Generali creantur Provinciales, Visitatores, Præpositi, & Rectores ordinariam jurisdictionem

nem habentes. Si verò Ordinarius inferior Principis Supremo committat alicui uniuersitatem causarum, creando illum v. g. Visitatorem Diocesis, non censetur hic Visitator habere ordinariam jurisdictionem, quia non ex prescripto legis, sed pro merito suo arbitrio constituitur ab Episcopo. Atque ita Pirhing loco cit. cum aliis eadem nam. 8.

QUÆSTIO SECUNDA.

QUIBUS MODIS FINIATUR ORDINARIA JURISDICTIO?

16. **R**espondeo finiri primò per Mortem ipsius Judicis ordinarii; 2. per Renuaciationem ejusdem; 3. per Depositionem ab officio; 4. per Translationem ejusdem ad aliam dignitatem. Et quidem finitur Jurisdictio in persona morientis, aut depositi &c. non autem in dignitate, quia cum eadem dignitate transiit ad Successorem in ipsa.

17. Per mortem autem Principis constituentis non expirat jurisdictio ordinaria in Persona Judicis, etiam si ipse adhuc non fuerit usus tali jurisdictione. *Cap. Legatos. de Offic. Leg. in 6.* Et ratio est, quia inheret Personæ, & est jus quoddam operi quod ipsa Persona constituitur in statu Judicis, seu Superioris. In Vicario autem Generali Episcopi cessat jurisdictio quamvis ordinaria, moriente Episcopo, quia ut diximus *lib. 1. Cap. 7. n. 62.* est adhaerens jurisdictioni ordinaria ipsius Episcopi.

18. Addo, quod quamvis gratia concessa ad beneplacitum concedentis expiret, eo mortuo, *ex Cap. Si gratiose. de Rescriptis. in 6.* tamen jurisdictio ordinaria concessa à Principe ad ejus beneplacitum non expirat, ipso

ipso moriente, quia conservari debet ordinaria judicatio in favorem, & utilitatem Republicae. Ita cum aliis ab ipso citatis Sanchez lib. 8. de Matrimonio disp. 28. n. 5. et Pirhing lib. 1. tit. 31. n. 22.

19 Denique Mandatum Principis datum Judici ordinario circa aliquod negotium neque expirat morte Principis, quia non censetur dari per illud nova potestas, sed solum fieri quaedam executio, ut supra potestate utatur. Ita cum aliis Pirhing dicta n. 12. sonyf. Porro.

S. T E R T I U S Si quodlibet iudicium

DE JUDICE DELEGATO.

20 **D**elegatus Judex est, qui jurisdictionem contentiosam non suo jure, sed suo nomine, sed ab alio sibi mandatam, & ejus nomine exercet; ita ut distinctam jurisdictionem habeat, & derivatam a jurisdictione delegantis, seu committentis, quae ultima verba adducit, ut ad verba Pirhing lib. 1. tit. 31. n. 1. ver. Ad dicitur denique ad huc, ut distingatur Delegatus a Vicario Generali Episcopi, quem diximus habere jurisdictionem ordinariam, quia distinctam jurisdictionem non habet, sed eandem cum Episcopo, adeoque ab ipso ad Episcopum non appellatur, cum tamen a Delegato ad Delegantem detur appellatio.

21 Varias sunt Delegatorum species. Et 1. alii sunt Delegati a Supremo Principe Ecclesiastico, nimirum Papa, vel Supremo Seculari, nimirum Imperatore, vel Rege: Alii vero sunt Delegati a Principibus aliis inferioribus.

22 Alii sunt Delegati ad universalem causam, id est ad omnes causas, vel saltem ad omnes in aliquo genere v. g. matrimoniales, sed cum restrictione

ad

ad certum tempus v. g. per annum, vel locum v. g. in tali territorio; vel quantitatem v. g. si committatur cognitio omnium causarum decimarum non excedentium valorem uncie unius, vel duarum unciarum. Alii vero sunt Delegati ad unam causam particularem, vel ad causas omnes inter tales personas, & non alias.

23 Alii sunt Delegati ratione dignitatis, quam habet ille, cui fit delegatio, v. g. Archiepiscopo Panormitano. Alii vero ratione personæ suæ, & cum proprio nomine expresso. Alii sunt Delegati à Jure, & tales sunt Episcopi in aliquibus casibus Papalibus, & Sacerdotes omnes in articulo mortis. Alii sunt Delegati ab homine. Alii denique sunt Delegati, quibus primò mandatur Jurisdictio. Alii sunt Delegati, qui à primò Delegatis delegantur. His explicatis ad aliquas quaestiones solvendas venimus.

QUÆSTIO PRIMA.

QUINAM DELEGARE POSSINT, AUT SUBDELEGARE?

24 **D**ico primò: delegare potest non solum Summus Princeps, nimirum Papa, Imperator, Rex, vel Respublica libera, sed etiam quilibet alius Ordinarius. *Cap. Cum Episcopus. de Off. Jud. Ord. in 6. ibi: Per se, vel per alium.* Ratio est, quia qui propriam Jurisdictionem habet, potest eâ uti sive per se, sive per alium, quia quod quisque per se facere potest, etiam per alium facere potest. *Reg. Potest. de Reg. Juris in 6.*

25 Dico secundò: Delegatus à Supremo Principe, si impeditus causam expedire non possit, potest eam alteri delegare, sive ille alter sit socius adjunctus ab ipso

ipso supremo Principe, sive non. *Cap. Si pro debilitate: de Off. & Potest. Jud. Deleg. et Cap. Cum causam. de Appellat.* ibi: *Cum non nisi Delegatus à Principe causam alii valeat delegare.* Atque hæc potestas subdelegandi conceditur à Jure, & quidem propter eminentiam potestatis, quæ est in Supremo Principe, quem Delegatus ab ipso repræsentat. *Cap. Pastoralis. de Off. & Potest. Jud. Deleg.* ibi: *Delegato a Principe Iurisdictio dandi Judicem fit a lege concessa.* Pirhing lib. 1. tit. 28 n. 5. in fine.

26 Dico tertio: Potestas subdelegandi in Delegato a supremo Principe talis est, ut possit subdelegare etiam partem causæ uni, & partem alteri, & compellere Subdelegatum invitum, ut acceptet, etiamsi Subdelegatus foret major in dignitate, quàm sit ipse Delegatus: ut esset, si Delegatus a Papa esset Canonicus Cathedralis, & Subdelegatus ab ipso Episcopus suus. *eod. Cap. Pastoralis. de Off. & Pot. Iud. Del.* Ubi tamen cavetur, ne in compellendo Subdelegato majori in dignitate, quàm sit ipse Delegatus, obliviscatur debitæ reverentiæ dignitati, & personæ illius; & itè dicitur, quòd ut possit invito subdelegare, requiritur, ne malitiosè velit se exonerare Delegatus. Videatur reliqua apud Pirhing *dic. li. 1. tit. 20. a n. 6. usq; ad 9.*

27 Dico quarto: Si delegatio a Supremo Principe fiat in causa gravi requirente industriam, & dignitatem Personæ, non potest Delegatus alteri subdelegare, sed debet eam ipse exequi. *Cap. Finali. §. Is autem. de Off. Iud. Deleg. et Cap. Is, cui. eod. tit. in 6.* Similiter si committatur etiam a Papa alicui nudum ministerium, nimirum ut excommunicet, absolvat, dispenset, in possessionem inducat, aut quid simile, non potest ab eo fieri subdelegatio. *dic. Cap. Finali. de Off. Iud. Deleg. Vallensis lib. 1. tit. 29. §. 1. n. 4.* Pirhing *dic. lib. 1. tit. 29. a n. 9. usq; ad 13.*

28 Dico quinto: Non potest Delegatus Principis supremi subdelegare causam alicui cum potestate subde-

legandi, quia non est concessi in jure hæc potestas, ut ita subdelegeret, ut etiam iste Subdelegatus possit aliū Subdelegatum habere; & præterea quia hæc potestas solum reperitur in Ordinario, qui cum jurisdictionem habeat propriam, potest delegare cum potestate subdelegandi. Stat tamen cum hoc quòd possit Subdelegatus constitutus a Delegato Principis supremi, sicut etiam Delegatus Episcopi alicui committere aliquem actum causæ si in jurisdictione. Ita cum Plafacio Vallenus *di. n. 4. in fine.*

29 Dico sextò: Si causa sit delegata a supremo Principe duobus sine clausula, ut si unus non possit, alter solus cognoscat, tunc poterit ille impeditus subdelegare sive suo Cõjudici, sive alteri. *Cap. Quavis. de Off. & Pot. Jud. Deleg.* At verò si a Papa, vel alio supremo Principe ita committatur duobus causa, ut si unus non possit, alter solus cognoscat: tunc etiam si ille, qui est impeditus subdelegaret causam alteri, ille alius non tenetur Subdelegatum recipere, sed solus procedere potest. *Cap. Coram dilecto. de Offic. & Potest. Jud. Deleg.* Videatur Pirhing *di. lib. 1. tit. 29. a n. 17. usq; ad 20.*

30 Dico septimò: Nullus Delegatus a Principe inferiori, idest habente supra se alium Superiorem, potest causam subdelegare. *Cap. Cum causam. in fine. de Appel.* Et ratio est, quia non habet plusquam sibi sit commissum: sed non est sibi commissum, ut alteri causam committat: ergo &c. Delegatus autem a supremo Principe habet a jure, ut dictum fuit, potestatem subdelegandi. Cum hoc tamen stat, quòd si est Delegatus ad universitatem causarum in uno loco determinato, possit aliquam ex illis causis alicui ibi committere. Ita Sanchez *lib. 3. de Matr. disp. 31. n. 2.* & alii communiter. Item si ipsi ab Ordinario delegante fuerit concessa facultas subdelegandi, poterit subdelegare, quanvis non sit Delegatus ad universitatem causarum. Idem Sanchez cum aliis *n. 6.*

Pirhing cum aliis lib. 1. tit. 29. n. 23.

31 Dico octavo: Delegatus ab Ordinario non supremo Principe ad unam causam, nec totam, nec partem illius Jurisdictionalem committere alteri potest, quavis articulum non Jurisdictionalem, seu nudum ministerium possit alteri committere. Ita ex Cap. Super quæstionum. §. Nos autem. de Offic. & Potest. Jud. Deleg. Sanchez loco citat. num. 10. & Pirhing num. 27. Et ratio est: quia si articulus est Jurisdictionalis, videtur Subdelegatus esse Judex: si verò articulus non est Jurisdictionalis, non censetur Judex, sed Auditor, aut Executor; adeoque hoc secundum potest Subdelegatus, non primum. Est autem articulus Jurisdictionalis ille, ad quem requiritur cognitio causæ v. g. articulus, de quo testes sunt examinandi, & similes, qui requirunt personam Judicis: Articuli verò non Jurisdictionales sunt, qui continent nudum ministerium, seu executionem e. g. notatio eorum, quæ testes interrogati a Judice dixerunt. Ita ab Abbas in Cap. Super quæstionum. num. 9. de Offic. & Potest. Jud. Deleg. Videantur Pirhing dicto tit. 29. lib. 1. num. 27. & 28. & Sanchez dicta disp. 31. lib. 3. de Marrim.

QUÆSTIO SECUNDA.

QUINAM DELEGARI POSSINT, VEL NON?

32 Dico primo: Nullus Delegatus esse potest, qui non habet annum ætatis 20. vel saltem 18. si Partes sint contentæ. Si autem quis fuerit minor 20. annis a Supremo Principe scienter Delegatus tenet Delegatio Cap. Cum vigesimum. de Offic. & Potest. Jud.

Iud. Deleg. non tamen si sit minor quatuordecim annis; quia Princeps etiam supremus non potest mutare ea, quæ sunt communia omnibus Gentibus, & sunt de jure naturali; excluduntur autem jure naturæ ab officio Judicis Impuberes ob defectum judicii. Ita ex variis Textibus Vallensis *lib. 1. tit. 29. §. 3. n. 1.* Pirhing *lib. 1. tit. 29. n. 29. & 30.*

33 Dico secundò: Ut quis possit esse Delegatus Papæ præter ætatem, & Juris scientiam, requiritur, quod non sit suspectus, & sit in aliqua Dignitate constitutus, vel saltem Canonicus Cathedralis Ecclesiæ. *Cap. Statutum. de Rescript. in 6.*

34 Inquiritur hic, an non solum Canonicus in Cathedrali sæculari, sed etiam Monachus Professus in Cathedrali Regulari possit esse Delegatus Papæ?

Respondeo, quod etiam Monachus Professus in Cathedrali Regulari possit esse Delegatus Papæ, quia etiam ipse est Canonicus in Cathedrali, & Professio Religiosa non pugnat cum hoc, quod munus Delegationis suscipiatur. Ita Abbas in *Cap. Causam, qua, num. 9. de Judiciis.* Sanchez *lib. 6. moral. c. 13. num. 83.* & Pirhing *lib. 1. tit. 29. num. 32.* Placet hic ponere verba Abbatis.

[*Ad propositum ergo sicut in Cap. Statutum appellatione habentium Dignitates, veniunt Religiosi Dignitatem habentes, ita appellatione Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis, venire debent Monachi Ecclesiæ Cathedralis Regularis, qui dicuntur Canonici, ut supra dixi.*] Et loquitur de Ecclesia Montis Regalis, & Catanensi in Sicilia, de quibus dixerat ipse Abbas *num. 8.* *Nec sunt ibi alii Canonici sæculares, nec Abbas, sed Episcopus est loco Abbas, & Conventus, seu Capitulum Canonicorum, seu Monachorum facit unum corpus cum Episcopo, & dic quod tales Monachi possunt appellari Canonici, nec a thymologia vocabuli contradicit, &c.* Hucusque Abbas Panormitanus. De Catanensi

gens autem Ecclesia D. Roccus Pyrrii lib. 3. pag. 76. sic habet. Canonici antiquitus à prima Ecclesia Catanensis fundatione Benedictini plures quidem Genere, Doctrina, Sanctitate, ac Authoritate Illustres fuere: Ex iis Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates fuerunt alii. Anno 1542. Monachos, qui dicebantur Canonici, vigintiduos enumeravit Franciscus de Venta Regius Visitator in sua Visitatione apud Tabulas Conservatoris Regni. Anno 1593. Monachos viginti, & Presbyteros seculares septem Arnaldus alius Visitator in iisdem tabulis. Sed anno 1568. habito rescripto Pii V. constituti sunt vigintiduo Canonici Clerici seculares, & totidem Beneficiati, Hebdomadarii nuncupati, suppressis inde Monachis.

35 Hinc non immetito lib. 1. cap. 4. n. 36. vocavi Canonicos, Monachos Benedictinos Ecclesie Cathedralis Monregalensis; quia præter hucusque dicta, Ecclesia ipsa adhuc est Regularis, cum nulla existat Bulla Pontificia secularizationis; & præterea ipsi Monachi habent Stallum in Choro, assistunt Archiepiscopo pontificaliter celebranti in Cathedrali, & vocem habent in Capitulo, qui sunt proprii actus Canonicorum. Nec officit, quod Monachi hodie sunt in prædicta Cathedrali, & eras in alio Monasterio, adeoque hodie verificatur quod sunt, eras quod non sint Canonici, quod est contra rationem Beneficii Ecclesiastici exigentis perpetuitatem. Non officit, inquam, quia commune est omni Beneficio Regulari esse perpetuum ex sua Institutione, ut non sit perpetuum in ipso Regulari Beneficiato propter votum obedientiæ, quod habet, ratione cuius subiicitur suo Superiori quo ad officia, & habitationem, ut dixi lib. 2. cap. 8. §. 1. n. 6.

36 Cum hoc tamen stat, quod in eadem Cathedrali

In Monregalensi, cum semper ab *An. 1182.* solos habuerit Monachos Choro, & Archiepiscopis assistentes; postea *An. 1529.* ab Archiep. Cardin. de Cardona sex Presbyteri seculares introducti fuerunt ad Sacramentorum administrationem, quibus idem Archiep. Titulum Canonicorum impertivit, insignivirque Almutiis, seu nigris Caputiis; sub hac tamen conditione; quod non habeant locum in Choro, aut in Processionibus, nec vocem in Capitulo, neque aliam præbendam (quæ omnia constitunt verum Canonicum) Alios sex elegit Archiep. Cardin. Farnesius circa *An. 1546.* Incertum si cum nomine Canonicorum.

Illâ tamen puri nominis Canonicorum concessione non obstante, Bulla Pauli III. *An. 1549.* pro dictâ Metrop. Eccles. ordine stabiliendo, ipsos Duodecim semper Clericos, & Presbyteros seculares denominat. Et §. *Quodque.* Eis locum assignat in Choro subtrus Prioris, Decanum, & Monachos. Alii sex, similiter appellati Canonici, in Chorum admissi sunt *An. 1597.* ab Archiep. Ludov. II. de Torres; & tandem cum simili nomine, & alii sex ab Archiep. Romano *An. 1684.* sunt electi, loca priorum sex Presbyterorum, qui a Chori assistentia remanserunt exempti.

37 Durabat adhuc controversia inter hos Presbyteros, & Monachos de Appellatione Canonicorum; volebant enim Monachi dici verè, & propriè Canonici, cùm sint in possessione continuatâ præcedentiæ supra dictos Presbyteros. E contra Presbyteri se dicebant esse Canonicos; prout ab Archiep. prædictis denominati sunt; non verò Monachos, qui hodie sunt in ea Ecclesia, cras verò in aliâ.

38 Dicendum mihi videtur, quod Monachi sint propriè Canonici Cathedralis Eccles. Monregalensis, non verò Presbyteri prædicti, qui solum dici possunt Canonici

nci Secundarii, prout in multis Ecclesiis vocantur illi, qui in aliis Assisi, vel Portionarii, vel Vivandarii dicuntur. Ratio est, quia posito quod Ecclesia Cathedralis est Regularis, prout defacto fuit ab initio, & est adhuc hodie Ecclesia Monregalensis, nil aliud requiritur, ad hoc ut Monachi (quibus officienda confirmata est a Lucio III. in erectione hujus Basilicæ in Metropolitanam, An. 1182.) dicantur, & sint propriissime Canonici, ut patet ex supradictis cum Abbate: nec aliquid obstat, ut dixi, quod Monachi ad presens sub Congr. Cassinensi mutari possunt Monasterium, in quo habitant, nam hoc processit ex Bulla Sixti IV. An. 1489. cum consensu Archiep. Card. Austriæ de Sping, salvis Juribus utriusque Partis.

Accedit quod nulla extat Bulla secularizationis, Ecclesie prædictæ, ut extat de Ecclesia Catanensi, ergo Presbyteri non possunt esse proprie Canonici hujus Metropolitanæ. Et cum vocati fuerint Canonici, dicendum, talem appellationem intelligi debere cum addito [Secundarii] Nam Episcopi, & Archiep. a quibus Nomen Canoniceorum habuerunt, non habent potestatem instituendi Capitulum, & Canonicos, ut bene ostendit Riccius p. 3. decis. 66. Et ipse Archiep. Cardona, qui primus eis dedit Nomen Canoniceorum, Monachorum Jura præferens, Iplis inibuit locum in Choro, & in Processionibus, vocem in Capitulo &c. quod similiter dicendum de aliis decem & octo. Nec refert, quod in aliquibus Literis Apostolicis, ad rem diversam pertinentibus, enunciative, prout expositum fuit, appelletur Canonici, quia tales Literæ non sunt Bullæ Institutionis dictorum Presbyterorum in Capitulum, & Canonicos, prout requireretur ad intentionem.

Adde, quod in Bulla Pauli III. omnia Canoniceorum Munia, & decora conceduntur Monachis: Dignitates Prioris, & Decani: Sedes in Choro super Presbyteros

tēros, &c. Inde manifestum est nunquam Summum Pontificem voluisse Presbyteros illos esse Canonicos, quos Clerum appellat, dum Monachos vocat Capitulum. Et quæ major incoherētia excogitari potest, ut Papa voluerit, Presbyteros Canonicos subesse Monachis non Canonicis? Certius apparet voluisse tantum Monachos esse veros Canonicos.

Denique usque hodie omnes actus proprios Canonicoꝝ Cathedralis exercent Monachi, & nullum Presbyteri. Monachi enim tenent primum locum in Choro, & in Processionibus, assistunt Archiepiscopo Pontificaliter celebranti; defertur ante eos Clava argentea; & cum adest Archiepiscopus, Crux Archiepiscopalis; extra Chorum, & in Concionibus sedent in altis scammis, panno violaceo paratis; Sede vacante, eligunt Vicarium Generalem; ipsis diriguntur Literæ Apostol. pro tradenda Possessione novis Archiepiscopis, cum superscriptione: *Dilectis Filiis, Capitulo Ecclesie Montis-Regalis.* Ad ipsos quotannis mittuntur Literæ pro publicatione Bullæ S. Cruciatæ, cum superscrip. *A los amados nuestros, Canonigos, y Cabildo de la S. Iglesia de Monreal.* Deniq; in eunctis publicis Instrumentis Archiepiscopi omnes, Monachos suum appellant Capitulum, ergo manifestè apparet eos esse verè, & propriè Canonicos Metropol. Monregalensis, & Presbyteros sæculares esse quidem, vocatos Canonicos, sed eo sensu, quo Assisi, Mansionarii, Vivanderii in pluribus Collegiatis vocantur Canonici, nimirum Secundarii, prout in Panormitanâ Metropol. Eccles. Inter Vivanderios est unus, ab Archiep. eligendus; qui Canonicus Magnæ Vineæ nuncupatur. Vide *Synod. Archiep. Card. Doris An. 1615. p. 3. cap. 17. n. 33.* Imò Presbyteri illi, neque assistunt Archiepiscopo Pontificaliter celebranti extra Cathedralem, sed ei assistunt Canonici Collegiati SS. Salvatoris.

39 Dixi, durabat adhuc controversia, quia in favorem Monachorum in Curia Archiepiscopali Monregalensi die 5. Julii 1702. sententia tenoris sequentis lata fuit.

Jesus Maria.

[Stante Interlocutoria paulò ante lata, declaretur istos Priorem, & Monachos Reverendos habere, eisque competere in Ecclesia Cathedrali Montis Regalis Titulum, ac Dignitatem Canonicalem, & quod possint ante eos uti Clava argentea, & uti scammis apparatus in functionibus Ecclesiasticis, & Crucem Archiepiscopalem ferre, prout uti solent Canonici Ecclesiarum Cathedralium; ac etiam declaretur dictos Priorem, & Monachos constituere in dicta Ecclesia Capitulum Cathedrali, ibique divina officia solemnizare prout in aliis Cathedralibus; & quod Monachus à Domino Archiepiscopo designatus pro Sacristia dictæ Cathedralis habeat cumulativè titulum Thesaurarii, & Sacristæ majoris prout in Actis electionis hucusque factis. Et tandem quod dicti Prior, & Monachi teneantur, & præstare debeant quibusvis Presbyteris celebrare volentibus in dicta Ecclesia Cathedrali Paramenta, Candelas, & alia necessaria, servato tamen per Celebrantes Decreto Sacræ Congregationis de anno 1668. Expensis hinc inde, &c.]

Abbas Severino V. G.

Castillo Assessor.

Ludovicus Battaglieri pro Mag. Not. &c.

Præterea per Tribunal Concistorii hujus Regni Siciliae die 31. Augusti 1712. revocata fuit sententia Tribunalis Regiæ Monarchiæ, quæ fuerat lata sub die 7. Januarii 1710. & fuit decisum, quod Presbyteri, & Clerici Metropolitanæ Ecclesiæ Montis Regalis in capien-

D

da

da possessione suarum Præbendarum, non possint in eadem Ecclesia solemniter canere *Te Deum laudamus* cum oratione pro gratiarum actione, cum pulsatione Campanarum, & aliarum prætensarum solemnitatum.

Insuper per idem Tribunal Concistorii sub die 20. Octobris 1712. fuit denuo prolata sententia, & decisum, ne præfati Presbyteri, & Clerici in posterum possint, sicuti semel, aut bis ausi sunt, se indui in Sacristia dictæ Metropolitanæ, neque progredi processionaliter per dictam Ecclesiam ad cantandas solemniter Missas in Coemeterio existente extra ambitum ejusdem Ecclesiæ. Ex quibus sententiis manifestum manet Presbyteros antedictos non esse Canonicos Ecclesiæ Metropolitanæ; tum quia in talibus sententiis solum Presbyteri, & Clerici vocantur; tum quia ipsis interdiciuntur actiones omnes, quæ à Canonicis fieri solent in suis Ecclesiis.

40 Dico terriò: Delegatus Episcopi, & aliorum Ordinariorum Inferiorum potest esse quilibet Clericus, imò etiam Religiosus cum licentia sui Superioris. Sanchez dicto lib. 6. moralium. cap. 13. n. 77. Pirhing dicto lib. 1. tit. 29. n. 33. Vallensis lib. 1. tit. 29. §. 3. n. 3. & alii communiter. Ratio est, quia Cap. Statutum. de Rescriptis. in 6. loquitur solum de Delegatis Papæ. Imò potest quilibet esse Delegatus Papæ in causis extrajudicialibus, nimirum quando non requiritur cognitio causæ, sed debet solum fieri executio v. g. conferri alicui beneficium &c.

41 Dico quartò: Solus Papa, ut diximus lib. 1. cap. 11. n. 38. potest Laico causam spirituales, aut Clericorum criminales delegare, non autem cæteri Ordinarii, qui nec unà cum Clerico constituere possunt Laicos Judices Delegatos super causa spirituali, aut Clericorum criminali. Et ratio est, quia judicare in causa spirituali est actus Jurisdictionis spiritualis, cujus Laicus non est

capax: Judicare verò Clericum nec potest Laicus: ut dictum fuit *lib. 1. cap. 12. n. 42.* ex sacris Canonibus; supra quos solus Papa facere potest. Causa verò merè civilis v. g. pecuniaria Clericorum conceditur à Doctõribus, quod possit delegari Laico. Possunt igitur Laici esse Consiliarii, & Assessores in Curiis Episcoporum, nõ autem Judices, etiã si detur ipsis Clericus Conjudex. Ita cum aliis Pirhing *citatus num. 34.*

42 Dico quintò: Potest Judex ordinarius non subdito suo Causam Subditi delegare, sed non potest cogere invitum non subditum, quanvis cogere possit subditum, ut Delegationem accipiat: ut diximus *lib. 1. cap. 8. num. 9.*

S. QUARTUS.

DE JUDICE ARBITRARIO, SEU DE ARBITRO.

43 **I**N Can. supra citato *A Judicibus 2. quest. 6.* dicitur Judex Arbitrarius ille, qui nullam potestatem habens eligitur à Partibus in Judicem, in quem compromittitur, ut ejus sententiæ stetur. Habeatur autem titulus in Decretalibus *de Arbitris*: ideoque postquam de Judice Ordinario, & Delegato noticiam dederimus, aliquid de Arbitris addere oportet.

44 Sunt igitur Arbitri strictè, & propriè illi, qui sive ex Juris dispositione, sive ex Partium consensu eliguntur, ut arbitrium suum, sive judicium ferant circa aliquam controversiam, cui Partes stare debent. Pirhing *lib. 1. tit. 43. num. 1.* vel, ut ait Vallensis *lib. 1. tit. 43. §. 1. num. 2.* Arbitri sunt Viri boni ad aliquod negotium æstimandum, & terminandum electi.

45 Duplicis autem generis sunt Arbitri; alii enim
D 2 sunt

sunt necessarii, alii voluntarii. Primi sunt ex necessitate Juris; secundi ex voluntate Partium, qui dicuntur Compromissarii. Hi voluntarii non possunt cogi ad acceptandum munus Arbitri, sed si acceptant Compromissum, possunt cogi ad officium implendum: necessarii verò possunt cogi ad munus acceptandum. *Cap. Cum speciali. de Appellat.* Sunt autem Arbitri ex juris Necessitate, quoties lex præcipit, ut causa remittatur ad Arbitros; & tunc vel Princeps, aut Judex, vel Partes tenentur constituere Arbitros, ut est in causa suspecti Judicis, in qua *ex Cap. Suspicionis. de Off. Deleg.* assumuntur Arbitri, qui de suspicione cognoscant. Et in dicto *Cap. Speciali. de Appellat.* præcipitur, ut eligantur Arbitri. Similiter si Episcopus cum Clerico subdito controversiam habeat, debent eligi Arbitri. *Can. Si Clericus. 11. q. 1.* Et deniq; si fuerit statutum, quod causæ inter sanguine conjunctos per Arbitros decidantur, erunt prædicti Arbitri necessarii necessitate Juris; voluntarii autem sunt, qui Compromissarii dicuntur, & spontè sine ulla lege præcipiente constituuntur à Partibus. *Pirringh lib. 1. tit. 43. num. 2.*

46 Jam Arbitri voluntarii vel assumuntur à Partibus, ut sine ordine judiciali statuunt, quod justum videbitur; & hi vocantur Arbitratores; & eorum judicium Arbitratum; vel assumuntur, ut cum ordine judiciali procedant: & hi vocantur *in ff. & Codice. Recepti Arbitri*: quia ex Recepto, seu Compromisso ad dirimendam litem eliguntur: & isti sunt Arbitri compromissarii, & habent quandam similitudinem cum Judicibus; majorem tamen cum Delegatis, quam cum Ordinariis; non tamen sunt Judices, quia non habent publicam potestatem, seu jurisdictionem, sed privatam datam à Compromittentibus, non à jure, aut à Principe; adeoq; non possunt testes compellere ad comparandum: nec delin-

S. 4. De Arbitrario, seu Arbitro. *Quest. 1. 29*
 quentes punire, &c. Arbitri autem juris, seu necessarii
 habent Jurisdictionem à lege in ordine ad ea, quæ ne-
 cessaria sunt, ut expediatur causa sibi commissa; adeo-
 que citare possunt Partes corâ se, testes examinare, &c.
 Videantur Pirhing *dicto lib. 1. tit. 43. num. 3.* Molina
de Just. tract. 5. disp. 23. num. 10. Vallensis *lib. 1. tit. 43.*
 S. 1. *num. 5.* Aliquas quæstiones de Arbitris solvere sit
 licitum.

QUÆSTIO PRIMA.

QUO PACTO FIERI POSSIT COM- PROMISSUM?

47 **R**espondeo posse fieri vel adjectâ poenâ, ita
 ut si quis non steterit arbitrio Compromissarii, teneatur ad illam; vel nullâ adjectâ poenâ, vel
 cum juramento; si adjiciatur poenâ, ille, qui noluerit
 stare Compromisso, aut sententiâ Arbitri, tenetur illam
 solvere, & eâ solutâ, solvitur Compromissum, nisi unâ
 cum poenâ adjectâ fuerit posita clausula, ut maneat
 compromissum. *Cap. Dilecti. & Cap. Per tuas. de Arbitris.* Si verò nulla fuerit poenâ adjectâ, tunc contra eum,
 qui stare non vult, habetur actio ad interesse. *eodem*
Cap. Per tuas. ibi: Si nulla fuerit statuta poenâ, sed simpli-
titer fuerit compromissum, Procurator ad interesse poterit
conveniri. Denique si cum juramento fuerit compro-
 missum, tunc omnino servandum est.

48 Notandum, quod Jure canonico sive fuerit ad-
 jectâ poenâ, sive non; sive fuerit compromissum juramen-
 to firmatum, sive non; sive fuerit homologata, idest ex-
 pressè sententiâ Arbitri approbata, vel tacitè per silen-
 tium decem dierum, sive non fuerit homologata, nasci-
 tur actio ad interesse, si Arbitrio non stetur: Ita *ex dicto*
Cap.

Cap. Per tuas. de Arbitris. Vallensis lib. 1. tit. 43. §. 2. num. 4. Quod si compromissum fuerit juramento firmatum, & non probetur iniquam fuisse sententiam Arbitri, debent partes compelli ad ejus executionem: Cap. Non sine. de Arbitris. in fine ibi: Vel Arbitrium ipsum noveris equitate subnixum, ad observantiam ipsius utramque partem, appellatione remota, compellas.

QUÆSTIO SECUNDA.

QUOT POSSINT ESSE COMPROMISSARIJ?

49 **R**espondeo posse fieri compromissum in unum, vel duos, vel tres; sed tutius est, quoties plures sunt, esse in dispari numero. Juxta *Cap. 1. de Arbitris. ibi: Aut unus eligatur, aut tres.* Non valet tamen compromissum factum in duos taliter, ut si non concordent, debeant ipsi eligere tertium innominatum. *Cap. Innotuit. de Arbitris. ibi: Cum legali sit provisione statutum, ut compromissum de incerta persona in Arbitrum assumenda non teneat, dictam excommunicationis sententiam denunciatis penitus nullam esse.* Quod si Tertius eligendus sit nominatus, nimirum Petrus, utique tenet compromissum: Et ratio est, quia in hoc eligendo ex una parte non possunt dissentire; ex alia Compromittentes jam sunt contenti; in casu autem incertæ, & innominatæ Personæ, & dissentire possunt ipsi duo Arbitri, & accidere potest, ut Persona illa tertia ab ipsis electa non placeat Partibus.

50 Jam quoties plures sunt Arbitri, prævalet sententia majoris partis, v. g. Si fuerint tres, & duo consenserint, quanvis unus discordet, tenet sententia illorum duorum. *Cap. 1. de Arbitris. in fine. ibi: Si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum.*

De-

Debent tamen omnes esse præsentés, nisi adjectum esset, quod uno absente, reliqui possint procedere. Quod si unus ex pluribus Arbitris requisitus nolit malitiosè intervenire, tunc ex Juris Canonici dispositione poterunt reliqui causam definire. *Cap. Ut questionibus. de Arbitris. in 6.* non obstante contraria dispositione Juris Civilis: non potest tamen hoc fieri, quoties tres sunt Judices simpliciter Delegati, *ex eodem Cap. Ut questionibus. in fine.* ibi: *Circa Judices verò antiqua Jura nolumus immutari.* Legatur Glossa in dictum *Cap. Ut questionibus: Vers. Circa Judices.*

QUÆSTIO TERTIA.

DE QUIBUS CAUSIS POSSIT COMPROMITTI?

51 **R**espondeo in omnibus, in quibus non est prohibitio. Est autem prohibitum primò compromittere in causa matrimonii, in qua prohibitum est transigere. *Cap. Ex parte. ultimo de Transactionibus.* ibi: *Exceptis casibus, qui compositionis remedium non admittunt, ut pote conjugii Sacramentum.*

Secundò prohibitum est compromitti super Translatione Episcopi, vel aliis rebus spiritualibus, aut Beneficiis Ecclesiasticis sine autoritate Superioris; quia non possunt Beneficia sine canonica Institutione acquiri.

Tertiò exempti, & immediatè subjecti Summo Pontifici non possunt compromittere in præjudicium exemptionis sine ejus licentia. *Cap. Cum tempore. de Arbitris.* ibi: *Cum, & si spontè volueris, de jure tamen nequi veris sine licentia Romani Pontificis renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis.* & ideo prohibitum etiam est compromittere, ubi agitur causa libertatis, quia favor liber-

bertatis requirit Judices majores: Videatur Pirhing
lib. 1. tit. 43. à num. 25. usque ad 32. ubi plura alia dicit.

QUÆSTIO QUARTA.

QUANDIU DURET POTESTAS ARBITRORUM, & quem effectum habeat eorum Sententia?

52 **R**espondeo, quod pendente Arbitrio non potest causa coram Judice discuti invito altero ex compromittentibus, & volens unus agere repellitur per exceptionem pendentis arbitrii, aut damnatur ad solutionem pœnæ in compromisso adjunctæ, & sic soluto compromisso, coram Judice ordinario lis suo ordine peragi debet. *L. Si quis rem. 35. ff. de Recep. Arbit.*

53 Potestas Arbitrorum, quæ non excedit limites compromissi. *ex L. Non distinguemus. 37. §. De Officio. de Recep. Arbit.* finitur morte alterutrius litigantium, vel ipsius Arbitri, seu Arbitratoris. *ex Cap. Ex parte. de Arbit.* quia compromissum pendet ex voluntate Partium, adeoq; extinguitur morte; nisi fuerit facta mentio hæredum in ipso compromisso ex parte utriusque compromittentis. *L. Diem proferre. 32. §. Si hæredis mentio. ff. de Recep. Arbit. & Cap. Finali. de Arbit.* quia si mentio de hæredibus facta est in compromisso, utique tenentur hæredes stare compromisso. Item finitur potestas Arbitrorum per prolationem sententiæ, & per lapsum termini, idest diei expressi in compromisso. *L. Si cum dies. 26. §. Si intra. de Recep. Arbitris,* & facit textus in *Cap. de Causis. de Off. & Potest. Jud. Deleg.*

54 Denique Sententiæ Arbitri standum est, nec potest ab ea appellari, nisi sit Arbitrator Juris, seu necessarius: nam ab hujus sententia rectè appellatur. *Cap. Ab Ar-*

Arbitris. de Offic. & Potest. Iud. Deleg. in 6. Reliqua ad Arbitros pertinentia videri possunt apud Doctores, qui super Titulos *de Recep. Arb. in ff. & Titulum de Arbitris in Decretalibus* scribunt. Et praecipue legi potest praecitatus *Pirhing libi 1. per totum titulum §3.*

§. QUINTUS.

DE IIS, QUI NON POSSUNT ESSÈ IUDICES, NEC ARBITRI.

Suppono, quod regulariter, & ordinariè qui non possunt esse Iudices Ordinarii, neque possunt esse Iudices Delegati, ut advertit *Pirhing libi 1. tit. 29. num. 29.* & ideo, quæ dicemus, valent pro utroque Iudice; pro Arbitris tamen aliquid speciale addetur.

55 Dico primò: Excluduntur à munere Iudicis Infantes, Surdi, & Muti, perpetuò Amentes, Infames, Servi, Foeminae, Excommunicati vitandi, Minores 20. annis, nisi dentur a Supremo Principe, vel habeant decem, & octo annos ætatis, & scientiam plurimam Juris. Item excluduntur Imperiti juris, Religiosi, nisi Superiores eorù iudicent consentire voluntati Principis committentis Religioso officium Iudicis.

56 Ab officio autem Arbitri, excluduntur quidem praedicti, sed Mulieres, quæ vel de Jure, vel consuetudine jurisdictionem ordinariam in subditos habent, ut Regina, aut Abbatisa, non excluduntur. *Cap. Dilecti. de Arbitris. ibi: Quia tamen juxta consuetudinem approbatam, quæ pro lege servatur in partibus galliæ, Feminae præcellentes in subditos suos ordinariam jurisdictionem habere noscuntur, mandamus &c.* Item laicus in causa spirituali non potest esse Arbitro. *Cap. Contingit. de Arbitris. nisi assumatur conjunctim cum Clerico ex auctoritate*

ritate Judicis Ecclesiastici. *Cap. Per quas. ead. tit.* In causa autem civili possunt clerici in laicum compromittere. Potest etiam in ipsum Judicem ordinarium compromitti, dummodo id fiat sponte a Partibus. Vallensis ex pluribus textibus *lib. 1. tit. 49. S. 3. n. 5.* Denique Arbitrarius neque ex consensu Partium potest eligi nisi vigesimum ætatis annum compleverit. *L. Cum Lex. ff. de Arbitris.*

57 Dico secundo: Excluditur a munere Judicis, qui habet spem causam, in qua debet esse Judex, aut si fuerit Advocatus in eadē causa, aut si causa est propria, juxta mox dicenda de his, qui ab officio Judicis remouentur. Videri possunt textus apud Pirhing. *lib. 1. tit. 31. num. 11.*

58 Dixi non posse esse Judicem aliquem in propria causa. Est autem propria causa illa, in qua si Judex sententiā præferat pro una Parte, vergit in ejus emolumentum, & si pro alia Parte, in ejus detrimentum in rebus, vel honore, & Juribus. In tali igitur causa non potest quis esse Judex: ut dicit ipsa ratio naturalis, & dicitur *L. Unica. Cod. Ne quis in re sua jus sibi dicat: Nihilominus si Judex est supremus non agnoscens Superiorem, ut est Papa, bene potest judicare in propria causa. Cap. Cum venissent. de Jud.* Sicut etiam Supremi Principes non habentes in temporalibus Superiorem, possunt in propria causa judicare. Ratio est, tum quia habent supremam potestatem, tum quia præsumitur Judicem Supremum qui est legis Conditor, & Conservator, non velle judicare nisi secundum jus. Ita in dictum *Cap. Cum venissent de Jud. Glossa Verb. Judicari.* & Joannes Andreas *n. 10.* Si vero Judex habeat Superiorem, non potest in propria causa esse Judex, quanvis dentur aliqui casus, in quibus id permittitur. Et primò quoties quis habet potestatem dispensandi cum aliis, poterit, & secum ipso dispensare, *as docet Suarez. de Legibus. lib. 6. cap. 1. n. 118.* Secundo

quoties notoria est injuria facta Iudici, & poena est taxata in jure, poterit Iudex eam poenam infligere; quia tunc se habet potius ut executor. Videatur Layman. lib. 3. tract. 6. cap. 2. n. 15. & sequent.

S. S E X T U S.

QUI SIT JUDEX COMPETENS?

59 **U**T Iudicium sit validum debet Iudex esse competens. Est autem Iudex competens ille, cujus jurisdictioni Reus subiicitur, & ideo Forum competens vocatur Tribunal, cui subjacet Reus: debet enim regulariter Actor sequi Forum Rei. Cap. Si Clericus. ibi: Cum Actor Forum Rei sequi debeat. et Cap. Cum sit generale. de Jud. et L. Iuris ordinem. Cod. de Jurisd. omnium Iud.

60 Variis modis potest Reus subiici alicujus jurisdictioni: & primò quidem ratione domicilii; nam ejus jurisdictioni aliquis subest, in cujus territorio habet domicilium. Cap. Dilecti. de Foro competenti, ibi: Cum ibi, & ubi domicilium habeant, valeant conveniri. et Cap. Fianali. eod. tit. ibi: Aut domicilii. Ibi autem censetur quis habere domicilium, ubi totam familiam, & rerum, fortunarumque suarum summam habet. L. Cives. Cod. de Incobis. lib. 10. seu ubi quis defacto habitat cum animo ibi commorandi: domicilium enim constituunt factum, & animus. Hinc quia potest quis habere factum, & animum in duobus locis habitandi, si nimirum utrobique & bona possideat, & defacto habitet, poterit in utroque loco habere domicilium, ut bene probat Vuestner lib. 2. tit. 2. art. 2. n. 28. & Vallensis lib. 2. tit. 2. n. 3. E contra, qui relicto loco habitationis suæ, navigat, vel iterfacit quærendo locum, in quem se conferat, nullum ha-

bet domicilium. *L. Ejus, qui manumisit. 27. §. Cebus. in fine. ff. Ad municipalem.* Mutatio aptem domicilii non impedit, quin causa incepta finiri debeat, ubi inchoata fuit. *Cap. Proposuisi. de Foro competenti.*

61 Vagabundi, qui nullibi habent domicilium, conveniri possunt vel ratione contractus alibi celebrati, vel ratione delicti alibi commissi, coram Judice loci, in quo existunt: juxta illud: *Ubi te invenero, ibi te judicabo.* Sanchez de *Matrim. lib. 23. disp. 15. n. 5.* Item sicut omnes Clerici in Curia Romana, si ibi fuerint, judicari possunt, ita omnes subditi Regis in ejus Curia.

62 Habetur secundò subjectio jurisdictioni alicujus ratione rei, de qua agitur, sitæ in eo loco. Hinc Judex illius territorii, in quo est res, judicare debet. *Cap. Sanè. de Foro competenti. et Cap. Finali. eod. tit. ibi: Sive rei, de qua contra possessorem causa movetur.* Quòd si agatur actione in Personam, debet causa fieri ubi Reus habet domicilium, nisi ubi res est sita, fuerit celebratus contractus.

63. Habetur tertio subjectio ratione contractus, & ideo debent comparere contrahentes coram Judice territorii, in quo contractum inierunt, quanvis alibi domicilium habeant. *Cap. Finali. de Foro competenti. ibi: Seu contractus.* Quòd si contractus ita sit factus, ut solutio, aut implementum ejus fieri debeat in alio loco, tunc in hoc loco causa moveri debet, quia in eo loco quisque intelligitur contrahere, ubi se obligat adimplere. *L. Contraxisse. ff. de Obligat. & Act. Vallensis cum Covarruvia lib. 2. tit. 2. n. 5.* Nomine contractus venit hìc quodlibet pactum, ex quo oritur obligatio; ita ut etiam veniat Administratio, Tutela, Cura, Transactio &c. *L. Hares absens. §. 1. cum L. sequente. de Judiciis.* Multa dubia movet, & resolvit de Foro competente ratione contractus *Vviestner lib. 2. tit. 2. art. 3. per totum, quæ videri*

videri possunt apud ipsum.

64. Habetur quartò Subiectio ratione delicti, & ideo ibi iudicandus est delinquens, ubi delinquit. *Cap. Postulasti. de Foro competenti. ibi: Per Episcopum, in cuius Diocesi deliquit, sententia promulgari poterit in eundem. et Cap. Finali. cod. tit. Quod si delinquens non sit amplius in loco delicti, sed in alieno territorio poterit etiã causã cognitã, promulgari sententia a Iudice loci, in quo fuit commissum delictum; si Reus fuerit citatione prævencus*

Si autem latitet Reus, aut iam sit extra territorium, poterit per edictum publicum in loco delicti citari; ita ut, si adhuc latitet, & non possit in persona puniri, possit Iudex loci delicti annotare bona, quæ Reus ibi habet, & in ea immisionem decernere, ad damni illati resarcitionem, quam si Reus non exhibeat, poterunt bona occupari. Si verò bona in eo loco Reus non habet, sine requisito Iudice territorii, in quo ea habet, non potest prædicta immissio fieri.

65. Denique si delictum fuerit atrox, & dignum poena capitali, potest Iudex loci delicti requirere Iudicem loci, in quo Reus est, ut illum eitet, & remittat ad ipsum, & Iudex rogatus remittere debet: Si verò Crimen fuerit levius, aut grave, sed non dignum poena capitali, non est necessaria talis remissio, sed poterit, ubicumque eris Reus, puniri. Ita ex variis legibus *Vriestner. lib. 2. tit. 2. art. 5. à n. 72. usq; ad 78. & Vallensis lib. 2. tit. 2. §. 1. n. 6.*

66. Notandum circa prædictam remissionem, quæ hodie etiam inter Iudices eidem Principi subjectos nõ est adeo usitata, cum quilibet in suo territorio velit suã jurisdictionem tueri. Notandum, inquam, quòd ut licitè peratur a Iudice loci delicti, varia requiruntur. Et primò debet Reus a Iudice domiciliij non esse prævencus,

tus, quia, si jam est apprehensus, non debet ad Judicem loci delicti remitti: tum quia ita Reus ratione delicti est subditus Judici loci, in quo deliquit, ut etiam ratione domicilii sit Subditus Judici loci, in quo habitat; tum quia Judicium incipit debet finire ubi est inchoatum. *L. Ubi acceptum. ff. de Iud.* Ideoque Judex domicilii, qui jam incepit judicium, debet illud finire. Atque ita Panormitanus in *Cap. Finali n. 16. de Iud. & Alii.*

67 Requiritur secundò: ut Judex loci delicti dirigat literas publicas, quæ precatorix, & requisitorix dicuntur, ad Judicem loci, in quo est Reus; & præterea quòd mittat summariam informationem de delicto cum ipsis literis requisitoriis.

68 Requiritur tertio: ut Reus non alleget privilegium, vi cujus non possit coram Judice loci delicti conveniri: si enim tale privilegium alleget, debet Judex loci, in quo est ipse Reus, examinare tale privilegium, juxta *Cap. Cum Persona. de Privil. in 6.* & postea vel remittere ad Judicem loci delicti, si privilegium est nullum, vel judicare ipse, si est validum: quia Judicis est cognoscere, an sua sit Jurisdictio. Reliqua videri possunt apud ipsum Vviestner cit. a num. 87. usq; ad finem art. 5.

69 Habetur quinto Subiectio jurisdictioni Præfecti Collegii, seu Universitatis ratione studii; itaut quicumque in Collegialem admittitur, subjaceat Præfecto. *L. Finali; Cod. de Iuri omnium Iud.* dummodo Collegia sint auctoritate Principis constituta. Vallensis lib. 2. tit. 2. §. 1. num. 8.

70 Habetur sexto Subiectio jurisdictioni alicujus ratione consensu, quoties nimirum a Judice incompetente ultrò quis consenserit judicari. *Cap. Significasti de Foro competent.* Excipiuntur Clerici, qui non possunt Foro suo renunciare: adeoque non possunt velle judicari a laico. *eodem cap. Significasti. & nos diximus lib. 1.*

cap.

cap. 12. Si quis in 48. ubi §. 7. n. 119. diximus etiam ca-
 sus, in quibus possint Clerici, coram Iudice laico, con-
 tineri, sicuti datus est, in quibus Laici subiciantur
 Iudici Ecclesiastico: nimirum si Laicus possidet res, Ec-
 clesiarum, vel Clerici, & constat res esse Clerici, vel Eccle-
 sias. Cap. Si Clericus de hinc incompetenti. Fagnanus in di-
 stinctio. m. 1. §. sequenti. Item si Laicus rapuerit res
 Ecclesiarum. Cap. Si quis de generali conditio. Item si Laicus
 res Ecclesiarum usurpat. Cap. Conservator cod. tit. Item si
 Laicus Iudex hoc administrat Iudicium, potest Laicus,
 cui est denegata Iudicium, ad Iudicium Ecclesiasticum, tra-
 heri, si ipsam Iudicium Laicum. Cap. Dicitur de suscipio. cod.
 tit. Denique Pupillus, vel miserabilis Persona de ista
 de possessione, potest agere coram Episcopo de illa re-
 cuperanda. Cap. Si quis de iudic. m. 1. n. 109. et omissis
 -170. In habetur tandem Subiectio ratione privilegii
 ita ut quis non subiciatur nisi Iudici, quem Privilegiis
 concedit. Ita Clerici sunt exempti a jurisdictione laica
 & Regulares sub Iudice Iudici subdantur & Regulares
 sunt exempti a jurisdictione Episcopis & sunt Privilegiis
 possunt Iudicem Conservatorem. De Privilegio Fori,
 quo gaudent Clerici. Hostiensis in 1. lib. cap. 12. §.
 3. per totum a n. 42. usque ad 139. Restat hic agere de
 Iudice Conservatore Regularium quoniam in hunc lo-
 cum remissum de eo notitiam tradere. Sic igitur.

CAPUT TERTIUM



DE IUDICE CONSERVATORE

REGULARIUM

Regulares, etiam si Privilegiis sibi concessa a
 Sede Apostolica possunt eligere Iudices
 Conservatores, etiam quod obviari debent. Hic Iudex,

dex, quavis proprie sit Delegatus, tamen quia est Conservator ex privilegio perpetuo Religionis censetur Ordinarius, & talis dicitur in Bulla Gregorii XIII. viii. Kal. Julii 1572. quæ incipit: *Æquum reputantes*, & est prima huius Pontificis in Bullario, & similiter Ordinarium esse docent Peyrinus, & alii apud Pignatello *l. 3. cons. Jult. 1. n. 11. et tom. 2. cons. 24. n. 7.* In Impressione Coloniae Allobrogum 1700. quæ Ego edo: nam ut notavi in Primo, & Secundo Libro, numeri Consultationum in hac impressione, non correspondent aliquoties numeris, qui habentur in Impressione Romana 1580. l. 2.

Judicis Conservatoris amplè erat iurisdictio secundum varia privilegia à diversis Summis Pontificibus concessa Religiosis; Verùm hodie servanda est Constitutio Gregorii XV. quæ incipit: *Santissimus Dominus noster. sub die 28. Septembris 1621.* quæ est in Bulla eiusdem Pontificis in Bullario, & legi potest apud Baguarum. in Cap. *Si Clericus. de Foro competent. in fine.* Quare secundum hanc Bullam, quæ ad Conservatorem Regularium spectant, explicabimus.

§. PRIMUS. *DE QUÆ SERVANDA SUNT IN ELECTIONE JUDICIS Conservatoris Regularium.*

3 **D**ico primò: Eligì non potest in Iudicem Conservatorem Regularium nisi Persona, quæ non solum sit in dignitate Ecclesiastica constituta, aut Canonicus Ecclesie Cathedralis iuxta *Cap. Statutum. de Rescriptis in 6.* sed etiam sit Iudex Synodalis, adeo ut si nominatio aliter fiat, sit illicò nulla, & Regularès eligentes incurrunt ipso facto privationem vocis activæ, & passivæ, & eorum rehabilitatio reservatur Papæ. Item

pri-

S. 1. Quæ servanda sunt in elect. Jud. Conserv. 41.
privantur per annum Conservatore, quo aano ab Ordinario loci eorum causæ cognosci debent. Videatur The-saurus de Pœnis Ecclesiasticis. part. 2. Verbo Conservato-res. cap. 1. n. 2.

4 Non negat prædictus Gregorius XV. quòd possint Regulares in casibus a Iure permissis petere a Magistratu Iudicem laicum non suspectum, dummodo copulativè hæc tria concurrant, nimirum, ut sint Actores, & Reus sit laicus, & causa non sit Ecclesiastica, sed profana.

5 Concedit item idem Gregorius, ut deficientibus Iudicibus electis in Synodo Diœcesana, vel Provinciali, possint ab Episcopo, cum consilio Capituli substitui alii, qui sint in dignitate, vel Canonici Cathedralis Ecclesie usque ad futuram Synodum. Item fuit declaratum ad instantiam Patrum Societatis Iesu degentium in Indiis, ut quoties nulli sunt Iudices Synodales, possint eligi Personæ habentes qualitates a Iure requisitas. Refert hanc declarationem Sacræ Congregationis Fagnanus in Cap. Si Clericus. de Foro competenti. in fine.

6 Dico secundò: Electio Conservatoris fieri debet per instrumentum publicum a Provinciali, vel Superiore locali cum consensu Capituli, ubi fuerit consuetudo talis, ut requiratur Capituli consensus, cujus instrumenti formula videri potest apud Peyrinum in Formula-rio. litt. C. cap. 20. & tale instrumentum exhiberi, & dimitti debet penes Acta Curie Ordinarii loci. Legi tamen apud quemdam Doctorem, quòd hodie sufficiat notificare Ordinario nomen Conservatoris electi; quia Bulla Gregorii XV. prædicta loquebatur de instrumentis electionis faciendæ intra duos menses a die publicationis ejusdem Bullæ, non verò de Electionibus in posterum faciendis.

Verùm standum est praxi receptæ. In Synodo enim

Panormitanæ Diocesis celebrata anno 1681. sub Illu-
strissimo de Palafox Archiepiscopo *part. 4. cap. 6. n. 98.*
sic legitur: *Ejusque electionis documentum infra mensem*
penes Acta Curia nostra exhibere, ac deponere teneantur
alioquin eo termino elapso, quambiu juxta formam Grego-
rii XV. præscriptam non elegerint, coram nobis conventiam-
tur. Refert autem Quaranta Verbo Privilegia Regula-
rium pag. 514. *vers. Insuper sciendum.* Declarationem
Sacræ Congregationis dicentem, quòd Regulares non
notificantes intra mensem Ordinario nomen Conser-
vatoris electi possint conveniri coram ipso Ordinario.

7 Dico tertio: Prælatus Regularis unius Monaste-
rii, aut Conventus ex Decreto Sacræ Congregationis
relato a Barbosa *part. 3. de Off. & Potest. Episcopi; alleg.*
106. n. 15. quòd Decretum citant Fragosus *part. 2. lib.*
4. disp. 12. §. 1. n. 3. & Pignatelli *tom. 1. consult. 169.*
n. 2. non potest esse Iudex Conservator alterius Mona-
sterii, aut Conventus. Extat tamen ex Lezana, & eodem
Barbosa *in Collect. verbo Conservator.* Indultum conce-
sum Abbati Olivetano, per quod si fuerit Iudex Syno-
dalis ab Episcopo deputatus, possit eligi in Conservato-
rem. Hoc privilegium videtur posse extendi sub eadem
conditione ad alios Prælatos Regulares, quia verè Præ-
latus Regularis est Persona in dignitate constituta: ergo
si jam fuerit electus ab Episcopo in Iudicem Synodalem,
potest etiam stante Bulla Gregorii XV. eligi in Con-
servatorem.

8 Nostri verò Rectores, aut Provinciales etiam si
forent Iudices Synodales, non possunt esse Conserva-
tores, quia ex vi Constitutionum Societatis est prohibi-
tum *par. 6. cap. 3. §. 7. In declarationibus. litt. D.* ac-
ceptare Officia, quæ aliis causa offensionis esse possunt,
sed esse Conservatorem certè est officium, quod potest
esse causa offensionis. ergo &c. quod ipsum docet Rode-
ricus

§. 2. *Resolvuntur variae quæst. de elect. Conservat. 43.*
ficus tom: 1. *Questionum Regul. quæst. 65. art. 3. in fine*
de Guardianis Ordinis S. Francisci propter Constitutio-
nem generalem, in qua prohibetur ipsis acceptare mu-
nus Conservatoris.

§. S E C U N D U S.

RESOLVUNTUR VARIÆ QUÆSTIONES de Electione Conservatoris.

9 **Q**uæritur primò: An Unus, & idem possit esse
Conservator plurium Monasteriorum, aut
Conventuum?

- Respondeo: quòd si Monasteria, aut Conventus sint
in eadem Diocesi potest unus, & idem esse Conserva-
tor illorum; si ve ea loca sint ejusdem Ordinis regularis,
si ve diversi. Si autem sint in diversa Diocesi, non potest.
Ita Peyrinus tom: 3. *Privilegiorum. cap. 11. n. 17.* Ratio
est: quia ex Bulla Gregorii XV. non potest Conserva-
tor procedere extra Civitates, seu Dioceses, in quibus
Deputatus fuerit: ergo inutiliter eligeretur Conserva-
tor unius Conventus in Conservatorem alterius, qui
est extra Diocesim illius. Præterea extat Decretum
Sacrae Congregationis relatū a Barbosa in *Collect. verbo*
Conservator. per quod dicitur eligi debere Conservato-
rem in Civitate, vel Diocesi, in qua situm est Mona-
sterium; Nulla autem habetur prohibitio in ordine ad
hoc, quòd unus, & idem sit Conservator plurium Mo-
nasteriorum si ve ejusdem, si ve diversæ Regulæ existen-
tium in eadem Diocesi. Convenientius tamen est, quòd
Regulares diversi Ordinis eligant quique suum Con-
servatorem, quia idem potest esse suspectus, ne magis
faveat uni Ordini, quàm alteri.

10 Noto hic, quod quando Subditus Episcopi il-
lius

44 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 3. de Judice Conser. Regul.*
lius loci, in quo sunt Regulares, non potest, propter mi-
nas Episcopi suum munus Conservatoris exercere, ha-
betur justa causa eligendi alium extra Dioecesim. At-
que ita Pignatelli *tom. 1. consult. 113. n. 7. & 8.* ubi
variis adductis textibus, & Doctoribus, probat posse
Regulares in tali casu Conservatorem eligere extra
Dioecesim.

11 Quæritur secundò: An electus Conservator pos-
sit non consentire electioni?

Respondeo: Non posse, nisi ex justa, & gravi causa; adeoque Electus tenetur acceptare munus. Probatur: quia Summi Pontifices in Concessionibus factis Regularibus de eligendo Conservatore, præcipiunt, ut Electi sub poena excommunicationis Officium suscipere teneantur. Ita in *Compendio privilegiorum Soc. Jesu. Verbo Conservator. §. 8.* & ita Rodericus *tom. 1. Quæst. Regul. Canon. quæst. 65. art. 4.* referens alias Constitutiones Pontificias obligantes Electos Conservatores Regularium ad acceptationem Officii.

12 Quæritur tertio: An possit Electus Conservator renunciare, aut mutari à Regularibus?

Respondeo, quod durante quinquennio sine legitima causa approbata à Sede Apostolica, vel ab Ordinario loci, prout libuerit Regularibus, & aliis, quorum interest, non potest mutari Conservator, nec ipse renunciare valet; quia ita statuitur in Bulla Gregorii XV. §. 5.

13 Hinc autem non sequitur, quod elapso quinquennio, debeat mutari Conservator, quia licet Tridentinum *sess. 14. de Reformat. cap. 5.* dixerit, quod ultra quinquennium gaudere nemo possit Beneficio literarum Conservatoriarum, tamen in eodem capite excipiuntur loca Regularium; adeoque ut bene advertit Miranda in *Manuali. quæst. 47. art. 6.* Conservatores Regularium durare possunt ultra quinquennium.

14. Quæritur quartò: An Conservator possit substituere Conservatorem?

Respondeo, quod possit, dummodo Substitutus habeat qualitates requisitas ad munus Conservatoris. Ratio est, quia in Bulla citata Gregorii XV. hoc supponitur, dum dicitur *Judices Conservatores hujusmodi sive Principales, sive Subrogati*. Item quia Gregorius XIII. in Conservatoria edita in favorem Societatis Jesu, id concessit. Nec est derogata talis concessio per Bullam Gregorii XV. ut notat Lezana tom. 2. cap. 10. num. 57. imò confirmata videtur ex verbis paulò ante adductis.

15. Notandum, quod in Compendio privilegiorum Societatis nostræ habetur Verbo Conservator §. 2. quod Conservator possit per Substitutum exercere munus suum etiam extra loca, in quibus est Deputatus; sed quia Gregorius XV. ut supra dictum fuit, vult, ut non exercéatur Jurisdictio à Conservatore extra Diocesim, ideo hoc ita est intelligendum cum Peyrino tom. 2. Privilegiorum Constit. 5. Gregorii XV. n. 57. nimirum quod Conservator non possit procedere contra non existentes in Diocesi, in qua ipse est Deputatus, possit autem ipse existens extra Diocesim, in qua est Monasterium, cuius ipse est Conservator, subrogare alios existentes in eadem Diocesi, in qua est Monasterium, qui loco suo Jurisdictionem ibi exerçant.

S. TERTIUS.

DE JURISDICTIONE CONSERVATORIS REGULARIUM.

16. **D**ico primò: Jurisdictio Conservatoris non se extendit ad procedendum in Causis occurrentibus contra Regulares, quorum ipse est Con-

ser-

servator, nisi civiliter, quia ejus Jurisdictio est ad utilitatem Regularium. Ita Moneta *de Conservatore. cap. 7. quest. 4. n. 208. & sequentibus. Peyrinus tom. 2. Privil. Constitutione Gregorii XV. n. 43. & 44. & Alii.* Cum hoc tamen stat, quod possit per Censuras Ecclesiasticas contra contumaces procedere, quia aliter inusuliter concederetur Jurisdictio, quæ nullam haberet vim cœercitivam. Atque ita docent Azorius *par. 2. lib. 5. cap. 34. quest. 10. Moneta de Conservatore. cap. 7. n. 279. & Alii.*

17 Dico secundo: Conservator Regularium potest mutare locum, ubi Jus dicat, dummodo sit intra Diocesim, in qua est Monasterium, quia non habet certum Tribunal; nec potest ex prædicta Bulla Gregorii XV. uti Assessore, nisi eo indigerit, quæ indigentia relinquitur ejus conscientiæ: quod si judicaverit se indigere Assessore, debet eligere non suspectum, & favore, ut à Partibus communiter provideatur de competenti Salario. Item Notario moderatum salarium faciet assignare, & cavere debet, ne ipse Conservator cum Notario, & Assessore lucrum participet, sub poena restituendi quod acceperit. Testes non potest vocare, nisi quando Condicio, & status Cause requirat.

Insuper Salarium Conservator à Monasterio exigere non potest. *Cap. Finali. de Off. Jud. Dek. in 6. §. Circa mûnera, & Cap. Statutum. de Rescriptis in 6. §. Insuper ut gratis.* Potest tamen ex eodem *Cap. Statutum.* exigere expensas, quas faciat extra Domicilium ratione officii, ultra eas, quas faceret Domi suæ. Munera autem ex eodem *Cap. Statutum.* nec potest accipere, nisi quædam esculenta, & poculenta, quæ paucis diebus consumi possint. Quot autem sint pauci dies, juxta Glossam *verbo. Paucis,* relinquitur arbitrio Prudentum judicandum, attendente qualitate Personæ Conservatoris, & Monasterii donantis.

18. Notandum cum Peyrino in *Formulario. litt. G. cap. 20. n. 3.* quod non potest Episcopus cogere Conservatorem, ut suis Notariis uratur, sed potest Conservator eligere Notarium, quem maluerit: Et ratio est, quia Conservator est Delegatus Papæ, adeoque quo ad hoc Superior ipso Episcopo.

19. Dico tertio: Conservatores Regularium non possunt cognoscere de Causa, que judicium indaginem requirit, nimirum que sit dubia, & ideo judicialiter examinari debeat, sed solum defendere possunt in injuriis, & violentiis manifestis Regularibus. Ratio est, quia sic in *Cap. Finali de Off. & Potest. Jud. Del. in 6.* statuitur, & Gregorius XV. innovavit in sua Constitutione. Atque ideo ita docent Azorius *par. 2. lib. 9. cap. 34. quest. 7.* Fragoletus *par. 2. lib. 4. disp. 12. §. 1. num. 4.* Alios citans, ita ut si Conservator in alio fecerit se inmiscere, incurrat suspensionem per annum latham in *dicto Cap. Finali de Off. Del. in 6.* de qua suspensione agit P. Suarez *tom. 5. in 3. par. de Censuris. disp. 2. §. fact. 14. num. 10.* Ipse autem Suarez *eadem tom. 5. disp. 31. fact. 3. num. 17.* exponit modum delinquendi necessarium in Conservatore, ut talem suspensionem ipso facto incurrat. Et est, quod per se scienter, importatur culpa gravis, ideoque ipse culpabiliter, & graviter peccando se intromittat, ita ut si non culpabiliter, & graviter peccando cognoscat de aliis Conservator, quam de manifestis injuriis, non incurrat suspensionem. Quæ quidem suspensio est non solum ab officio Conservatoris, sed etiam ab omni officio Clericali, ut probat idem Suarez *ibidem.*

20. Dico quarto: Prohibite est, quod docent Porcellius, Rodriguez, Joannes Dela Cruz, & Alii, quos citat, & sequitur Diana *par. 9. tract. 1. ref. 20.* sub nomine manifestarum injuriarum, venire etiam voluntatem

tem non solvendi debita Regularibus; ita ut Laici Debitores, qui nolunt solvere debita Regularibus, possint coram Iudice eorum Conservatore conveniri. Ratio est, quia est injuria manifesta actio contra Jus, & quæ alteri damnum infert; sed nolens solvere debitum, facit contra Jus Monasterii, & illi damnum inferre: ergo injuriam manifestam facit: nec in tali casu Monasterium consideratur ut Actor, sed ut manifestè injuriatum, adeoque non debet sequi forum Rei.

21 Est notandum ex Azorio supra citato, & Aliis, quod si dubitet Conservator, an injuria sit manifesta, & an ad suam Jurisdictionem spectet, tunc revera potest inquirere, ut sciat, an sit notoria, & ad suum Forum pertinens. Similiter si ille, qui injuriam intulit, dicat non esse notoriam, potest Conservator Testes, & probationes recipere ad cognoscendum, an sit notoria, & ad suum Forum spectans; aliter inutiliter esset constitutus Iudex, cum ad Iudicem pertineat cognoscere quid ad suam Jurisdictionem spectet. *L. 5. ff. de Judiciis.* Si igitur Conservator invenerit esse injuriam manifestam, poterit procedere: sin minus, desistere debet. Si Reus factum confiteatur, tam Conservatori subiicitur; si neget, probationes admittet Conservator solum ad sciendum, sit ne factum nototium, nec ne? Videatur Fragosus *par. 2. lib. 4. disp. 12. §. 1. à num. 5. usque ad 8.*

22 Dico, quòd: Non solùm potest Conservator Regularium procedere in injuriis eorum manifestis iam illatis, sed etiam in inferendis. Ita Fragosus *ibidem n. 4. Versu Vtrum: autem.* Probatur, quia defensio stat præcipuè in arcendis injuriis inferendis; ideoque, ut docet Lezana supra citatus *num. 23.* potest Conservator excommunicationem ferre contra eos, qui parati sunt cum armis Monasterio sibi commisso damnum inferre, ut eos à damnificatione coerceat, sicut cogere potest ad resarci-

S. 3. De Jurisdictione Conservatoris Regular. 49
citionem damni eos, qui iam illud intulerunt. Idem docet Peyrinus tom. 2. *Privil. Constit.* 5. *Gregor. XV. n. 41.* ex Miranda, & Azorio par. 2. lib. 5. cap. 34. *quæst. 7. Versu. Si iterum.*

23 Dico sextò: Quanvis possit Conservator, ut diximus, exercere sub pœna excommunicationis inferentes iniurias manifestas Regularibus, non tamen potest punire delinquentes, quia ut dictum est, non potest criminaliter agere, sed solum civiliter in bonum Regularium. Stat nihilominus cum hoc, quod possit invocare auxilium brachii sæcularis, aut Episcopi contra delinquentes, & eos incarcerare in carceribus Episcopi, vel publicis, ut docet Cocchier de *Exemptionibus par. 4. quæst. 111. n. 16. & sequentibus, & de Conservatore Eccl. quæst. 97. n. 4. & Peyrinus tom. 2. Privil. Constitut. 5. Gregor. XV. n. 12.*

24 Dico septimò: Si controversia oriatur inter Episcopum, & Conservatorem Regularium de Jurisdictione, debet controversia ex prædicta Bulla Gregorii XV. per Arbitros in forma Juris electos decidi, & interim non potest in causa procedi: quod etiam servatur, quoties Reus recuset Conservatorem, ut suspectum. *Tridentinum sess. 14. de Reform. cap. 5.*

25 Dico octavò: Quanvis in Notoriis, de quibus, ut dictum est, judicat Conservator, non detur Appellatio. *Cap. Pervenit. de Appellat. ibi: [Si verò publicus est, & Notorius, appellationis obtentu non prætermittas, quin eos excommunicatos denuncies, &c.]* Quod ipsum dicitur. *Cap. Cum sit romana, & Cap. Consuluit. eodem tit. nihilominus, quia dantur casus, in quibus datur in Notoriis appellatio, nimirum si exprimitur causa aliqua ofuscans Notorium, v. g. quia confessio Rei fuerit metu extorta, vel si Notorium habet aliquam excusationem, & defensionem, & in cæteris, quæ videri possunt apud*

50 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 3. de Jud. Conserv. Reg. ubi*
Fragosum *par. 2. lib. 4. disp. 12. §. 3. à n. 53.* Ideo po-
test dari appellatio à Judice Conservatore post senten-
tiam definitivam, aut interlocutoriam, continentem
gravamen irreparabile per definitivam. Appellatio au-
tém ad solum Papam fieri potest. Peyrinus cum aliis
tom. 2. Privil. Constit. 5. Greg. XV. n. 6. Videri potest
ipse Fragosus à *num. 48. usque ad 65.* ubi agit de Appel-
lationibus à Conservatore.

26 Dico nonò: Conservator Regularium procedere non potest in causis, in quibus Regulares sunt Actores. Ita in prædicta Bulla Gregorii XV. & quavis nostre Societati fuerit concessum, ut sive Actores, sive Rei fuisset coram Conservatore electo comparere deberemus, de quo privilegio meminit Fagnanus in *Cap. Si Clericus. de Foro competenti. num. 22. & 36.* & Pignatelli *tom. 3. consult. 1. n. 4.* Tamen tam nos Jesuitæ, quam quilibet alii Regulares similia privilegia habentes hodie stare debemus prædictæ Constitutioni Gregorii XV. quia omnia privilegia circa Conservatores reddita sunt ad terminos dictæ Constitutionis, ut probat Pignatelli *num. 5.* & fuit declaratum à Sacra Congregatione Concilii, quam refert idem Pignatelli *tom. 8. consult. 23. n. 9.* dicente: *Hujusmodi Constitutionem cum Declarationibus, ut præfertur editis, aequè afficere Religiosos Societatis Jesu, atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius præscriptum esse eligendos: non obstantibus, quibuscumque privilegiis, quippe quæ omnia reddita sunt ad terminos ipsius Constitutionis.*

27 Dico decimò: Extenditur Jurisdictio Conservatoris ad decidendam controversiam ortam inter duos Procuratores Religiosos diversi Ordinis, aut diversi Conventus ejusdem Ordinis. Ratio est, quia Procurator Religiosus in tali casu non potest conveniri coram suo Superiore Regulari, quia facit unum cum ipso, adeo-
que

§. 3. De Jurisdictione Conservatoris Regular. 51

que Actor ageret causam coram Judice, qui simul esset Pars; neque potest conveniri coram Ordinario loci, à cujus Jurisdictione est exemptus: ergo restat quod conveniatur coram Judice Conservatore. Non nego, quod possit sive Laicus, sive Religiosus alterius Ordinis agere coram Superiore Regulari proprio Rei Religiosi, contra quem agitur; quia tunc præsumitur, quod Superior Regularis sit administraturus iustitiam: Atque ita Bordonus *par. 2. ref. 95. quest. 5. qui quest. 9. ait*, quod unus Religiosus non potest convenire alium Religiosum eiusdem Conventus, aut diversi, sed eiusdem Ordinis coram Conservatore, sed debet agere coram Superiore Regulari, qui est ordinarius Judex eorum. Causa verò Novitii de debitis in sæculo, debet coram Conservatore fieri, quia etiam Novitius gaudet Foro regulari, & causa Syndicorum, & Procuratorum Fratrum Minorum de Observantia coram eorum Conservatore fieri debet ex Bulla Clementis VII. quæ incipit: *Dum consideramus. tom. 1. Bullarii pag. 588. de qua redibit sermo infra cap. 13. §. 3. n. 41.*

28 Dico tandem: Subconservatoris Jurisdictio expirat morte naturali Conservatoris in causa non dum incepta ab ipso Subconservatore. Item morte civili Conservatoris, nimirum si Servus fiat, aut bandiatur. Ita Moneta *de Conservatore. cap. 10. n. 255. & 263.* Item si Conservator privetur officio, aut renunciat cum causa. Idem Moneta *num. 267.* Est autem advertendum cum eodem *num. 334.* quod si Conservator privatur officio, aut renunciat ante elapsum quinquennium, quantumvis in ipso deficiat Jurisdictio tam quo ad negotia incepta, quam non incepta: tamen in Subconservatore solum expirat quo ad negotia non incepta, & ideo prosequi potest negotia jam incepta. Fundatur hæc doctrina. in *Cap. Relatum. de Offic. & Potest. Iud. Deleg. &*

Cap. Finali. §. Officium. eod. tit. in 6. Nam in primo textu dicitur, quòd morte mandantis, si lis fuerit ante mortem contestata, non expirat mandatum: Et in secundo textu dicitur, quòd Officium Conservatoris morte concedentis expirat quoad negotia non cæpta; ergo a simili discurrendum in casu nostro, cum sit eadem ratio in morte Conservatoris respectu Subconservatoris, ac in morte Mandantis respectu Delegati. De Subconservatore agit Fragosus *par. 2. lib. 4. disp. 12. §. 4. a n. 66.* De Conservatoribus autem Regularium videri possunt idem Fragosus *tota disp. 12. citata.* & Rodericus *tom. 1. Quest. Reg. Canonic. quest. 65. per articulos viginti.*

CAPUT QUARTUM.

DE OBLIGATIONIBUS IUDICIS.

EXplicato nomine Judicis, & quodnam sit ejus Officium, & datâ notitiâ de ejus divisione in Ordinarium, Delegatum, & Arbitrarium, & de iis, qui a Judicis Officio excluduntur, & tandem de eo, qui Competens est, ad obligationes Judicis venimus.

§. PRIMUS.

AD QUID TENEATUR IUDEX QUO AD SE?

I Dico primò: Cum Sylvestro *verbo Iudex primò. quest. 7. n. 12.* debet Iudex sive Ecclesiasticus, sive Sæcularis esse Bonus; aliter corrigèdo, & punièdo Subditos ex officio, cū ipse sit malus, peccat. Hoc autè intelligo solum de Judice existente in peccato notorio, ratione scandali, quod habetur in Subditis videntibus in se puniri delictum, quod in Judice puniente reperi-

sur;

§. 1. & 2. *Ad quid teneatur: quo p[ro] se, & quo ad alios.* 53
 tur; non autem de Iudice peccatore occulto; est enim error damnatus in Concilio Constanfienfi *sess. 8. & 15.* quod Iudex per peccatum mortale amittat Jurisdictionem, & per hoc peccet, si in peccato mortali existens alios iudicat. Error hic est manifestus, quia aliter nullus actus judicialis posset censerī validus; cum semper dubitare possent Subditi de Statu gratiæ ipsius Iudicis, adeoque de ejus Jurisdictione. Videatur Cardinalis de Lugo *de Iust. tom. 2. disp. 37. sect. 2. n. 4. & 5.* & quod Iudex sæcularis in peccato mortali occulto non peccet graviter, suspendendo furem, docet idem Sylvester *Verbo. Correctio. quest. 17. n. 15. vers. Sed limitat.*

2 Dico secundo: Tenetur Iudex esse Legis peritus: ita ut si sciens suam imperitiam acceptet Officium Iudicis, peccat graviter; *Can. Non est putanda. 1. quest. 1. in fin.* ibi: *Prius vires suas cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, ut si impar est, absteineat.* Navarrus in *Manuali cap. 25. de Statu Iudicis Superiorem agnoscentis. n. 12.* Cardinalis de Lugo *disp. 37. de Iust. sect. 1. n. 1.* cum pluribus; quos citat. Quando autem ex defectu scientiæ teneatur Iudex ad restitutionem damnorum videri potest apud eundem de Lugo *n. 2. & 3.* Hoc tamen dicunt Auctores, ut videre est apud Busembaum *lib. 4. cap. 3. dub. 2. art. 1. n. 2.* quod si Iudex sit insufficientis, & scientiam necessariam non habeat, non potest a Confessario absolvi, nisi dimittat officium, aut firmum propositum ostendat renunciandi; quia nemo potest licite retinere officium, quod exercere non potest sine damno, vel periculo proximi.

§. SECUNDUS.

AD QUID TENEATUR QUO AD ALIOS IUDEX?

3 **D**ico primo: Tenetur Iudex sub mortali ce-
 riter causas expedire, quia ex Officio est
 obli-

Obligatus reddere cuique suum: Unde si sine iusta causa valde notabiliter differt expeditionem causarum, peccat mortaliter. Ita Sylvester *verbo Iudex. quest. 12. n. 17.* Navarrus *de Statu Iud. Superiorem agnoscentis. in Mandali. cap. 25. n. 14.* & Alii communiter, qui ad restitutionem damnorum obligant, quæ Parti læse secuta sunt ex iniqua dilatione.

4 Dico secundo: Tenetur Iudex providere de Advocato ei, qui ob paupertatem, vel ob iudicii imbecillitatem, vel ob potentiam Partis contrariæ, vel ob aliam causam Advocatum non habet. *L. Nec quidquam. §. Advocatos. ff. de Offic. Proconsulis, et Cap. 1. de Offic. Iud.* Notandum est hic quod poterit Iudex dare aliquem ex suis domesticis in Advocatum Litigatori, qui cum non habet, quia licet Iudex, si sit Dominus Partis litigantis, recusari possit, ut suspectus; *Cap. Causam. Cap. Insinuante. de Offic. Iud. Deleg.* tamen non potest recusari Advocatus domesticus Iudicis, nisi spectatâ astutiâ Advocati, & qualitate Iudicis dantis, Superior Iudice arbitretur haberi iustam causam recusandi. Ita ex Abbate, & Imo-
do *Pithing lib. 1. tit. 32. n. 3. vers. Notandum 2.*

5 Dico tertio: Non potest Iudex munera accipere, ut bene, vel malè iudicet, aut iudicare omittat. *Can. Iubemus. eum Can. Sequentibus. 1. quest. 1.* & debet subvenire Oppresso, iudicare Pupillo, & egeno, defendere Viduas, Humilem, & Puperem iustificare.

6 Dico quarto: Debet Iudex secundum Leges, & Consuetudines, ac locorum Statuta, & secundum allegata, & probata iudicare, non verò secundum privatam scientiam. *Can. Iudices ille: 3. quest. 7. & L. Illicitas. §. Veritas, junctâ Glossa. ff. de Offic. Præsidis, et Authenticorum Collat. 6. tit. 10. Novella. 82. de Iud. §. Omnis. ubi sic: Omnis autem Iudex sive cingulum habens, sive aliter iudicans, Leges custodiat, & secundum eas proferat sententias*

tias. Dicitur, Cingulum habens, qui administrationem habet: Dicitur, aliter iudicans, qui non habet administrationem, ut sunt Magistri Scholarum, & illi, qui sunt Electi a Consulibus, vel Senatu. Sunt hic agitanda: tres celeberrimæ quæstiones. Prima. Utrum Iudex possit dâ-nare eum, quem certò scit innocentem, sed secundum allegata, & probata censetur Reus. Secunda: An possit punire quem certò scit delinquentem, sed secundum allegata censetur Innocens. Tertia, An possit sententiam ferre secundum opinionem probabilem, quoties habetur probabilior & tutior? Sic igitur.

QUÆSTIO PRIMA

UTRUM IUDEX POSSIT LICITE DAMNARE EUM,

quem scit esse Innocentem, si secundum Acta.

Quæstio 1. An possit censetur Reus?

Supponendum certum esse apud omnes, ut restat. Sicut Pirhing *lib. 1. tit. 32. n. 8.* & Cardinalis de *Eugo de Justit. disp. 37. sect. 4. n. 41. vers. Circa primam,* quod in tali casu tenetur Iudex querere omnem modum, ut liberet innocentem cognitum; quod ipsum habetur ex doctrina Divi Thomæ 2. 2. *quest. 64. art. 6. ad 3.* Et primò quidem tenetur iterum examinare testes diligentissimè, donec eos inveniat discordantes. Secundò: Si commodè potest, tenetur facere, ut ille fugiat a carcere. Tertio: Tenetur remittere causam ad Iudicem Superiorem, & depositâ Personæ Iudicis, agere Toffem. Quarto: Si fuerit Iudex supremus tenetur de potestate absoluta liberare illum innocentem, vel saltem impedire progressum iudicii, vel dicere expressè apud populum, quod ille sit innocens, eo, quia ipse Iudex supremus viderit illum in tali loco cum talibus Personis &c.

con-

contra ea, quæ testes deposuerunt:

7. *Questio* igitur procedit in casu, quo Iudex non supremus non possit aliquo ex modis suprascriptis sine incommodo liberare innocentem a se cognitum, & Pars adversa instet apud ipsum, ut ille damnetur, stantibus probationibus: utrùm possit licitè illum damnare?

8. Tres afferuntur sententiæ, quarum prima ait semper debere Iudicem secundùm allegata, & probata judicare, adeoque debere damnare ad mortem innocentem cognitum per privatam scientiam, sed probatum Reum. Ita D. Thomas 2.2. *quest. 64. art. 2.* Covarruvias, Cactanus, Paludanus, Sotus, Bartholus, Ioannes Andreas, Navarrus, Burgos de Paz, Iulius Clarus, Thomas Sanchez, quos omnes citat Cardinalis de Lugo tom. 2. *de Iust. dicta disp. 37. sect. 4. n. 42.* & Pirhing lib. 1. tit. 32. n. 7.

Secunda sententia dicit oppositum, & vult, quòd Iudex debeat judicare secundùm veritatem sive publicâ, sive privatâ scientiâ habitam. Ita Hugo de Celso, Calderinus, Rosella, Angelus, Lyranus, Panormitanus, & alii, quos citat Lessius *Lib. 2. de Iust. cap. 29. dub. 10. n. 78.*

Tertia sententia est media, & docet non posse Iudicem damnare licitè ad mortem, vel mutilationem eum, quem certò scit esse innocentem: posse tamen in causis civilibus, aut criminalibus minoribus ferre sententiam, secundùm allegata, & probata contra privatam scientiâ, quam ipse habet. Ita Lessius *dicto n. 78. & 84.* Petrus Navarra, Coninch, Malderus, Imola, Adrianus, & alii, quos citat Cardinalis de Lugo n. 42. *vers. Tertia.* Item Layman *lib. 3. tract. 6. cap. 2. n. 8. vers. Dico 2. & Dico 3.* Pirhing *dicto lib. 1. tit. 32. §. 2. n. 9. & 10.*

9. Dicendum cum tertiâ sententia: nunquam licitè potest Iudex damnare ad mortem, vel mutilationem eum, quem certò scit esse innocentem; potest tamen in causis

S. 2. Quas. 1. De eo, qui scitur Innoc. & prob. Reus. 57.
causis civilibus, aut criminalibus minoribus, in quibus
agitur de poena exilii, vel pecuniaria, judicare secun-
dum allegata, & probata contra privatam scientiam.
Hanc sententiam docui in tract. de Just. & Iure. & hanc
iterum amplector.

Probat prima pars: Non potest quis cognoscere mu-
lierem, quam certò scit non esse suam, etiam si per tes-
tes probetur, quòd sit sua, & Judex pronunciet esse suã;
immo si a Judice Ecclesiastico per sententiam excom-
municationis compellatur eam accipere tanquam suam,
adhuc eam nò potest cognoscere. *ex Cap. Inquisitioni tuae.*
de Sent. Excom. ibi: Debet potius sententiam excommuni-
cationis humiliter sustinere, quam per carnale commercium
operari mortales & ex Cap. Literas, de Restitutione Spa-
liatorum. ibi: Porro cum mulier, que consanguinitatis ha-
bet notitiam praesertim in gradibus, quos lex divina pro-
hibuit, non possit hujus modi viro sine mortali peccato com-
misceri carnaliter, quoniam quod non est ex fide peccatum
est: & quidquid fit contra conscientiam edificat ad gehem-
nam: frustra in tali casu adjudicaretur restitutio spaliato
(idest redderet mulier viro illam petenti) *cum illa*
non debeat in hoc Iudici obedire, sed potius excommunica-
tionem humiliter sustinere. Atque ita verum est, quòd
non possit licitè commisceri cum muliere, qui certò scit
illam non esse suam legitimam uxorem, ut opposita sen-
tentia ex rationibus, quas adducit Thomas Sanchez lib.
2. de Matrim. disp. 39. a n. 5. sit valdè periculosa in fide:
ergo similiter Judex certò sciens aliquem esse innocen-
tem, quanvis per Testes probatum Reum, non potest il-
lum mortè damnare.

Consequentia hæc probatur ex identitate rationis.
Nam ideo non potest ille cognoscere mulierem, quam
certò scit non esse suam propter nullitatem matrimonii
a se cognitam, non obstante, quòd in foro externo illud

H

matri-

matrimonium probetur validum, quia quod est ab intrinseco malum, pro ut est fornicatio ex communi Doctorum, & Decreto Innocentii XI. damnantis propositionem illam num. 48. *Tam clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.* Quod est, inquam, ab intrinseco malum, in nullo casu potest fieri licitum; sed etiam occidere, aut mutilare innocentem est ab intrinseco malum; quia nullus homo habet jus in vitam alterius, & potestas a Deo data hominibus occidendi alios homines sit solum ob bonum publicum, & ad arcenda delicta, non autem ad occidendum innocentem, imò ob nullum Reipublicæ bonum est licitum directe occidere innocentem, quia id, quod per se malum est, ob nullum finem fieri potest licitum; ergo si non potest ille cognoscere mulierem, quam certo scit non esse legitimam uxorem, quamvis Judex proferat sententiam, quod sit sua, quia per Testes revera falsos probata est sua: nec Judex potest morte damnare innocentem certo cognitum, quamvis per Testes revera falsos probatus sit Reus.

10. Nec obstat primò: quod talis homo a Judice habetur ut Reus, non verò ut innocens, & damnatur ut Reus invincibiliter a Judice: quia ut Judex debet sequi scientiam publicam, quænam habet ex probationibus. Non obstat, inquam, quia licet qui invincibiliter putans aliquam esse suam uxorem, non peccet eam cognoscendo; tamen Judex non potest invincibiliter estimare illum esse Reum: quia sicut bona fides non est in eo, qui certo scit mulierem non esse suam, quamvis in foro externo probetur sua, ita nec in Judice certo sciente innocentiam illius, haberi potest bona fides per hoc, quod probationes faciant illum Reum.

Item sicut non valet dicere, quod Vir ille sciat ut ho-

S. 2. *Quaest. 1. De ea, qui scitur Innoc. & prob. Reus.* Sed non illam mulierem non esse suam, sed ut conjux per probationes sciat esse suam, adeoque ut conjux possit cum illa commisceri carnaliter, ita nec in casu nostro. Nec quia Iudex ut Persona publica debet sequi non scientiam privatam, sed publicam, sequitur quod possit innocentem cognitum damnare ad mortem, quia in tantum Leges volunt, ut Iudex judicet secundum probationes, in quantum volunt, ut non aberraret a veritate; ergo quando Iudex scit certo aberrare a veritate in sequenda scientia publica, non potest illam sequi cum injuria alterius irreparabili, qualis est amissio vitae. Sic enim ageret contra finem Legis.

11. Nec obstat secundo Textus in Deuteronomio *Cap. 17. ver. 7.* ubi dicitur *In ore duorum, aut trium. Testisiam peribit, qui interficiatur.* & *Matth. 18. In ore duorum aut trium testium stabit omnia verbum.* Nam in praedictis verbis solum dicitur, quod non possit quis damnari ad mortem nisi ad minus concurrentibus duobus, vel tribus: Additur enim in Deuteronomio: *Nemo occidatur uno contra se dicente Testimonium.* Non autem dicitur quod concurrentibus duobus, aut tribus Testibus debeat quis occidi: cum possint multa occurrere, propter quae illi non sint sufficientes.

12. Neque obstat tertio Textus in *Can. Judices illa 3. quaest. 2.* ubi S. Ambrosius nescitur dicens: *Bonus Judex nihil ex arbitrio suo facit, sed juxta Leges, & jura pronunciat: sicut audit, ita judicat &c.* Nam S. Doctor ibi damnat praejudicia orta ex affectu in Judice, & vult, ut non secundum propriam voluntatem, sed secundum Leges judicet: Non autem dicit Sanctus, quod debeat Judex veritatem evidenter notam relinquere, ut falsitatem certam amplectatur. Atque ideo, ut advertit Lessius *loc. cit. n. 85.* Judex, sicut audit, judicat regulariter loquendo, non vero quando agitur de damno irreparabili in-

innocentis cogniti. Nam Patres loquuntur de Officio Judicis regulariter exercendo: nō verò de casu raro nostro.

13 Neque obstat quartò Textus in Cap. Pastoralis. §. Quia verò de Off. Jud. Deleg. ubi sic habetur: *Et si sciat sententiam illam injustam, exequi nihilominus tenetur eandem.* Nam in prædicto Canone sermo est de Executore sententiæ latæ ab alio, & non de Judice judicante: & dicit Pontifex, quòd licet Executor sciat sententiam esse contra jus litigatoris, teneatur eam exequi, & nihilominus ponit Pontifex sequentia verba: *nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc onere ipsum absolvat.* Per quæ verba significat, quod debet Executor procurare, ut se liberet ab eâ exequenda, quoties cognoscit esse injustam. Verùm certè Executor potest eam sententiam exequi, quia litigator videtur cedere juri suo, dum non appellat ad Papam antequam sententia executioni mandetur. In casu autem nostro agitur de vita innocentis. Unde textus prædictus non est ad rem.

14 Neque obstat quintò quòd daretur via Judici, quâ posset pecuniâ corrumpi, ad hoc ut diceret, se non posse proferre sententiam adversus probatum criminiosum, asserens eum esse innocentem: Non obstat, quia Judici non creditur nisi per probationes ostendat eum esse innocentem. Deinde non dico, quòd Iudex possit juridicè absolvere eum, qui probatus est Reus: sed solum dico, quòd licitè non possit damnare ad mortem, ideoq; debeat procurare, ut probeatur innocens, ad hoc ut possit absolvere eum, vel se eximere ab Officio. Denique etiam si sequeretur, quòd intendit Adversarius, nimirum quòd aliquando Reus non damnaretur adhuc stat, quòd melius sit decem Reos non damnari, quàm unum innocentem occidi.

15 Neque obstat sextò: quòd Iudex ut ferveret Leges, & bonum publicum non peccat damnando innocentem:
sicuti

§.2. *Quæst. 1. De eo, qui scitur Innoc. & prob. Reus.* 61

sicuti propter bonum commune occiduntur plures innocentes in everfione arcis, vel oppugnatione civitatis, & sicuti invafus occidens invaforem, ut confervet propriam vitam, non peccat, quia non intendit mortem illius, sed confervationem suæ vitæ: ita in casu nostro Iudex intendit confervare Leges.

Non obstat, quia quando evertitur arx, aut oppugnatur civitas in bello iusto, habetur jus ex parte evertentis, & oppugnantis, quo jure non debet privari ex eo, quòd fequatur mors aliquorum innocentium. non volita, nec per se intenta. At in casu nostro mors innocentis est per se intenta, nec aliud datur objectum directè volitum, nisi mors innocentis. Nam si dicat Adversarius, quòd Iudex directè intendat bonum publicum, & fervare orditem Iudiciorum, non verò directè intendat mortem innocentis, falsum, & implicatorium dicit, quia confervatio boni publici, & rectus ordo Iudiciorum in casu nostro, est ipsa mors innocentis: ergo & directè intenditur confervatio boni publici, directè intenditur ipsa mors innocentis: Quod sic ostenditur. Quando Iudex damnat Reum ex probationibus, de quo non habet scientiam contrariam, directè intendit mortem illius, ut fervetur ordo judicialis: ergo quoties ex probationibus re vera falsis damnat innocentem, directè intendit mortem illius, ut fervetur ordo judicialis.

Nec ratio de Invaso occidente Invasorem aliquid probat, quia Invasus directè intendit occisionem Invasoris, non quidem ut finem, sed ut medium necessarium ad confervationem suæ vitæ. Præterea semper stat, quòd Invasus agat contra jus Invasi, adeoque sit nocens: Unde Invasus ut se defendat, occidit non Innocentem, sed sibi nocentem, quod non est intrinsecè malum, quia jure naturæ vim vi repellere licet: occidere autem innocentem cognitum est intrinsecè malum.

16 Neque denique obstat perplexitas conscientia, quæ videtur sequi ex nostra assertione, nimirum si Judex Ecclesiasticus ex confessione sacramentali sciat Petrum commisisse tale crimen, de quo accusatus est Joannes, & probatus Reus: in tali casu non poterit Judex ex nostra assertione damnare Joannem innocentem cognitum, nec poterit non ferre sententiam, quia sic revelaret confessionem: ergo neutrum posset, adeoque maneret perplexus: Non obstat, quia, ut advertit Cardinalis de Lugo *tom. 2. de Just. dicta disp. 37. sect. 4. n. 47. vers. Respondetur*. Difficultas proposita militat in aliis materiis. Nam si Judex Ecclesiasticus sciat in confessione sacramentali matrimonium Petri esse nullum, & apud se judicialiter probetur esse validum: si profert sententiam pro validitate, peccat præcipiendo copulam fornicariam; si contra validitatem, revelat confessionem. Similiter Sacerdos Græcus sciens in confessione sacramentali ejus matrimonium esse nullum, si accedit ad mulierem, quam scit non esse suam, peccat; si non accedit, revelat confessionem; quid ergo in tali perplexitate agendum est?

17 Dico tamen, quod notitia sacramentalis non est humana, sed altioris Ordinis; Unde non solum potest Judex occidere alium, quem ex tali notitia scit esse innocentem, quoties in judicio est probatus Reus, sed etiã seipsum. Ut si quis ex confessione sacramentali sciat calicem ab ipso consecratum esse venenatum, si non potest sumptionem omittere sine revelatione confessionis, debet illum sumere, & sic se occidere, ne revelet confessionem, ut docent quamplures, inter quos Sotus, Navarrus, & Suarez apud Dianam *pars. 3. tract. 11. res. 46. quos ipse sequitur vers. Secundò inferitur*. ex ea ratione, quia majus bonum est servare secretum sacramentale propter reverentiam Sacramenti, & commune bo-

bonum Fidei, quam servare vitam unius hominis. Similiter dico de Sacerdote Græco, qui si non potest sine revelatione confessionis abstinere a congressu cum muliere, quam duxit in uxorem, debet ad illam accedere. Denique de Judice Ecclesiastico dico, quod debet pro validitate matrimonii sententiam ferre, quia potius debet credere testibus; cū extra Sacramentum non teneatur credere poenitenti. Ita Cardinal: de Lugo *tom. 2. de Just. dicta disp. 37. sect. 4. n. 47. versu. Ad vos itaque.*

Ratio autem generalis est, quia potuit Christus Dominus, & voluit instituire sigillum sacramentale supra reliqua præcepta propter multas congruentias in favorem Sacramenti Poenitentiae, à quo abhorrerent Fideles, si de secreto non essent certissimi. Unde in concurrentia aliorum præceptorum, semper magis obligat præceptum sigilli sacramentalis, quam reliqua præcepta.

18 Ex dictis infero primò: Quod stante prohibitione sequentis propositionis, quæ est secunda inter prohibitas ab Innocentio XI. (de qua nobis est agendum in tertia questione,) nimirum, [*Probabiliter existimo Judicem posse judicare juxta opinionem, etiam minus probabilem*] non possit Judex in praxi sequi opinionem nostræ oppositam, quanvis probabilem ex autoritate D. Thomæ, & aliorum Doctorum, quia ex datis solutionibus argumentis pro ea, manet nostra probabilior.

19 Infero secūdo: quod Judex teneatur relinquere officium potius, quam dānare ad mortē innocentē cognitum, quia teneatur facere ea omnia, quæ sunt necessaria ad vitandam actionem intrinsecè malā, quæ est ea occisio: ergo si necessariū est relinquere officium, ad id tenetur.

20 Infero tertio: Quod Ministri justitiæ, qui certò sciunt damnatum ad mortem esse innocentem, non possunt exequi sententiam Judicis, quam certò sciunt esse iniquam: sicut enim est intrinsecè malum jubere, ut occi-

cidatur innocens, ita est intrinsecè malum occidere ex jussu alterius. Dixi [Qui certò sciunt] nam si dubitent, aut probabiliter sciant, debent potius credere Judici, quàm sibi; & ita exequi sententiam: sicuti milites, qui non certò sciunt Bellum esse injustum, debent potius credere Principi, & possunt militare. Atque hic noto, quod etiam ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *quest. 64. art. 6. ad 3.* habetur, quod quanvis Ministri possint exequi sententiam Judicis damnantis Innocentem probatum Reum, tamen nunquam possunt exequi sententiam, quã certò sciunt esse iniquam, idest non datam secundùm allegata, & probata, aliter sequeretur, quod non peccassent Carnifices, qui Sanctos Martyres occiderunt.

*PROBATUR SECUNDA PARS NOSTRÆ
ASSERTIONIS.*

21 **S**ecunda pars assertionis erat, quod in Causis civilibus, aut criminalibus minoribus, possit licitè Judex secundùm allegata, & probata judicare contra privatam scientiam, quam ipse habet; & probatur sic: ex una parte Respublica habet posse disponere de bonis Civium, eaque transferre de uno in alium, quoties est expediens bono publico: est autem justa causa transferendi, quoties in Judicio probatum est debere transferri, quia hoc expedit bono publico, ne sint incerta Dominia rerum cum perturbatione Communitatis, quæ accidit in litibus. Ex alia parte nemo Civium rationabiliter ægrè ferre potest quod Judex sententiet iuxta allegata, & probata, etiã si ipse Judex aliunde sciat hæreditatem spectare ad alium, qui scripturas non habet, nec in Judicio probare potest spectare ad se. Nam in hoc omnes Cives sunt pares, ideoque nullus rationabiliter potest esse invitus. Unde fit, quod quando trans-

fer-

fertur dominium in eum, qui in *Judicio* probavit rem esse suam, etiam si revera sit alterius, non committitur à *Judice* actio illa intrinsecè mala, nimirum ablatio rei alienæ, invito Domino; quia ille, cuius revera est res, cum id probare non possit, iam non potest rationabiliter esse invirus in hoc, quod res adiudicetur ei, qui suam esse probavit.

22 Addo, quod per sententiam in hac materia, non ita privatur aliquis bonis suis, ut dominium omnino omittat, & non possit ea iterum recuperare; nam si certò scit rem esse suam, & *Judicem* illam alteri adjudicasse, quia probatum fuit esse illius, poterit occultè sibi recuperare eam ab eo, cui fuit adjudicata; ergo in *Causis* civilibus habetur ratio, cur possit *Judex* secundum allegata, & probata ferre sententiam, etiam si ipse privatam scientiam habeat contrariam; quoties non habet alium modum faciendi, ut veritas juridicè manifestetur. Certum enim est, quod si habeat modum aliquem ostendendi veritatem, non possit sententiam illam ferre, sed tenetur veritatem notam facere.

23 In *Causis* autem criminalibus minoribus, in quibus non agitur de morte, aut mutilatione, sed de privatione *Officii*, vel *Beneficii*, eadem est ratio, quia *Respublica*, & *Ecclesia* possunt de illis disponere, & cum majori libertate, quàm possit *Respublica* de bonis Civium; ergo quando subest causa, potest non solum possessione, sed etiam dominio privare; sed in casu nostro subest causa, ne scilicet *Jurisdictiones* sint incertæ, cum perturbatione *Communitatis*, quæ accidit, quando aliqui litigant de *Officio*, aut *Beneficio* utri eorum competat, aut legitimè sit collatum: ergo potest *Judex* privare eum *Officio*, vel *Beneficio*, qui in *Judicio* probatus est *Reus*, & indignus, etiam si ipse *Judex* sciat, aliunde non esse indignum, sed tamen hoc ostendere juridicè

non potest. Poterit quidem Ecclesia, vel Respublica, si deinde innorescat iuridicè innocentia illius, qui fuit privatus, conferre ei aliud Beneficium, vel Officium in compensationem.

24 Ex quibus apparet ratio disparitatis, cum non possit Iudex damnare morte Innocentem, qui probatus est Reus mortis, & possit Innocentem, qui probatus est Reus, ut privetur re aliqua, quam possidebat, aut ad quam habebat ius, vel ut privetur Officio, aut Beneficio, illis privare. Num nec Iudex habet ius in vitam alterius: sicut Respublica, vel Ecclesia in Officia, vel Beneficia, & bona fortuna Civium, de quibus cum causa disponere potest: nec vita recuperari, aut compensari potest, sicut reliqua bona: nec quisquam potest cedere iuri in vitam suam, cum nemo sit Dominus suæ vitæ, sicut potest cedere iuri in res suas: nec bonum commune, quod servatur in privando aliquem bonis prædictis, habet locum in privando hominem innocentem vitam suam, quia Innocentes faciunt ab bonum Reipublicæ, cui solum nocent Delinquentes.

QUÆSTIO SECUNDA.

UTRUM POSSIT IUDEX PUNIRE MORTE REUM, QUAM FOIT ESSE DELINQUENTEM, SED IN IUDICIO PRÆBATUR INNOCENS?

25 **R**espondeo cum communi Doctorum sententia, ut videre est apud Card. Delugo *dicta disp. 37. de Just. sect. 5. n. 50. & Pirhing dicta lib. 2. tit. 32. §. 2. n. 15. & 16.* nunquam potest Iudex inferior Principe, nec ipse Princeps regulariter damnare eum, qui non est probatus iuridicè Reus, quanvis ab ipsis sciatur esse Delinquens: ratio est quia Jus, quod ha-

bet

S. 2. Quæst. 2. de eo, qui scitur Reus, & prob. Innoc. 67
 bet Princeps, & Judex in vitans Subditorum, non est
 dum crimen est occultum, quia Deus solus est Judex
 cordium, & occultorum criminum; sed crimen, quod
 Judex scit, sed non potest probari, nec probatur, adhuc
 est occultum: ergo nec Judex inferior, nec ipse Princeps
 regulariter potest morte condemnare Nocentem, qui
 non est probatus talis in judicio.

Confirmatur hæc ex sacris Canonibus. Nam *Can. Erubescant. dist. 32.* sic legitur in fine [*De manifestis quidem loquimur, secretorum autem, & Cognitor Deus, & Judex est.*] *Can. Consul. sbi. 2. quæst. 4.* dicitur in medio [*Spontanea enim confessione, vel Testium approbatione publicata delicta, habita præ oculis Dei timore, commissa sunt regim ni nostro judicare: occulta verò, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum*] *Cap. Tua nos. de Simonia* dicitur: [*Licet autem taliter duximus respondendum, quia nobis datum est de manifestis, tantummodo judicare, &c.*] Est igitur occultum ex sacris Canonibus crimen, quod non est in judicio probatum per Testes, aut confessionem Rei, & non datur in Judice humano potestatis de occultis judicandi.

26. Præterea est de Jure Gentium non damnare aliquem, nisi per probationes convictum Reum, adeoque citatum, & auditum: ergo in hoc jure non potest Princeps dispensare, ac proinde ejus scientia privata non sufficit ad morte damnandum Delinquentem, sicut ut supra tetigi, nec sufficit ad absolvendum juridicè eum, quem per scientiam privatam cognoscit Judex innocentem.

27. Dixi regulariter, de Principe supremo, quia potest in aliquo casu Princeps supremus, ut concedunt Doctores apud Delugo, & Pirhing supra citatos occidere aliquem sine ullo facto judicio, quem scit certo Delinquentem esse. Et quidem si quis esset nocivus Rei-

68 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 4. de Obligationib. Judicis.*
publicæ, & non posset de eo fieri processus sine tumultu
Populi, posset. in tali casu Princeps supremus, agens
non ut Persona publica, sed ut privata, nimirum ut se,
sive Rempublicam sibi commissam defendat, occidere
eum.

28 Additur præterea, quod quando crimen est no-
torium, & atrox, non est necesse servare judicii ordinem;
quia factum notorium est loco Accusatoris, & Testium,
& non relinquit Reo ullum Jus se defendendi in judicio,
atque ita Latrones publici in flagranti crimine reperti,
sæpe autoritate Principis præsupposita, suspenduntur,
nullo facto processu. Videri potest præter citatum Pi-
rhing Lessius *lib. 2. de Just. cap. 29. dubit. 11. per totam.*

QUÆSTIO TERTIA.

UTRUM JUDEX POSSIT IN JUDICAN-
do sequi Opinionem probabilem in con-
curso probabilioris?

29 **P**ro responsione suppono hæc de re extare
decretum Innocentii XI. *sub die 2. Martii*
1679. per quod damnatur hæc propositio, quæ est se-
cunda inter damnatas: nimirum: [*Probabiliter existimo*
Judicem posse judicare juxta Opinionem, etiam minus pro-
babilem.] Hoc supposito; in diversos Articulos oportet
quæstionem hanc dividere.

ARTICULUS PRIMUS.

QUID, ET CUR PROHIBEATUR IN
prædicta Propositione?

30 **D**ico prohiberi sententiam asserentem, pro-
babile esse, quod Judex possit judicare
juxta

S. 2. *Quæst. 3. de Opin. probab. in judicando* Art. 1. 69
juxta Opinionem minus probabilem, sive sit in quæstione facti, sive juris; ideoque declaratur hoc esse improbabile; ac proinde stabilitur debere Judicem in sententia ferenda sequi Opinionem probabiliorem.

31. Antequam rationem afferam pro assertione Pontificia, eam exemplificare oportet: Sint duo litigantes coram Judice, qui prætendant rem aliquam esse suam; hæc est quæstio facti, in qua vult Summus Pontifex, quod Judex debet sententiare in favorem illius, qui melius probat Scripturis, & Testibus rem esse suam, & non potest sententiare in favorem alterius, qui quanvis præbet rem esse suam, tamen minus probabile reddunt ejus probationes, quod res sit sua, quam probationes alterius, quæ tales sunt, ut ex ipsis probabilius judicari possit, quod res sit sua. Possunt item duo litigare, & præterdere, quod aliqua res est sibi adjudicanda, eo quia habetur lex, quæ decernit adjudicationem; sed quia illa lex secundum variam Doctorum intelligentiam favet utriq; litiganti, ideo hæc est quæstio Juris, in qua vult Summus Pontifex, quod Judex debet sententiare in favorem illius, cui probabilius favet lex, & non possit sententiare pro eo, cui minus favet lex.

32. Probatur Assertio Pontificia, & simul ostenditur falsitas propositionis damnatæ. Judex in quacunque quæstione sive juris, sive facti tenetur judicare secundum Justitiam, quia in acceptando officio Judicis pactum init cum Republica statuendi cuique quod suum est, attentis Juribus, & Legibus; sed si in sententiando sequatur opinionem minus probabilem sive in quæstione Juris, sive facti, non fert sententiam secundum justitiam; ergo peccat contra suam obligationem. Probo maiorem: ferre sententiam secundum Justitiam, est ferre sententiam in favorem illius, cui Justitia ipsa magis favet, & in quem magis inclinatur; ergo si datur senten-

sententia in favorem illius, cui Iustitia minus favet, & ad quem minus inclinatur, non datur secundum Iustitiam; sed Iustitia in quacunque questione semper magis favet, & inclinatur ad partem probabilio- rem, utpote ratio- nabilio- rem, cum Iustitia ratio sit; ergo nunquam ferre potest Iudex sententiam in favorem illius; pro quo stat minor probabilitas, seu cui minus ratio favet: quia sic non secundum Iustitiam operatur.

33. Probatur secundò Iustitiæ præceptum est dare cuique, quod suum est; sed Pars, pro qua stat major probabilitas, habet hoc jus, ut potius pro se, quam pro alia Parte sententietur: ergo contra Iustitiam est negare hoc jus illi Parti, & sententiaré pro Parte, pro qua stat minor probabilitas. Minor patet, quia qui majores, & fortiores rationes habet pro se, acquirit hoc jus, ut potius pro se detur sententia; quam pro alio habente rationes debiliores, & minores.

Sit exemplum explicans hoc argumentum: Accusatur Petrus, quod commiserit furtum: habentur decem Testes, qui affirmant illum non furtum esse: duo autem, vel tres dicunt furtum esse; quis sane mentis non asserat, Iudicem iniquè acturum, si Petrum damnet ad irremes? Atque hoc est exemplum in questione facti. Sit nunc exemplum in questione Iuris: Petrus occidit Paulum in tali circumstantia, in qua decem Doctores validioribus rationibus mori asserunt, non esse secundum legem damnandum: duo verò, vel tres rationibus minus validis volunt esse secundum legem damnandum; quis non dicat, Iudicem iniquè judicare, si eum damnet? Ergo Petrus habet majus jus ad hoc ut absolvatur, quam sit jus Iudicis ad hoc ut eum damnet: aliter non esset Iudex iniquus in eo damnando.

34. Dices: Iudex judicans secundum opinionem minus probabilem prudenter agit, quia sequitur opinio- nem,

nem, quæ licet inanis, tamen probabilis est: ergo non agit illicitè.

Nego antecedens: quia non potest prudenter agere, qui contra Iustitiam operatur, & contra pactum initum cum Republica tribuendi cuique jus suum. Falsum itaque est, quòd ex probabili iudicio operetur in ferenda sententia pro Parte, pro qua stat minor probabilitas facti, aut Iuris. Nam non potest Iudicium hoc esse probabile, quòd dicitur posse Iudicem præferre illum, cui jus minus foret, illi cui magis foret: hoc igitur Iudicium est omnino improbabile. Quæ res improbabiliss. potest esse in hoc, quòd Iudex obligatus ex Iustitia reddere cuique quod suum est, non reddat huic homini jus Prælationis, quòd habet respectu alius, et quia stat pro ipso maior probabilitas facti, aut Iuris.

Hinc, ut bene advertit *Layman lib. 5. tract. 1. cap. 5. §. 3.* non inquantis videatur probabilis causa unius in questione de Iure Partium litigantium, tamen non inde sequitur esse etiam probabile, quòd liceat Iudici talem Partem victoriam adinsurgere. Nam hæc est alia questio practica, quæ ex propriis principiis manifestè resolvitur, et in presenti Decreti Pontifici irrefragabiliter resoluta est, videlicet quòd Iudex iudicare tenetur secundum opinionem, quæ inspectis allegationibus, & probationibus probabilior, iurisque conformior est. Aliud igitur est, quòd Opinio minus probabilis pro una Parte, sit verè probabilis, aliud quòd Iudex in ferenda sententia pro tali Parte, operetur ex opinione probabiliori. Primum est verum, secundum est falsum, quia ut dictum est in hac questione practica, nimirum quo pacto debeat sententia ferri à Iudice, non secundum probabiliorum, an secundum probabilem, aut etiam minus probabilem opinionem? nullam probabilitatem habet opinio, quæ dicit Iudicem posse sententiam pro tali

tali Parte, cui ius minus favet, posthabita altera, cui magis ius favet: quia Iudicis officium est, litigantibus Partibus sententiam dicere iuxta merita Cause; sed est per se notum potiore iure gaudere eam Partem Litigantium, quæ causam suam secundum leges, & rationes probabilius defendit: ergo per se notum est, quod Iudex pro hac parte sentiare debet, & non pro illa, quæ minus probabiliter suam causam defendit.

36 Quæritur hic quænam causa debeat censeri probabilior, pro qua Iudex sententiam ferre tenetur?

Respondeo ex Layman citato, quod pluribus ex capitulis discernitur, quænam sit probabilior causa. Et 1. Est causa probabilior, cui lex in loco recepta assistit, quamvis alteri Parti assistant aliæ leges in eo loco non receptæ. Quia Iudex in mandatis habet, ut secundum leges iudicet. *L. Nemo. Cod. de Sententia, & Interlocutoria. & Cap. 1. de Constitut.* 2. Illa est causa probabilior, pro qua stat longa consuetudo; quia in dubio optima est Legum interpretis Consuetudo. *L. Si de Interpretatione. ff. de Legibus.* 3. Illa est probabilior causa, pro qua stat communis opinio Doctorum. Verum non ex numero Doctorum æstimanda est communis opinio, quoties omnes eadem ratione moventur, sed quoties ex professo questionem tractant, & bonis rationibus suam sententiam confirmant. Unde est, quod si Iudici certa apparet una opinio ex rationibus, quas ipse habet, tunc Authoritas aliorum, etiam si plurium, non reddit probabiliorē oppositam opinionem, quia illi ignorarunt rationes, quas habet Iudex: ergo non possunt facere authoritatem; ideoque opinio probabilior in tali casu erit illa, quam habet Iudex, quæ ab ipso reputatur certa, & non illa, quæ habet plures Authores, qui rationes illas ignorarunt. 4. Causa probabilior est, quæ rationibus majoris momenti roboratur. 5. Si cætera sint

§. 2. *Quæst. 3. de Opin. probab. in judicando. Art. 2. 73.*
Paria, probabilior Causa erit, quæ favet Fidei, Religioni, ac salutis animæ; quia summa ratio est, quæ pro Religione facit.

Denique illa est probabilior causa, quæ attentis omnibus, nimirum tum rationibus, tum Doctoribus, tum circumstantiis, tum legibus, judicatur oppositæ præponderare, seu videtur conformior dictamini rationis, seu lumini naturali.

ARTICULUS SECUNDUS.

QUID FACIET JUDEX, SI OPINIONES SECUNDUM QUAS JUDICARE DEBET, VIDEANTUR IPSI AQUE PROBABILES?

37 **S**unt in hac quæstione duæ Sententiæ. Prima, quam sustinet Sanchez *in Decal. lib. 1. cap. 9. n. 45.* cum Medina Salonio, Valentia, Sayro, Salas, Ledesma, & aliis, quos adducit tum ipse, tum Fagundez *in octavum præceptum Decalogi. lib. 8. cap. 26. n. 35.* vult Judicem in tali casu eligere posse eam opinionem, quam maluerit, & secundum eam judicare: imò cessante scandalo, nunc secundum unam, nunc secundum aliam ferre sententiam. Ratio est, quia uterque Litigans in tali casu, est dignus eo judicio; ergo sicut inter duos æquè dignos beneficio, datur optio in Conferente, ita in sententiis ferendis datur optio in Judice, quoties illi duo sunt æquè digni favorabili sententia.

38 Secunda opinio, quam sustinet Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. n. 19. vers. Neque etiam.* cum Bannez *2. 2. quæst. 63. ars. 4. dub. 1. ad 2.* vult, quod Judex, quoties post causæ discussionem, inspectis allegatis de Facto, aut de Jure, non videt, quæ Pars Litigantium superet aliam, toties vel debet causam ad Super-

riorem Judicem ablegare, vel de consensu Partium Arbitros statuere: vel suadere compositionem, hinc imperare: vel denique debet pronunciare rem inter Litigantes esse æqualiter dividendam. Quod si res non possit dividi, pronunciet dividi fructus. Atque ita sustinent etiam Malderus *tract. 9. de Inst. cap. 1. sub. 4. S. Cateorùm* & Navarrus in *Can. Si quis. de Penit. dist. 7.* Ratio pro hac sententia est, quia videtur alienum a Justitia, & contra æqualitatem, quam debet Judex ut Minister Justitiæ, & Interpretes Juris servare nulla habita acceptatione personarum, hoc, quod est adjudicare totum uni Parti, & alteri totum abjudicare, quoties illi duo æquale jus habere existimantur: ergo non est dicendum esse in arbitrato Judicis causam adjudicare cui maluerit, quoties oppositæ opiniones æquè probabiles videntur.

39 Dico primò: Quando probationes sunt æquales ex parte Facti, nec magis una Pars, quam altera probat in rebus civilibus, ideoque datur æqualis probabilitas ex parte facti, tunc Judex tenetur rem dividere æqualiter inter utramque partem. Est sententia communis, ut videre est apud Fagnandez in *preceptum octavum Decalogi. lib. 8. cap. 26. n. 33. & 37.* Ratio est, quia probationes ex se, & natura sua tribuunt independenter a Judice jus Partibus, & sunt propria media, quibus causa decidenda est: ergo si probationes sunt omnino æquales, tribuunt æquale jus Partibus in re, super quam litigant, ergo necessariò ea res est æqualiter dividenda, ut ut si sit indivisibilis v. g. Majoratus, debent dividi fructus.

40 Dico secundò: Si æqualis probabilitas non est ex parte Facti, sed ex Parte Juris, nimirum quando pro utraque Parte dantur opiniones Doctorum æqualiter probabiles, tunc quantum plures doceant, quòd Judex, qui est *Lex viva*, & animata, possit applicare jura, & Leges,

tes, cui Parti maluerit; gratis tamen, & nullo accepto pretio: cum prohibita sit ab Alexandro VII. hæc propositio num. 26. *Quando Litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius pro alio.* tamen mihi videtur dicendum cum Layman, & aliis, quòd magis consentaneum iustitiæ sit neutri Parti determinatè debere Judicem inclinare, sed sicut quando dantur æquales probationes ex parte Facti, tenetur rem dividere, aut componere Partes; ita etiam quando opiniones Jurisperitorum sunt æquè probabiles pro utraque Parte litigantium, debet Partes componere, aut rem æqualiter dividere.

41 Moveor, quia si posset Iudex in casu posito pro arbitrato suo uni Parti potius, quàm alteri totum adjudicare, posset etiam secundum opinionem minus probabilem judicare; sed hoc est damnatum: ergo &c. Sequela probatur: in utroque casu præfertur una Pars alteri carens iure prælationis: ergo cessaret ratio, propter quam non potest Iudex secundum opinionem minus probabilem judicare. Antecedens probatur: sicut ille, pro quo stat opinio Doctorum minus probabilis, non habet jus, ut præferatur alteri, pro quo stat opinio probabilior; ita neuter ex illis, pro quibus stant opiniones æquè probabiles, habet jus, ut præferatur: ergo si, non obstante hac carentia juris prælationis, potest Iudex ex suo arbitrio eligere alterutram opinionem ex æquè probabilibus, & judicare præferendo unum Litigantem alteri; ita poterit ex suo arbitrio eligere opinionem minus probabilem, & præferre eum, pro quo stat talis opinio, alteri, pro quo stat opinio probabilior, non obstante carentia iuris prælationis in eo, qui præfertur. Præsertim cum occursum probabilioris supponatur non reddere improbabilem oppositam, sed eam relinquere illi.

76 . Lib. 3. Pars 1. Cap. 4. de Obligat. Jud.
sua probabilitate; unde non minus, ac illæ simul sunt
probabiles.

42 Confirmito: ideo non potest secundum opinio-
nem minus probabilem judicare, quia non redderet Iu-
dex, pro ut teneretur, jus suum cuique; sed sententians in
favorem unius Partis potius, quàm alterius, pro quibus
æquales sunt opiniones favorabiles, non redderet cui-
que jus suum; quia ille, pro quo sententiat, non habet
jus, ut præferatur alteri; ergo si non potest secundum
minus probabilem judicare, neque secundum æquè pro-
babilem opinionem judicare potest.

43 Denique si ab omnibus conceditur, quod quo-
ties probationes sunt æquales, debeat res dividi, cur
etiam non concedatur, quòd si opiniones sint æquales,
debeat his componi, aut res dividi inter utramque
Partem.

44 Dices cum Fagundez loco citato n. 37. diversa
est ratio inter probationes æquales, & inter æquales
opiniones; quia probationes se tenent ex parte causa:
opiniones autem ex parte Iudicis. Si igitur probationes
sunt æquales, res est dividenda; at si sint opiniones
æquales, quia Iudex teneretur ex suo officio eligere opi-
nionem, secundum quam judicet, potest ex æqualibus
quam maluerit.

Contra: Iudex teneretur eligere opinionem, secundum
quam judicet; sed non potest eligere in concursu pro-
babilioris probabilem ex præsentis Decreto Pontificio:
ergo neque ex duabus æquè probabilibus quam malue-
rit. Consequentia tenet, quia nulla est assignabilis ma-
jor ratio; Nam etiam illa in concursu probabilioris est,
ut supponimus, probabilis. Item neutra ex æquè pro-
babilibus dat jus prælationis: ergo non est major ratio,
cur ex duabus æquè probabilibus potest eligere quam
maluerit, & in concursu probabilioris eligere non po-
test probabilem.

Ur-

Urgeo ulterius: Judex non potest decidere causam pro una Parte potius, quàm pro alia, si probationes sunt æquales: ergo neque si opiniones sunt æquales. Probo consequentiam. Judex in electione opinionum tenetur se conformare justitiæ: ergo si justitia non vult, quòd decidatur in favorem potius unius, quàm alterius, quando probationes sunt æquales: neque vult, quòd eligatur potius una opinio, quàm altera, si sint æquales, cum præjudicio unius Partis. Quare enim Judex eligit potius hanc, quàm aliam opinionem? Sane non ex ratione, quia sunt æquè probabiles: ergo neque ex justitia, quia Justitia est ratio. Sicut ergo facit Judex contra Justitiam sententiando pro una Parte, si probationes sunt æquales, ita facit contra Justitiam eligendo unam opinionem ex duabus æqualibus, & judicando in favorem unius Partis, & damnum alterius; aut assignetur cur in primo casu Judex sit iniquus, & non in secundo? & cur obligetur facere divisionem rei, si probationes sint æquales, & non obligetur si opiniones sunt æquales?

45 Ratio, pro opposita sententia in initio relata, non urget; quia collatio Beneficii est quædam donatio, ut in *Cap. Finali. de Off. Vic. in 6.* & Collator utitur quædam liberalitate in eum, cui vult Beneficium cõferre: ut in *Cap. Relatum. de Presb.* ergo mirum non est, si Collator Beneficii eligat quem mavult ex duobus æquè dignis, cum sit potens ex liberalitate, & favore operari. At verò non est consentaneum rationi, quòd Judex, qui tenetur ex regulis justitiæ operari, utatur liberalitate, & favore, adjudicâdo totam substantiam uni potius quàm alteri ex duobus æquales opiniones probabiles pro se habentibus. Debet igitur Judex secundum justitiam judicare; ergo cum neuter ex illis habeat jus prælationis, neutrum præferre potest; ac proinde res est inter eos æqualiter dividenda.

AR-

ARTICULUS TERTIUS.

*AN ETIAM IN CAUSIS CRIMINALIBUS
teneatur Judex sententiare secundum
Opinionem probabiliorem ?*

46 **D**ico cum P. Cardenas *dissert. 3. cap. 4. n. 27.* quod etiam in Causis criminalibus teneatur Judex sequi opinionem probabiliorem in sententia ferenda. Assertio probata manebit ostendendo æquivocationem, in qua laborat Lumbier *n. 96.* dum dicit, quod in Causis criminalibus possit Judex secundum opinionem minus probabilem judicare; nam aliud est Reum habentem causam probabilem posse absolvi; etiam si Accusator habeat probabiliorem, aliud est Judicem tunc sententiare secundum opinionem minus probabilem, relicta probabiliore. Primum est verum, secundum est falsum, quia tunc maximè Judex sententiat vel secundum certam, vel saltem secundum probabiliorem opinionem, quando Reum absolvit habentem causam probabilem Accusatore habente probabiliorem.

47 Ratio est, quia *ex Regula 11. de Reg. Juris in 6.* [Cum sunt Partium Iura obscura, Reo favendum est potius quam Actor] ergo opinio vel certa, vel saltem probabilior est, quam sequitur Iudex in hujusmodi Reo absolvendo. Similiter est Effatum commune, quod Iudices debent esse promptiores ad absolvendum, quam ad damnandum, & ad damnandum ad pœnas ordinarias Legis, debent esse probationes Causæ huc meridiana clariores. Si igitur Iudex ex his principiis sententiat, jam non secundum minus probabilem, sed potius secundum certam, aut saltem probabiliorem opinionem sententiat, quando Reum absolvit habentem causam
pro-

§. 2. *Quest. 3. de Opinioe probab. in judic. Art. 3. 79*
probabilem, etiam si Accusator habeat probabiliorem,
Solum est advertendum cum Maldero de *Just. tract. 9.*
cap. 1. dub. 4. Versu. Dico in Civilibus. quod in tali casu
non potest Iudex damnare Accusatorem ad poenam ta-
lignis.

48 Stet igitur, quod in causis criminalibus possit
Reus absolvi a poena ordinaria Legis, quavis ejus cau-
sa sit minus probabilis, quam sit Causa Accusatoris. Itē
quod si minus probabilis sit opinio asserens posse in tali,
vel tali causa capitali admitti appellationem, quam
opinio negans, possit Iudex talem appellationem admit-
tere, & in universum quod quoties opinio favens Reo
est minus probabilis, quam opinio opposita, toties pos-
sit Iudex judicare sequendo opinionem faventem Reo,
quavis minus probabilem. Et simul stet, quod sic sen-
tentians Iudex non operatur secundum opinionem mi-
nus probabilem, sed potius secundum probabiliorem,
aut certam; quia quod Iudex debeat in praxim dedu-
cere opinionem Reo favorabilem, aut certam, aut fal-
tem probabilius est, quam sit, quod non debeat: ergo
cum in praxi ponit Iudex eam opinionem, quae favet
Reo, operatur secundum principium aut certum, aut
saltem probabilius, quam oppositum. Unde fit, quod
opinio directa, id est quae est circa causam sit minus pro-
babilis; at opinio reflexa, id est quae versatur circa ju-
dicium ferendum, non est minus probabilis, sed proba-
bilior, aut certa.

49 Dices: ex huc usque dictis inferitur, prohi-
bitum esse sequi in aliis materiis opinionem minus pro-
babilem, relicta tunc probabiliore, cum eadem vi-
deatur ratio militare, imo quando agitur de valore Sa-
cramenti, est expresse prohibitum per damnationem pri-
mae propositionis ejusdem Innocentii XI.

Respondeo non sequi: Ratio est, quia in foro animae
sem-

semper sententiatur pro parte certa, nempe pro honestate actionis, etiam tunc, quando ponitur in praxi opinio minus probabilis, nec ulli fit injuria; nec anima aliquid patitur damnum; cum sit secuta, quod non peccet. At Judex in foro fori sententiens secundum opinionem minus probabilem, & recedit ab honesto, & à justitia, ut jam probatum est. Ostendunt autem Probabilistæ, quod in sequenda opinione minus probabili, non receditur ab honesto, neque à justitia, quia sequendo opinionem, quæ verè probabilis est, certum est actionem esse honestam; & hoc probant, quia quoties habentur opiniones contrariæ, sed simpliciter probabiles de honestate materiæ operationum, toties tam electio, quam ommissio illius materiæ, sunt honestæ. Unde sive fiat electio, sive ommissio, semper actio est honesta; honestas enim, quæ stat sub judicio pratico Prudentiæ, est honestas electionis, vel omissionis, quia practicum illud judicium non cadit supra materiam operationum, sed supra honestatem electionis, vel omissionis illius materiæ.

50 Quod autem non fiat injuria Deo, neque inferatur damnum animæ per hoc, quod ponatur in praxi opinio minus probabilis: probant, quia Deus exigit à nobis amorem justitiae, & recti præcipue in nostris actionibus practicis, nimirum voluntatis, quarum honestatem per se intendit; actiones autem voluntatis sunt per se certò formaliter honestæ, & rectæ, etiam tunc, quando ponitur in praxi opinio minus probabilis, quia sunt secundum rationem.

51 Brevi: nullam facit injuriam Deo: nullum damnum inferit Proximo, quod teneatur vitare: nullum sibi nec contra reverentiam Deo, aut Ecclesiæ debitam facit, qui opinionem minus probabilem sequitur in aliis materiis universaliter; eo quia tunc certus est, se non pecc-

peccare, & honestè agere ex judicio ultimo pratico dictante prudenter, & honestè agere eum, qui secundum rationem agit. At verò qui est Minister Sacramentalis, si secundum opinionem probabilem, relicta tutiore probabiliore, conficiat Sacramentum, & facit Deo, & rebus sacris irreverentiam exponendo Sacramentum periculo nullitatis, & non providet saluti proximorum quantum potest, & debet. Qui autem est Judex non satisfacit suæ obligationi si sententiet secundum opinionem minus probabilem, quia tenetur ex officio secundum jura Partium decidere, & pro eo, cui magis favet jus, sententiare, & ideo secundum probabiliorem. Nec debet ex passione animi, aut arbitrio moveri ad præferendum unum alteri, sed ex excessu juris, & rationis. Unde infert damnum proximo, si secus faciat.

52 Ut autem disparitas allata illucescat licitum sit ad Theologicam quaestionem divertere; si enim potuit Prosper Fagnanus Canonista verè conspicuus, scribens in *Cap. Ne ignis aris. de Constitutionibus* longum contra Probabilistas inire certamen; potiori jure mihi utriusque Theologiae Professori hinc, ubi locus videtur esse, defensionem Probabilistarum suscipere fas erit. In ea autem facienda, quidquid ad hæc usque tempora Antiprobabilistæ dixerint adversus Probabilistas, fideliter referam. Illorum argumentis contra hos adductis conabor satisfacere; & demum solutiones, quas Antiprobabilistæ dederunt argumentis Probabilistarum non esse solidas, adeoque adhuc in suo robore permanere argumenta illa ostendere curabo, & quidem absque conviciis, & censuris; imò nec in particulari Auctores illos nominabo, sed eos, quicumque sint, communi Adversariorum nomine appellabo.

CAPUT QUINTUM.

DIGRESSIO THEOLOGICA.

DE RECTO USU OPINIONIS PROBABILIS

in occurſu probabilioris tutioris.

§. PRIMUS.

PROPONITUR STATUS QUÆSTIONIS.

INquiritur an possit quis licitè sequi opinionem probabilem alienam minùs tutam, quando ipse reputat oppositam probabiliorem. Vocatur opinio tutior ea, quæ id, quod est in questione, dicit esse peccatum, & ideo non faciendum; & dicitur tutior, quia vitat omne periculum peccandi tum materialiter, tum formaliter; Si enim quod est in questione, an fieri licitè possit, non fiat, nec materialiter contra legem fiet; Vocatur autem opinio minùs tutata, quæ id, quod est in questione putat non esse peccatum, & ideo faciendum; & dicitur minùs tuta, non quia non vitat omne periculum formaliter peccandi, ut constabit ex dicendis, sed quia potest accidere, quod est operatio, quæ licita, sed tamen non esse contra legem, existimatur, sit a parte tenentis legem, ac propterea materialiter opposita legi.

Est opinio probabilis intrinsecè, quæ bene probari potest; ea autem rectè probari potest; quæ habet pro se rationes tales, quæ sustineri habentis oppositas valent, nec ab istis superantur. Est extrinsecè probabilis opinio, quæ defenditur etiam his temporibus a gravibus Authoribus. Vocatur opinio probabilior, quæ ha-

A D

1

bet

bet pro ſe, vel plures rationes; & ſic erit intrinſecè probabilior: vel plures Doctores, & ſic erit extrinſecè probabilior; vel tam plures rationes, cum plures Doctores, & ſic erit tam extrinſecè, quam intrinſecè probabilior. Rationes autem iſte majores non debent eſſe tales, ut convincant falſitatem alterius opinionis oppoſitæ, quæ ſic jam hæc opinio habens pro ſe rationes tales inalteras, non eſſet probabilior reſpectu oppoſitæ; ſed eſſet ſententia moraliter contra, & illa oppoſita eſſet iam improbabilis; probabilior autem eſt opinio per reſpectum ad oppoſitam probabilem, non per reſpectum ad improbabilem.

4. Hæ definitiones de opinione probabili paſſim traduntur a Doctoribus ſub his, vel ſynonymis verbis; ut ſequentibus notant eſt. Unde definitio, quam aptam ad ſuam intentionem formant Adverſarij, ſimilitum *Opinio probabilis eſt, quæ accipitur ob rationes, & authoritatem, talem præferentes apparentiam veritatis, ac ob illas vitæ prudens ſine ulla præcipitatione, & paſſione, judicet rem eſſe verum, licet agnoſcat non repugnare, quod ſit falſa, quia videlicet medium aſſerendi non eſt demonſtrativum.* ſibi eſt admittenda, quia definitiones non debent modo nobis favente intitu, ſed debent prout ſunt communiter receptæ ſupponi, & illis admiſſis, diſcurrere fas eſt. Si enim quiſque definitionem rei, de qua eſt quæſtio, formet ſuo modo, poterit concluſionem, quamvis erroneam, defendere, imò evidenter falſam ſuſtinere, dicendo, ſe nomine talis rei id intelligere. Sic qui vellet Cœlum eſſe ligneum, & faceret definitionem ligni modo ſuo, non poſſet impugnari; quia quando alius diceret: ligneum eſt, quod ex ligno factum eſt; lignum autem eſt, quod habet tales, & tales proprietates &c. ille responderet negando lignum eſſe illud; ideoque ligneum diceret Cœlum, quia ex materia illa, quam ipſe definiſſet eſſe lignum.

5 Cum igitur probabilis opinio, ut vox ipsa demonstrat, intelligatur ea; quæ rectè probari potest; sicut amabile dicitur, quod meritò amari potest; non est cur ab hac definitione recedamus. Accedit, quod non ex veritate sed ex ratione desumitur probabilitas: ergo non est definitio illa, veritatem requirens, admittenda. Sed hoc punctum erit intra fusiùs in confutandis fundamentis contrariæ sententiæ discutiendum.

6 Jam ut clariùs exponatur status quæstionis, ponamus casum in particulari: Dubitat quis, an peccatum commissum die festo, vel quo Eucharistiam sumpsit, sit sacrilegium, ac propterea sit necessariò exprimenda in confessione circumstantia diei festi, vel sumptæ Eucharistiæ, utpote mutans speciem peccati, & invenit rationes, ac Doctores suadentes quod sit sacrilegium, & talis circumstantia exprimenda; & simul invenit rationes, & Doctores suadentes, non esse sacrilegium, nec talem circumstantiam exprimendam. In tali casu opinio tutior est, quæ dicit esse sacrilegium illud peccatum, adeoque, quod circumstantia illa debet aperiri in confessione. Supponamus item, quod iste talis putet hanc opinionem tutiorem, esse simul probabiliorem, eo quia rationes pro ea, aut Doctores, vel simul rationes, & Doctores videantur ipsi meliores. Hoc posito: quæritur an iste talis possit licitè amplecti opinionem minus tutam, sed probabilem, quia etiam pro se habet rationes bonas, & Doctores graves, dicentem non esse sacrilegium, ac propterea deobligantem ipsum ab onere exprimendi circumstantiam illam diei festi &c. Similiter est sententia, quam nos in precedenti capite defendimus dicens peccare Judicem, qui sciens veritatem, contra ipsam judicat propter allegata, & probata. Est autem opinio contraria Divi Thomæ 2. 2. *quest. 67. art. 2.* dicens non peccare Judicem, si judicet contra veritatem, quam no-

vit, propter ea, quæ in contrarium proponuntur per Testes. Jam sententia tutior est, quæ dicit peccare Judicem, & ideo non debere terre sententiam juxta allegata, & probata, quoties ipse noverit ea esse contra veritatem sibi, ut privata personæ manifestam. Ponamus item quod apud aliquem Judicem videatur probabilior hæc opinio, quam opposita minus tuta Divi Thomæ; Querimus utrum iste Judex possit licitè sequi hanc opinionem minus tutam, sed probabilem alienam, relicta propria opinione tutiore, & apud ipsum probabiliore.

§. S E C U N D U S.

STATUITUR LICITUM ESSE CUIQUAM

sequi alienam opinionem probabilem minus tutam, non obstante opinione tutiore sibi probabiliore.

7 **C**onclusio, quam defendimus est, quod non obstante judicio proprio, quo quis judicat suam opinionem tutiorem esse simul probabiliorē, possit licitè sequi opinionem minus tutam aliorum, quam scit probabilē esse, & pro tali haberi a pluribus Doctoribus.

8 Hujus Conclusionis, si termini explicentur, constabit nullius ponderis esse rationes, quæ contra ipsam adducuntur. Dicit enim conclusio, quod possit quis licitè sequi opinionem aliorum minus tutam, id est quæ dicit actionem, de qua est quæstio, non esse peccatum, relicta tutiore, id est eam, quæ dicit illam actionē esse peccatū, quā ipse putat probabiliorē, id est habere rationes majoris ponderis respectu rationum, quæ militant pro opposita opinione minus tuta, sed probabili per hoc ipsum, quod ejus rationes non enervantur ab illis majoris ponderis.

9 Dicit præterea conclusio, quod possit quis licitè sequi

ſequi opinionem aliorum probabilem minus tutam, quoties opinio tutior est apud ipsum probabilior; nam non est questio, an possit relinquere tutiorem, quoties ipsa non est, nec estimatur probabilior. Certum namque est apud omnes, quod nemo teneatur sequi opinionem tutiorem, cum multa opiniones tutiores sint improbabiles, & communiter rejecta; & talis est opinio, quam in casu adduximus, dicens teneri poenitentem explicare circumstantiam diei festi, quo peccavit. Præterea, si adesse obligatio sequendi opinionem tutiorem, nunquam possemus aliquid agere secundum opinionem etiam nobis probabilem, imò probabilissimam. Nam nos operantes, ex eo quia opinio probabilis dicit licitum esse id, quod agimus, non sequimur tutiorem partem, cum tutior pars sit, qua docet eam operationem esse illicitam, ideoque non faciendam. Ergo vel certum est nullam dari obligationem sequendi in operando tutiorem partem; vel quod nunquam possemus aliquid agere ex opinione etiam nobis probabili. Non vocatur igitur in questionem, utrum possit quis licite, relicta opinione tutiore, sequi opinionem minus tutam, sed sibi probabilem, sed solum vocatur in questionem, utrum possit minus tutam sequi, quoties tutior est apud ipsum probabilior; & in tali questione dicit nostra conclusio, quod possit.

Denique conclusio non dicit, quod si opinio minus tuta affirmetur falsa, aut improbabilis, aut exiguam habere probabilitatem, possit, qui ita iudicat, eam licite sequi; sed dicit, quod possit sequi minus tutam probabilem, quam scit pro tali haberi a pluribus Doctoribus; id est eam, qua adhuc in occurſu propriæ opinionis probabilioris, non manet destituta rationibus, nec superata manifestè a rationibus oppositis. Nam si rationes pro parte tutiore clarè evincunt falsitatem opinionis minus

minus tuta, jam hæc non est amplius probabilis, ſed im-
probabilis. Si verò vix poſſunt rationes pro parte mi-
nus tuta ſuſtineri adverſus rationes pro parte tutiore,
ita ut meritò dubitari poſſit, an minus tuta ſit probabi-
lis, jam hæc exiguam habebit probabilitatem, & prope
ſines probabilitaris erit, ideoque non licet juxta eam
operari, ſtante prohibitione Innocentii XI. Si denique
quis putet opinionem minus tutam eſſe erroneam, etiam ſi
talis re vera non ſit, peccabit eam ſequens, ſicut quilibet
alius, qui ex conſcientiæ erroneæ peccat faciens ali-
quid, quod putat eſſe peccatum. Quod autem ad hæc
ſtante eo judicio, quo quis putat ſuam opinionem tu-
torem eſſe ſimul probabiliorem, poſſit componi in eo-
dem intellectu hoc aliud judicium, quo opinio minus
tuta, oppoſita reputetur probabilis, oſtendetur, cum
rationes pro Doſtra Concluſione afferentur.

§. T E R T I U S.

PROBATUR PRIMO CONCLUSIO NOSTRA

ratione propria ex authoritate Doctorum
illam ſuſtinentium.

NON poteſt aliquis intellectus ſuæ nota im-
prudentiæ, & temerariæ aſſiduitate eſſe ſibi
improbabilem, & falſam aliquam opinionem, qui
de ſcit eam defendi a Doctoribus magni nominis, qui
rationes utrinque perpenderunt, ſed requiritur aliquod
novum, & maximum ſurdamentum, quod ab illis Do-
ctoribus non fuerit cognitum, ab hoc ut poſſit ſine im-
prudentiæ, & temeritate reſideri nunquam falſam, & erro-
nea talis opinio. Sed noſtra Concluſio defenditur ab
Authoribus innumeris, & ſere omnibus conſpicuis, ac
principibus, & ab iſtracitæ, ſus communis, nec ullæ

ſuper

ratio

88 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
ratio nova affertur contra ipsos ab Adversariis, quæ
non fuerit examinata ab illis. ergo nullus intellectus, nisi
imprudenter, & temere affirmare potest nostram Con-
clusionem esse sibi improbabilem, & falsam. Major hu-
jus sillogismi est perspicua. Minor quo ad primam par-
tem constabit ex mox citandis Doctoribus; quo ad se-
cundam verò ex iisdem lectis.

12 Sunt autem, qui nostram sustinent conclusionem
ex perillustri Dominicana familia Magistri Bartholo-
mæus de Medina, Bannez, Alvarez, Vincentius Cádizus,
Petrus de Tapia, uterque Ledesma, Serra, Martinez, De
la Crux, Velasco, Gallego, Lorca, Montefinos, & alii
plurimi, quos citat P. Jacobus Illsungh Societatis Jesu
Theologus, & Cancellarius Universitatis Dilinganæ *tra-*
1. de Dictamino conscientie. disp. 1. art. 6. §. 6. a n. 57.

13 E Societate Jesu tuentur eandem Conclusionem
P. Franciscus Suarez *tom. 4. in 3. part. disp. 32. sect. 5.*
ubi docet non solum posse, sed debere Confessorem ab-
solvere pœnitentem, quando pœnitens tenet opinionem
probabilem, quod absolvi possit, aut restituere non te-
netur, & Confessor sustinet contrariam opinionem,
quam putat probabiliorem, quod scilicet ille absolvi
non possit, & restituere tenetur. Ergo dicit hic Doctor
eximius quod Confessor possit sequi licitè opinionem
aliorum probabilem contra propriam opinionem pro-
babiliorum, & tutiorum; certum enim est quod opinio
Confessoris de non absolvendo pœnitente sit tutior. P.
Gabriel Vasquez Theologus celeberrimus *prima 2. disp.*
62. capi. 4. & sequent. propugnat in terminis traditam
Conclusionem, & addit jam fuisse communem ante Ma-
gistrum Bartholomæum de Medina, qui eam typis man-
davit anno 1577. P. Thomas Sanchez *in Decal. lib. 1. capi.*
9. n. 14. ubi ut communem tradit. P. Joannes Salas
tract. 8. disp. Unica. sec. 6. n. 66. ubi adducit pro se an-
tiquis-

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. §. 3. 89
 tiſſimos Theologos. P. Ferdinandus de Caſtopalao
tom. 1. de Conſcientia opinante. diſp. 2. pun. 2. n. 2. ubi
 dicit: communis ſententia, & mihi probabilior eſt eligi
 poſſe opinionem minùs tutam probabilem, relicta pro-
 babiliori propria tutiori. P. Gregorius de Valentia in-
 ſignis Theologus *prima 2. queſt. 12. punct. 5.* ubi aſſe-
 rit, quod in noſtro arbitrio eſt, ut abiecta una opinione,
 quam putamus eſſe probabiliorem, & cui proinde adhe-
 remus, poſſimus amplecti aliam, quæ iudicio noſtro ſit
 minùs probabilis, idque ſine ulla nova ratione. Ad-
 dit hanc eſſe mentem Divi Thomæ *prima 2. queſt. 17.*
art. 6. dicentis: *Sunt autem quedam apprehenſa, quæ non*
adeo convincunt intellectum, quin poſſit aſſentire, vel diſ-
ſentire, vel ſaltem aſſenſum ſuſpendere, vel diſſenſum
propter aliquam cauſam, & in talibus aſſenſus ipſe, vel
diſſenſus in poteſtate noſtra eſt, & ſub imperia cadit. Ex
 quibus verbis Angelici Doctoris clarè conſtat, quod
 ubi rationes pro una opinione, non convincunt eviden-
 ter; liberum eſt aſſentire, vel ei diſſentire. ſed per hoc
 quod opinio tutior ſit mihi probabilior, quàm oppoſita,
 non ideo me evidenter convincunt rationes pro ea. er-
 go ſicut liberum eſt mihi ei aſſentire, ita diſſentire, &
 alteri aſſentire; æquè enim liberum eſt uni aſſentire, vel
 diſſentire, ac alteri diſſentire, vel aſſentire. Conſen-
 tiunt eidem noſtræ Concluſioni Joannes Cardinalis de
 Lugo *diſp. 22. de Pœnit. ſect. 2. §. 2. n. 39.* ubi docet
 poſſe utrumque Confeſſarium, proprium ſcilicèt, & De-
 legatum abſolvere pœnitentem juxta opinionem pro-
 babilem illius; & P. Rodericus de Arriaga *diſp. 44. de*
Pœnit. ſec. 1. n. 1. ubi ait, quod Confeſſarius poteſt ab-
 ſolvere pœnitentem ſecundùm opinionem probabilem,
 etiamſi ipſe Confeſſarius eam opinionem non teneat,
 quia quiſque poteſt amplecti opinionem probabilem,
 etiam relicta probabiliore, niſi agatur de valore Sa-

90 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 5. Digres. Theol. de reſtituſuſ*
 cramenti, & n. 5. advertit, quod non eſt neceſſe, ut
 Confefſor eam opinionem poenitentis, quam ipſe non
 tenet, reputet probabilem, ut ea ſit probabilis, & ſic jux-
 ta eam operetur abſolvendo, quia probabilitas opinio-
 nis non pendet a contraria cenſura unius, vel alterius;
 ideoque concludit, quod ea eſt opinio probabilis, quæ
 etiam his temporibus defenditur ab aliquibus Docto-
 ribus gravibus tribus, vel quatuor.

14 Denique tum ex eadem Societate, tum ex aliis
 Ordinibus Religioſis, tum etiam ex Doctoribus non Re-
 gularibus amplectuntur eandem noſtram Concluſionem
 Paulus Layman *lib. 1. tract. 2. cap. 5.* Bonacina *tom. 2.*
diſp. 2. queſt. 4. punct. 9. Azorius *lib. 2. Inſtit. Moral.*
cap. 12. & cap. 16. Diana *tom. 2. tract. de Opin. probab.*
reſol. 11. Petrus Navarrus *lib. 3. de Reſtit. cap. 1. dub. 13.*
n. 237. Joſeph Sanchez *diſp. 42. n. 12.* Hermannus Bu-
 ſenbaum *lib. 1. tract. 1. cap. 2. dub. 2.* Antonius Terſi-
 lus *de Conſcientia. queſt. 23. qui queſt. 22. a n. 9. uſq. ad*
282. numerat pro eadem, quam ſuſtinemus, ſententia
 authores centum quinquaginta, & noviffimè P. Jacobus
 Illuugh *tract. 1. de Dichamine Conſcien. diſp. 1. art. 6.*
§. 6. n. 56. ubi dicit, quod hæc ſententia prout ab ipſo, &
 a me ſupra explicata eſt n. 8. 9. & 10. videtur certa, & in-
 negabilis. Eam etiam defendunt Martinus Bechianus *de*
Bonitate actuum intentionum tract. 1. cap. 4. queſt. 9. n. 5.
 Martinus de Eſparza *de Actibus humanis queſt. 23. art.*
6. Gregorius de Rhodis *de Actibus humanis diſp. 2. queſt.*
2. ſect. 3. §. 2. D. Stephanus Spinula Congregationis
 Somaſchæ *Opusculo de Libera, & prudenti electione agibi-*
tium in Moralibus. diſp. 3. ſect. 4. conclus. Unica, ubi ci-
 tat Paſqualigum *in Decif. Moral. decif. 5.* afferentem
 Jongum Catalogum Legiſtarum, & Canoniſtarum.

His omnibus additur autoritas plurimorum Sum-
 morum Pontificum Romanorum, qui ex opinione pro-
 ba-

Opinionis probabili in casu probabilius S. 4 26
bilibi docente, eos posse dispensare in voto solemnī
Castitatis, operati sunt, impertientes eam dispensa-
tionem, relicta opposita tutiore opinione, dicente, eos
non posse dispensare.

15. Manet igitur demonstrata minor sillogismi *m. 11*
propositi, cum quisque ex adductis Doctoribus sit ma-
ximè gravis, & questionem pensatis rationibus pro
utraque parte, decisam dederit in favorem nostræ sen-
tentia.

S. Q. U. A. R. T. U. S.

AFFERTUR SECUNDA RATIO PRO NO- STRA CONCLUSIONE.

16. **U**bi non habetur evidentia de inhonestate alij
cujus operationis, sed dubitatur, aut contro-
vertitur utrum honesta, vel inhonestasit; laudabile, &
juxta regulas prudentiæ est, relicto proprio judicio incer-
to, & inevidente, sequi consilium aliorum virorum pio-
rum, & sapientum; sed per hoc, quod opinio tutior sit
michi probabilior, non habeo evidentiam de inhonestate
operationis faciendæ; quam illa opinio tutior dicit
non esse faciendam; & sequens opinionem aliorum pro-
babilem minùs tutam, sequor consilium virorum pio-
rum, & sapientum. Ergo laudabiliter, & juxta regulas
prudentiæ operor, dum relicto meo judicio incerto, &
inevidente, illorum opinionem amplector.

17. Major est manifesta, & a Sanctis Patribus passim
tradita, dum docent, nos non debere proprio judicio fi-
dere. Eam quoque admittit noster Pater Sanctus Igna-
tius Lojola Fundator, & primus Generalis Societatis
Jesu, dum vult, ut subditi obediant Superioribus in om-
nibus, in quibus non videtur esse manifestè peccatum.
ut habetur *par. 6. Constitutionum. Cap. 1. ibi: Quidquid*

92 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
nobis injunctum fuerit, obeundo, omnia justa esse nobis per-
suadendo, omnemque sententiam, ac judicium nostrum con-
trarium, cæca quadam obedientia abnegando; & id quidem
in omnibus, quæ a Superiore disponuntur, ubi definiti non
possit aliquod peccati genus intercedere. Id ipsum insinuant
Scripturæ; nam Tobias moriturus dixit Tobia: filio, ut
habetur Cap. 4. ver. 19. Consilium semper a Sapiente per-
quire. & Proverb. Cap. 12. ver. 15. legitur: Qui Sapiens
est, audit consilium. & Cap. 13. ver. 20. Qui cum Sapien-
tibus graditur, Sapiens erit. Ergo qui Sapientum consi-
liis, ac doctrinis acquiescit, prudenter, & laudabiliter
operatur, relinquendo proprium judicium incertum.

17 Minor autem supponitur; nam si opinio tutior
dicens actionem non esse faciendam, quam quis credit
probabiliorem, evidenter convincit sui veritatem; jam
opposita opinio non est probabilis, imò illa tutior, nec
probabilior, sed evidens, & certa; ideoque feremus
extra statum questionis, si non supponeretur, quod opi-
nio tutior, & probabilior sit inevidens; adeoque non
pariat certitudinem de inhonestate operationis, quam
ipsa dicit non faciendam.

19 Sic igitur confirmo dictam rationem: Nil prohi-
bet, ut posthabito proprio judicio inevidente, consi-
lium aliorum piorum, doctorumque sequar in operan-
do; Ergo bene possam relicta propria opinione, aliorum
doctorum, ac piorum sequi opinionem in operando.

20 Dices: Prohibet impotentia judicandi bonum
esse aliorum consilium, quoties rationes in oppositum
sunt respectu mei præponderantes.

21 Contra est! quia hæc impotentia fingitur, dum
eam nemo cordatus experitur; nam tot viri Sapientes
inveniuntur, qui ducti aliorum consilio multa faciunt
contra proprium judicium inevidens. Præterea quot-
quot propriam opinionem in scholastica, ac morali Theo-

logia

logia defendunt, eam apud ſe habent, ut probabiliorem; & tamen paſſim dicunt opinionem oppoſitam eſſe etiam probabilem. Ergo non datur hæc impotentia judicandi probabilem aliorum opinionem, quoties rationes pro propria ſunt præponderantes: certum enim eſt, quod qui unam opinionem ſuſtinet, putat rationes pro ea eſſe præponderantes oppoſitis, & nihilominus videmus, quod adhuc Scriptores defendentes unam opinionem, dicunt oppoſitam eſſe etiam probabilem. Cur igitur dicunt Adverſarii impoſſibile judicium, quod tot, tantisque viris poſſibile fuit? Sanè non niſi quia affirmare reſpuunt duas opiniones oppoſitas eſſe probabiles, reſpectu ejuſdem intellectus, ideo fingunt impotentiam judicandi probabilem opinionem oppoſitam illi, quam ipſi tenent.

S. QUINTUS.

AFFERTUR TERTIA RATIO PRO NO- STRA CONCLUSIONE.

22 **L**icitum eſt ex imperio voluntatis operari juxta opinionem, quam intellectus prudenter, & certò æſtimat probabilem, etiamſi oppoſita opinio ſit tutior; ſed ſive rationes, & authoritates pro duabus opinionibus oppoſitis videantur æquales, ſive videantur alicui intellectui præponderantes pro parte tutiore, ſemper ſtat, quod utraque opinio ſit probabilis, & ut talis judicari poſſit, ac debeat ab ipſo intellectu. ergo licitum eſt ex voluntatis imperio operari juxta utramlibet opinionem, & per confequens, ſicut eſt licitum ſequi opinionem tutiorem, ita ſequi minùs tutam probabilem.

23 Major negari nequit, quia ut ſupra dicebam, nemo obligatur ſequi tutiorem opinionem, præciſè quia tutior

94 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
tutior est ; aliter numquam possemus aliquid agere ex
opinione probabilis ; & ideo neque liceret sequi opinio-
nem vel inter probabiles probabilissimam , quod fuit
damnatum ab Alexandro VIII.

24 Probo igitur minorem , qua probata , a funda-
mentis diruitur cōtraria nobis sententia . Et primò qui-
dem , quod utraque opinio remaneat absolutè , & obje-
ctivè probabilis , certum est , rationes enim unius non
convincunt , ut supponimus , evidenter falsitatem alte-
rius . Ergo utraque habet pro se rationes potentes stare
adversùs oppositas , ideoque utraque probabilis abso-
lutè , & objectivè est .

25 Restat igitur sola difficultas in hoc , quod re-
spectu ejusdem intellectus , respectu cujus rationes vi-
dentur æquales pro utraque parte , vel præponderan-
tes pro tutiore , maneat utraque opinio probabilis pro-
babilitate hac respectiva , & subjectiva , quam requirit
Adversarius .

26 Probo hoc primò , quia ut ait S. Augustinus *lib.*
de Utilitate credendi . cap. 11. citatus ab Adversariis .
Quomodo est illud , quod sequuntur , si non probatur , proba-
bile ? Ergo per S. Augustinum probabile est , quod pro-
batur , seu quod dignum est , ut approbetur . Sed utraq;
opinio (posito quod rationes pro utraque sunt æqualis
ponderis respectu unius intellectus , vel si pro tutiore
sunt majoris ponderis , tamen non evincunt falsitatem
alterius) & probatur , & est digna , ut approbetur ab eo
intellectu : Ergo utraque opinio est probabilis re-
spectu illius intellectus . Probo minorem (Major enim
admittitur ab Adversariis) Utraque opinio habet pro
se rationes stantes adversùs oppositas ; ergo utraque pro-
batur . Ex alia parte ille intellectus videt has rationes
posse stare adversùs alias , & has alias adversùs illas .
Ergo videt dignas esse ambas opiniones , ut ab ipso ap-
pro-

probentur pro propriis rationibus. Quid enim aliud eſt eſſe aliquod dignum, ut approbetur, niſi cognoſci habere pro ſe rationes graves, ſeu quod idem eſt, potentes ſtare adverſus oppoſitas?

27 Probo ſecundò eandem minorem: Si in caſu poſito, non eſſent ambæ opiniones probabiles reſpectu illius ejusdem intellectus, deberent eſſe, vel ambæ improbabiles, vel una probabilis, & alia improbabilis; ſed nec ambæ poſſunt eſſe improbabiles reſpectu talis intellectus, nec una probabilis, alia improbabilis. Ergo necesse eſt, ut ambæ ſint reſpectu illius probabiles. Major eſt inconcuſſa: nam ex duabus proſitionibus contradictoriis una debet eſſe vera, altera falſa; ſed hæc proſitiones: *Due opiniones oppoſita ſunt ambæ probabiles; due opiniones oppoſita ſunt ambæ improbabiles, vel una probabilis, alia improbabilis,* ſunt ex regulis Summuſtarum contradictoriæ. Ergo ſi falſum eſt, quod reſpectu unius intellectus ſint ambæ probabiles, debet eſſe verum, quod ſint ambæ improbabiles, vel quod una probabilis, & alia ſit improbabilis. Probo itaq; minorem: Non poſſunt reſpectu illius intellectus eſſe ambæ improbabiles, quia evidens eſt unam ex illis eſſe in ſe determinatè juxta legem Dei. Ergo evidens eſt illi intellectui, quod una ex illis opinionibus non ſit improbabilis, nec falſa; quanvis quænam ſit hæc, non poſſit determinatè affirmari ab eo intellectu. Ergo non poteſt talis intellectus dicere: *ambæ ſunt improbabiles.* Neq; poteſt una eſſe tali intellectui probabilis, alia improbabilis: quia ſi rationes pro utraque videntur æquales, non eſt major ratio cur una judicetur probabilis, alia improbabilis. Si verò rationes videntur præponderare pro tutiore, cum non ita præponderent, ut ſupponimus, ut evincant falſitatem alterius, non poteſt ille intellectus dicere: *Ira eſt probabilior hæc opinio tutior, ut altera ſit improbabilis;*
irra-

irrationabiliter enim hoc diceret , dum adhuc videt rationes stare pro ea opinione minus tuta graves . Ergo respectu talis intellectus non possunt ambæ opiniones esse improbabiles , nec una probabilis , alia improbabilis. Ergo necesse est ; quod sint ambæ probabiles. Sicut enim si falsum est , quod Petrus, & Paulus currant simul , verum debet esse quod neuter currat , vel quod Petrus currat , Paulo non corrente ; & è contra , si falsum est , quod neuter currat , aut quod unus currat , alio non corrente ; debet esse verum , quod simul currant ; ita si falsum est , quod ambæ opiniones sint improbabiles , vel quod una sit probabilis , & alia improbabilis , verum debet esse , quod ambæ sint probabiles respectu talis intellectus .

28 Dices : Scit intellectus unam ex his opinionibus esse probabilem , aliam improbabilem , sed indeterminate ; ideoque nescit quænam ex illis sit probabilis , ac proinde neutram potest voluntas amplecti , quoties rationes pro utraque videntur intellectui æquales . At si rationes pro una opinione videntur præponderantes , hæc sola erit tali intellectui probabilis , alia autem improbabilis , utpote recedens à veritate .

29 Contra est : Scit intellectus unam ex illis esse probabilem , imò veram , nescit tamen quænam illa sit , quando rationes videntur æquales. Ergo judicare potest , quod vel una , vel altera sit probabilis , imò vera ; sed stante hoc judicio , potest licitè voluntas utramlibet amplecti. Ergo nulla responsio tua. Probo minorem sub sumptam: ubi nulla lege astringitur voluntas ad aliquid faciendum , vel omittendum , potest licitè uti sua libertate , quam certò possidet ; sed nulla lege astringitur voluntas ad eligendum unam potiùs opinionem , quàm aliam , vel ad omittendam utramq; seu nulla lege astringitur ad nihil operandum , vel ad operandum potiùs

jux-

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. S. 51. 97.
 juxta unam opinionem, quàm juxta aliam, quando in intellectu habetur iudicium illud. Ergo poteſt voluntas uti licitè ſua libertate, & amplecti utramlibet opinionem, ſeu operari juxta utramlibet. Probo minorem; maior enim eſt evidens. Nulla lex prohibet electionem opinionis, quæ ab intellectu non cognoſcitur improbabilis; nec ulla lex iubet omiſſionem utriuſque opinionis; ſeu nihil agere juxta aliquam ex illis opinionibus, quando habetur iudicium certum, quod vel una, vel altera ex illis opinionibus eſt probabilis; imò certa. Ergo nulla lege aſtringitur voluntas in caſu noſtro, vel ad omittendum, ſeu non operandum juxta utramlibet opinionem, vel ad operandum potiùs juxta unam, quàm juxta aliam.

30 Dices: Legem, quæ iubet omiſſionem operationis, vel operari juxta tutiorem opinionem, eſſe illam, quæ dicit: *In dubiis tutiorem partem eſſe eligendam;* & quia quando rationes pro duabus opinionibus oppoſitis videntur intellectui æquales, debet intellectus manere dubius; ideo in tali caſu voluntas debet vel nihil operari, vel juxta tutiorem opinionem operari, ac proinde nunquam poteſt utramlibet opinionem eligere in operando.

31 Contra: Lex iſta communiffimè ſic intelligitur, quòd quoties habetur purum dubium, id eſt nulla datur ratio, propter quam opinari poſſit intellectus, toties tutior pars eſt eligenda à voluntate. Ita dubito an quando comedebam, fuerit data media nox, & nulla occurrit ratio ſuadens non fuiſſe datam, debeo eligere tutiorem partem, nempe mane abſtinere à Communione; at ſi rationem habeo quòd non fuerit data media nox, aut rationem habeo quòd fuerit data, & aliam rationem, quòd non fuerit data; tunc licitè communicare poſſum, quia ſi ratio eſt, quòd media nox non erat data, quando

N

come-



comedi: nam opinor non esse datum: si vero contrarietates pro utraque parte contradictionis, stat possessio pro mea libertate communicandi, qua privari non possum, dum non est certum quod fuerit data media nocte tempore meae confessionis, quia data a me dicitur: adesse lex obligans ad non sumendam Eucharistiam, non ausendo antea.

32 Quod ipsum sic considero, & urgeo ulterius: Ad id veritas se adveniat dubium, an liber, quem possideo pro meo, possum licite retinere illum, dum non constat, quod non sit meus, quia stat possessio pro me iudicatur retentionem. Ergo similiter dum non constat datum fuisse mediam noctem, quando comedi, licite communicare possum, quia stat possessio pro libertate, qua gaudeo communicandi, utpote fidelis ex grege Christi, sed dum habetur ratio, quod non fuerit data, vel habetur ratio pro utraque parte, nimirum, & quod fuerit data, & quod non fuerit data, iam non constat quod fuerit datum: Ergo licite communicare possum.

33 Dices: Quamvis illud principium *melior est conditio possidentis*, valeat in materia iustitiae, non tamen in materia valet in aliis materiis. Et ratio est, quia non solum sumus certus de possessione physica libri, sed etiam de morali, id est licita possessione, antequam adveniat dubium: At pro Communionis sumenda non sumus certus de possessione morali meae libertatis.

34 Contra manifeste: Sufficit quod sumus certus de possessione physica libri, dum advenit dubium de dominio illius, & certus item sumus de possessione morali antea et dante ad dubium, ad hoc ut possim licite retinere illum, dum non constat mihi, quod meus non sit, sed etiam in casu de Communionis sumenda, sumus certus de physica possessione meae libertatis in ordine ad communicandum, & item certus sumus de possessione morali antea et dante

dentem ad dubium, quia ante dubium non erat ligata mea
libertas à præcepto abstinendi. Commutatione propter
comestionem. Ergo si possum licitè retinere librum,
possum licitè non communicare, dum non constat quod fue-
rit data inedia nox, quando comedebam. Impugnanda
tamen est efficacia responsis, quam num. 30. retuli, ni-
mirum, quod intellectus debet manere dubius, quando
rationes ipsi videntur æquales pro utraque opinione;
hoc enim est præcipuum fundamentum Adversariorum.
Deinde debet etiam rejici ab illis, quod retuli num. 28.
quod si scilicet, si rationes sunt præponderantes pro par-
te una, & præcipue ratione, hæc sola potest haberi, ut
probabilis; alia autem, quia recedens a veritate, ut im-
probabilis; Ideo fit.

§. S E X T U S. de illis illis

OSTENDEUR INTELLECTUM NON DEBE-
re relinquere dubium, quoties rationes pro duobus
opinionibus oppositis, ipsi videntur
æquales; sed posse contrahere adhe-
rentiam ad unam, & ex illis, æque idem
opinari non potest.

Et hoc quod rationes videntur æquales, fe-
quitur quidem, quod non possit intellectus
firmius adherere uni parti, quam alteri; non autem fe-
quitur, quod non possit uni, vel alteri adherere; sed si
potest uni, vel alteri adherere, jam potest opinari, &
potest opinari, jam potest non esse dubius. Ergo non
debet, ut intendunt Adversarii, manere dubius intel-
lectus in casu posito. Probo majorem: proponantur vo-
luntati duo bona æqualia, v. g. visio viridarii, & audi-
tio soni, ita ut si videat viridarium, non audiat sonum,

et vice versa; & supponamus, quod æqualem delectationem percipiat voluntas in ea visione, ac in auditione; hoc posito sic arguo: ex hoc, quod illa bona videantur æqualia, sequitur quod voluntas non possit magis unum, quam aliud amare, non tamen sequitur, quod teneatur omittere utrumque, vel quod non possit utrumlibet amare. Ergo similiter in casu nostro de intellectu.

36 Dices: Bonum unum non est destructivum bonitatis alterius, & adhuc manet bonum in occurfu alterius boni, adeoque bene potest voluntas utrumlibet amare. At in casu nostro non manet veritas unius opinionis in occurfu alterius; impossibile enim est, quod ambæ sint veræ, ideoque non sunt sicut illa duobus bonis. Intellectus autem non potest adherere, nisi vero, unde si ambæ veræ esse non possunt, implicat, quod utrilibet ex illis adhareat. **U T X E 2**

37 Contra: Sicut bonum auditionis soni, non destruit bonitatem visionis Viridarii; ita nec veritas unius opinionis destruit veritatem alterius; veritatem, in qua, de qua loquimur, nempe de illa, quæ est in actu opinativo. Explico quod dico: verum quidem est, quod duæ opiniones oppositæ non possunt a parte rei esse simul veræ, quia veritas a conformitate cum objecto desumitur; objectum autem aut est, aut non est sicut repræsentatur, & dicitur. Ergo necesse est, quod vel una, vel altera propositio sit conformis objecto, adeoque vera, & per hoc ipsum quod una sit conformis, altera est discordans, ideoque veritas unius est a parte rei, falsitas alterius. Ita idem cursus Petri, qui verificat hanc propositionem: *Petrus auxit*, falsificat oppositam: *Petrus non auxit*. At verò falsum assumit. Adversarius, quod duæ opiniones non possint eidem intellectui apparere ex diverso motivo, & ratione veræ; & ratio est, quia nil veritat intellectui, quod iudicio opinativo, affirmet hunc

contractum eſſe licitum ex vi huius gravis rationis, & ſimul iudicet eſſe illicitum ex vi alterius gravis rationis; nec quia intellectus opinatur, ductus a talibus rationibus, quod contractus hic ſit licitus, ideo affirmat, ita verum eſſe, quod ſit licitus, ut falſum ſit, quod ſit illicitus. Imò, quia opinativè affirmat eſſe licitum, non ſolum per hoc non affirmat falſam eſſe opinionem dicentem, eſſe illicitum, ſed per hoc ipſum affirmat, ita verum eſſe, quod ſit licitus, ut non repugnet verum eſſe, quod ſit illicitus. Et ratio eſt, quia affirmare aliquid per actum opinativum eſt affirmare cum formidine de veritate alterius partis oppoſitæ. Ergo affirmatio opinativa non ſolum non eſt excluſiva veritatis apparentis partis oppoſitæ, ſed illam involvit. Igitur duæ opiniones probabiliter veræ non ſe invicem deſtruunt, nec falſitas unius eſt formaliter veritas alterius, quia veritas hæc apparens non ab obiecto, ſed a ratione deſumitur. Unde dum ratio pro una non eſt talis, ut deſtruat rationem pro alia, nunquam ſequitur, quod non poſſint eſſe ambæ apparenter veræ.

Explico ulterius meam doctrinam, qua ſæpius eſt utendum, quia ſæpius Adverſarii replicant hanc obiectionem de veritate. Veritas igitur utrius propoſitionis oppoſitæ dependet ab eodem obiecto, ideoque veritas unius eſt falſitas alterius, cum non poſſit idem obiectum utramque verificare ſimul. At probabilitas utrius opinionis oppoſitæ non dependet ab eodem obiecto, circa quod utraque verſatur, ſed a ratione, quæ diverſa eſt pro una ab ea, quæ eſt pro alia; ideoque utraque poteſt eſſe probabilis; nec probabilitas unius eſt improbabilitas alterius, niſi quando ratio pro una convincit manifeſtè.

Ita ſi ratio, propter quam puto licitum eſſe hunc contractum, non deſtruit rationem, propter quam alii putant

tant eundem illicitum, veritas apparens meæ opinio-
nis, quæ ex illa ratione desumitur, non destruit verita-
tem apparentem alterius opinionis oppositæ, quæ ex
alia ratione nondum destructa desumitur. At si ratio
mea talis est, ut convincat evidenter, tunc veritas meæ
sententiæ, est falsitas oppositæ, & tunc meæ sententiæ
non probabilior, sed certa est, & opposita improbabili-
lis. Ex quibus sic concluditur: sicut duo bona æqualia,
quia unum non tollit bonitatem alterius, possunt vel
unum, vel alterum amari a voluntate, quanvis non
possit simul utrumque amari, quia supponuntur simul
haberi non posse. Ita duæ opiniones probabiles, quia
veritatem habent apparentem, & veritas unius appa-
rens, idest fundata in tali ratione gravi non tollit veri-
tatem apparentem, idest fundatam in alia ratione gra-
vi alterius opinionis oppositæ, possunt movere intelle-
ctum, ut uni, vel alteri adhæreat, quanvis non possit si-
mul pro eodem instanti utrique, quia una contradicit
alteri, adhæreere.

39 Jisdem rationibus probatur, quod si rationes
pro una opinione videantur præponderare, non ideo
intellectus debet rejicere tanquam improbabilem opi-
nionem oppositam, utpote recedentem a veritate. Nam
cū veritas opinionis sit subiecta falsitati, & rationes illæ
præponderantes non reddunt opinionem talem, pro qua
stant, certam, & evidentem, sed solum probabilio-
rem, adhuc stat, quod ita appareat vera, ut possit esse falsa, &
ideo si intellectus scit, ita illam opinionem sibi proba-
bilio-rem, apparere veram, ut non implicet esse falsam,
scit per hoc ipsum non implicare esse veram opinionem
oppositam. Ergo non potest rejicere tanquam receden-
tem a veritate eam. Ex quibus sic ulterius argumentor:
sicut intellectus probabilio-rem opinionem ita judicat
veram, ut simul judicet posse esse falsam; ita opinionem
pro-

probabilem minus tutam judicasse falsam, ut simul judicet posse esse veram. Ergo si non obstante quod putet posse esse falsam probabiliorem tutiorem, dicit, quod licet eam sequi potest, etiam non obstante quod putet minus tutam probabilem posse esse falsam, licet eam sequi potest. Antecedens est certum, quia probabilior sibi, non est ipsi evidenter vera. Ergo ita putat eam veram, ut simul judicet posse esse falsam. Consequentia tenet paritate.

40 Denique assigno cur duæ opiniones oppositæ non possunt esse simul veræ, nec affirmari, ac veræ ab intellectu eodem, & duæ opiniones possunt esse simul probabiles, quavis oppositæ, & ut talis affirmari ab eodem intellectu. Ratio est, quia ut dicitur, veritas est conformitas cum objecto, objectum autem duarum propositionum oppositarum est unum, & idem; unum autem, & idem objectum non potest simul esse, & non esse, sicut representatur, & dicitur. Ergo necesse est unam ex illis propositionibus, quæ representat objectum sicuti est, esse veram, alteram, quæ non representat sicuti est, esse falsam. Quod si objectum non esset unum, & idem, certè nulla esset repugnantia in hoc, quod duæ propositiones oppositæ essent simul veræ, vel falsæ. Intellectus verò evidenter scit quod idem objectum non potest simul esse, & non esse. Ergo nunquam potest ut ambas veras, aut ambas falsas duas contradictorias propositiones habere. At verò probabilitas opinionis non a veritate, seu conformitate cum objecto, sed a ratione gravi, seu conformitate cum gravi ratione desumitur. Probo hoc, quia multa falsa sunt probabilia, imò multis probabilia veris, ut ethiopicis notum. Ergo non a veritate, sed a ratione desumitur probabilitas. Item probabile non convertitur cum vero, non enim omne probabile est verum, nec omne verum est probabile;

bile; sed omne probabile est, quod probari potest. Hoc posito: nulla est repugnantia in hoc, quod una opinio sit conformis rationi gravi, & ejus opposita opinio sit etiam rationi gravi alteri conformis. Nec ulla est repugnantia in hoc, quod idem intellectus videat rationem pro una parte esse gravem, & rationem pro opposita esse etiam gravem. Et defacto, quot quot in suis scriptis concedunt opinionem propriam oppositam esse probabilem, hoc viderunt. Ergo licet repugnet duas opiniones contradictorias esse, & affirmari veras, non repugnat esse, & affirmari probabiles. Et ratio ulterior est, quia non ex eadem ratione, ex qua desumitur probabilitas unius, desumitur probabilitas alterius. Quod si ex eadem ratione desumeretur probabilitas utriusque, sicut ab eodem objecto desumitur veritas, certe non possent esse ambæ probabiles. Ratio enim, quæ militat pro una, non potest militare pro opposita. Unde est, quod quando rationes pro una parte evincunt falsitatem alterius oppositæ, & nulla restat pro hac ratio non enervata, tunc non sunt ambæ probabiles, sed una est certa, altera improbabilis, & erronea.

§. SEPTIMUS.

OSTENDUNTUR NON FIRMA ADVERSARIORUM FUNDAMENTA.

41 **U**T debilitatem principiorum, quibus inniuntur Adversarii, ostendamus, oportet primò aliqua verba definitionis, quam tradunt de opinione probabili, quam retuli *n. 4.* ponderare. Secundò: ostendere, quod malè vocent positivè non tutam opinionem, quam nos dicimus minùs tutam. Tertiò: quod nullo modo obtineant finem prætensum ab ipsis per im-
pu-

pugnationem noſtræ communiffimæ ſententiæ.

Verba igitur, quæ in definitione eorum ponuntur, & ponderatione indigent, ſunt hæc: *talem præferentes apparentiam veritatis.* Quæro igitur: iſta præferentia, quæ requirunt in rationibus, & authoritatibus, ad hoc, ut opinio ſit probabilis, vel eſt talis, ut inducat intellectum ad dicendum: ita eſt vera hæc opinio, ut ejus oppoſita ſit falſa; vel non eſt talis. Si non eſt talis; ergo non requiritur præferentia hæc, ſed ſufficit ad opinionem probabilem, quod rationes pro ea ſint graves, iſteſt quæ ſuſtineri poſſunt adverſus oppoſitas, & ideo videantur ferre apparentiam veritatis, abſque eo quod debeant videri præferre. Unde ſit, quod poteſt intellectus dicere: hæc opinio ex vi ſuarum rationum ita probabilis eſt, ut ejus oppoſita ſit ex vi ſuarum, etiam probabilis, vel probabilior, & non tenetur dicere, quod oppoſita ſit falſa, & ineligibilis, unâ ſemel, quod præferentia rationum talis non eſt, ut inducat intellectum ad dicendum: ita hæc eſt vera, ut ejus oppoſita ſit falſa. Si verò præferentia rationum, & authoritatum, quam requirunt, eſt talis, ut inducat intellectum ad dicendum: ita hæc opinio, pro qua ſtant rationes hæ præferentes apparentiam veritatis, eſt vera, ut ejus oppoſita ſit falſa, iam ſibi contradicunt Adverſarii, dum de illa addunt, *licet agnoſcat non repugnare quod ſit falſa.* Nam ſi intellectus in ea opinione, pro qua videt præferentiam, agnoſcit non repugnare falſitatem, agnoſcit utique in oppoſita opinione non repugnare veritatem. Ergo nunquam poteſt dicere: hæc opinio, pro qua ſtat præferentia, ita eſt vera, ut ejus oppoſita ſit falſa.

42 Dicunt præterea, quod opinio, quam diximus minus tutam, ſit poſitivè intuta. Sed qua ratione hoc dicant, non video: nam ideo dicunt poſitivè intutam, quia eſt per ipſos falſa; eſt enim per ipſos poſitivè tutam

opinio, quando est vera. Sed hæc ratio nulla est, quia quando dicunt, quod opinio positivè tuta sit ea, quæ est vera, vel loquuntur de veritate apparente: vel de veritate reali, & ex parte objecti cognita a nobis. De hac secunda loqui non possunt; quia hæc veritas, nec requiritur ad probabilitatem opinionis tutissima, nec habetur in opinione etiam ipsis probabiliore; non enim quia ipsis, vel mihi probabilior est aliqua opinio; ideo est ex parte objecti vera realiter, & in se, cum multa falsa sint, veris probabiliora; nec quia quis affirmat opinionem, hanc esse probabiliorem sibi, ideo scire esse veram. Neque possunt Adversarii loqui de veritate apparente; quia cum hæc veritas sit vis alliacendi intellectum ad assensum; quæ vis est a ratione gravi; ita habetur in una, ac in altera opinione, quoties rationes unius non superant manifestè rationes alterius oppositæ. Ergo si tuta positivè est opinio, quæ apparentem habet veritatem, cum opinio, quam in nostro casu dicimus minus tutam, habeat suam apparentiam veritatis ex sua ratione gravi non superata, nec enervata, erit utique ipsa positivè tuta. Deinde ad quid addunt Adversarii verba frequentia? *Si operans illam eligit, dum judicat esse falsam, vel dum prudenter judicare potest esse falsam, vel dum dubius est an sit vera, vel falsa, scienter transgreditur legem Dei, ac proinde formaliter peccat.* Ad quid, inquam, hæc? Numquid nos dicimus, quod opinionem minus tutam, si ea judicetur falsa, aut si dubitetur de ejus falsitate, & non tollatur dubium per actum opinativum, possumus tutò amplecti? Bene dicit P. Illung, quod nostra sententia ab Adversariis non refertur legitimè, ideoque nec impugnatur. Nunquam enim somniavimus, quod opinio, quam improprie dicimus minus tutam respectu tutioris, si cognoscatur falsa, possit in praxim deduci; sed solum volumus, quod, dum in occursum oppositæ tu-

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. §. 8. 107
tioris manet probabilis, iſteſt habens rationem pro ſe
gravem, poteſt quiſque eam ſequi, iudicans eſſe talem.
Quod autem poſſit hoc iudicium fieri de probabilitate
opinionis in occurſu probabiliſſoris, jam probatum eſt
rationibus adductis pro noſtra concluſione, & ulterius
infra demonſtrabitur.

§. OCTAVUS.

OSTENDITUR ADVERSARIOS NON OBTINE-
re intentum vitandi duo extrema nimia Indul-
gentiæ, & nimia Severitatis; ſed potius
nos vitare extremum nimia Indul-
gentiæ, ipſos autem incidere in
extremum nimia Se-
veritatis.

43 **C**ontendunt Adverſarii ipſos vitare extremum
nimia Indulgentiæ in delectu opinionum,
quod fuit damnatum ab Innocentio XI. & ſimul extre-
mum nimia Severitatis, quod fuit damnatum ab Ale-
xandro VIII. Noſtrum erit hic oſtendere, quod nos ex-
tremum nimia Indulgentiæ in uſu opinionum vitamus,
ipſi autem extremum nimia Severitatis non vitant. Ut
autem clariuſ hoc videatur, oportet primum considera-
re ſcopum Adverſariorum nos impugnantium, qui eſt,
ut apparet in frontiſpicio Operis Uniuſ ex ipſis, & quideſ
magni nominis, tenoris ſequentis: *Fundamentum Thea-*
logiæ moraliſ, iſteſt Tractatus de recto uſu opinionum pra-
babilium, in quo oſtenditur, ut quiſ licite poſſit ſequi opi-
nionem ſarventem libertati probabilem aduerſus legem,
omnino neceſſarium eſſe, & ſufficere, quod poſt diligentem
veritatis inquſitionem ex ſincero deſiderio non offendendi
Deum ſuſceptam, opinio illa ipſi appareat, attendit ratione
O 2 & au-

& auctoritate, vel unice verisimilis, vel manifestè verisimilior, quàm opposita stans pro lege adversus libertatem, ac idcirco ab ipsis judicetur vera iudicio absoluto, firmo, & non fluctuante. Quis talia legens non videt, quod volentes Adversarii dare regulam de recto usu opinionum probabilium, tollunt de medio usum opinionum probabilium, introducendo solum usum sententiarum certarum, & evidentium? Ecce: ad hoc ut possit quis licitè uti opinione probabili favente libertati, ajunt, necessarium esse, ut post diligens examen appareat eam opinionem esse unice verisimilem, vel manifestè verisimiliorem, quàm opposita, & esse veram iudicio firmo, & absoluto non fluctuante iudicet. Sed opinio quæ post diligentem veritatis inquisitionem apparet unice verisimilis, vel manifestè verisimilior, quàm opposita, & iudicatur vera iudicio firmo, absoluto, & non fluctuante, non est opinio probabilis (hæc enim vera absoluto, & firmo iudicio iudicari non potest, cum multa falsa sint verissimè probabilia.) sed est sententia moraliter certa. ergo qui ea utitur, non utitur opinione probabili, sed sententiâ certâ. Ergo Authores volentes dare regulam de recto usu opinionum probabilium, illum tollunt, & introducunt solum usum sententiarum certarum. Minor est clara. Quæ enim erit sententia moraliter certa, nisi sit illa, quæ unice verisimilis apparet, vel manifestè verisimilior, quàm opposita, & iudicio firmo, & absoluto iudicatur vera? Profectò quod ita reputatur verum, ut afferat impotentiam prudenter iudicandi ejus oppositum esse verum, est moraliter certum; sed quod unice apparet verum, vel manifestè verisimilius, quàm oppositum, & iudicatur absoluto, & firmo iudicio verum, parit impotentiam prudenter iudicandi ejus oppositum esse verum. Ergo est moraliter certum. Quod si non habeatur hæc impotentia, jam poterit sequens unam opi-

nio-

nionem, judicare veram oppoſitam; ergo ſequi poteſt hanc oppoſitam. Si igitur ille ſequi non poteſt oppoſitam; ergo nec judicare veram, ergo habet moralem certitudinem de propria opinione. Maniſteſtum itaque eſt, quod Adverſarii tollunt de medio uſum opinionum probabilium, de quarum eſſentia non eſt veritas iudicio firmo affirmabilis; & introducunt ſolum uſum opinionum, ſeu potiùs ſententiarum certarum, quæ veritatem important, & ut veræ, ſunt abſolutè affirmabiles.

44 Videamus nunc, quo modo ipſi non vitant extremum nimix ſeveritatis, & quomodo nos vitemus extremum nimix Indulgentix, quod dicunt, nos non vitare. Nam nos docentes poſſe quempiam licitè ſequi opinionem probabilem in occurſu probabilioris propriæ, non dicimus, quod poſſit quiſque ſequi opinionem quamcunque habentem exiguam probabilitatem, quod eſt extremum damnatum ab Innocentio XI. nimix Indulgentix per damnationem illius propoſitionis: *Generatim dum probabilitate intrinſeca, ſive extrinſeca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, conſeſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.* Sed dicimus poſſe quempiam ſequi opinionem verè probabilem, id eſt quæ habet pro ſe rationes potentes ſuſtineri adverſus oppoſitas, propter quas æſtimat quis eſſe ſuam opinionem probabiliorem. Exigua autem, & tenuis probabilitas, quam negat Summus Pontifex ſufficere, non eſt ea, quam nos admittimus, ſed eſt illa, quæ reperitur in aliqua opinione, quæ quondam fuit tradita ab aliquibus, & nunc propter rationes in oppoſitum, vix ſuſtineri poteſt, & ab omnibus rejicitur. Vitamus nos hoc extremum laxitatis, quam nobis objiciunt Adverſarii, ut melius conſtabit ex infra dicendis. Verùm ipſi non vitant extremum nimix ſeveritatis damnatum ab Alexandro VIII. quia virtualiter docent id, quod Pontifex

110 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
 tifax damnat. Nam hæc propositio: *Non licet sequi opi-*
nionem, vel inter probabiles probabilissimam. est ab eo
 damnata; sed ex Adversariorum doctrina sequitur, quod
 non liceat sequi opinionem, vel inter probabiles proba-
 bilissimam. ergo ipsi virtualiter docent id, quod dam-
 natum est. Probo minorem: per ipsos non potest quis
 sequi opinionem faventem libertati, nisi videat. ejus
 motiva præeminere oppositis, & formet judicium firmum
 non vacillans, & cum morali quadam certitudine de ho-
 nestate actionis, sine formidine morali, & timore pru-
 denti, ne actio sit mala; sed omnis opinio quantumvis
 probabilis talis est, ut non excludat formidinem, & ti-
 morem prudentem, ne fortè sit falsa, & per consequens,
 ne actio, quam dicit honestam, sit mala. Ergo per Ad-
 versarios nullam opinionem quantumvis probabilem
 sequi possumus; sed si nullam quantumvis probabilem
 sequi possumus, jam docent id, quod prohibetur a Pon-
 tifice. ergo &c. Accedit, quod opinio talis, qualem vo-
 lunt Adversarii, debere esse eam, quam sequi possumus,
 habet, ut supra dictum est condiciones sententiæ mora-
 liter certæ. Ergo non est opinio merè probabilis. Ergo
 per ipsos nulla opinio merè probabilis deduci potest
 ad praxim, quod est contra Pontificis mentem.

§. N O N U S.

RESPONDETUR ARGUMENTO PRÆCI- PUO ADVERSARIORUM.

45 **S**ic arguunt præterea Adversarii: Vel motiva
 pro opinione opposita opinioni faventi li-
 bertati, sunt, & videntur simpliciter majora, vel æqua-
 lia; si majora; tunc homo prudenter judicare potest esse
 illicitam actionem, de qua disputatur; & ideo exequi
 eam

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. §. 9. III
 eam actionem non poteſt in circumſtantiis, in quibus
 iudicat, aut iudicare poteſt eſſe malam. Si autem moti-
 va utriuſque partis ſunt æqualia, tunc intellectus manet
 neceſſariò dubius, & in dubiis certum eſt, quod tutior
 pars eſt eligenda. Quod confirmant ex Divo Thoma
Quod lib. 8. art. ipſis 13. mihi verò 14. dicente: Qui ex
contrarietate opinionum inducitur in quamdam dubitatio-
nem, an licitum ſit habere plures præbendas, ſine dubio pec-
cat, ſi manente tali dubitatione, plures præbendas habet,
quia periculoſe committit, magis amans Beneficium tempo-
rale, quàm propriam ſalutem. Deinde concludunt, quod
 nos nunquam probamus opinionem manere probabilem
 in occurſu probabilioris, quia opinio probabilis eſt per
 reſpectum ad approbationem intellectus prudentem,
 unde opinio eſt certò probabilis ſolum per reſpectum
 ad intellectum conſtitutum in circumſtantiis, in quibus
 certum eſt poſſe approbare illam ut veram; ſed quando
 opinio oppoſita repræſentatur, ut veriſimilior, non po-
 teſt illam approbare ut veram intellectus; & quando
 repræſentatur ut æquè veriſimilis non eſt certum, quod
 uñ potiùs parti, quàm alteri poſſit aſſentiri, ut verè.
 Ergo nos nec probamus, nec probare poſſumus opinio-
 nem minùs tutam manere probabilem in occurſu pro-
 babilioris tutioris. Hæc Adverſarii. Quæ quia sæpe re-
 plicant, cum ſint fundamenta eorum doctrinæ, ideo
 plenè ipſis ſatiſfaciendum eſt.

46 In primis jam probatum eſt §. 5. & 6. quod ſive
 motiva videantur æqualia pro utraque opinione, ſive
 majora pro una, adhuc poteſt intellectus iudicare utra-
 que probabilem, & non manere dubius. Et ratio eſt ex
 dictis, quia ideo per Adverſarios non poteſt intellectus
 utramque iudicare probabilem, quia non poteſt utram-
 que veram iudicare; ſed falſum eſt, quod ut iudicetur
 opinio eſſe probabilis, debet iudicari vera; cum proba-
 bile

112 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
bile non fit quod verum in se, & a parte rei est, sed quod
probari potest. ergo falsum est, quod non possit utraque
judicari probabilis. Deinde quando motiva videntur
majora pro parte tutiore contra libertatem, non ideo
debet intellectus judicare actionem esse malam factu:
quia motiva illa, etsi majora, non sunt evidenter con-
vincencia, ideoque non faciunt, quod intellectus judi-
cet, quod opinio favens libertati, dicens actionem il-
lam esse honestam, sit falsa, quod tunc judicare solum
posset, quando opposita opinio tutior evidenter esset
vera. ergo adhuc stat, quod possit iudicare falsam opi-
nionem dicentem eam actionem esse illicitam, & veram
opinionem dicentem esse licitam. Quod si defacto iudi-
cet esse falsam opinionem dicentem actionem esse lici-
tam, quis umquam dixit, quod possit eam facere? Quan-
do verò affirmant Adversarii, quod qui facit actionem,
quam prudenter judicare potest esse malam, malum fa-
cit, debent addere: si nullam habeat rationem iudican-
di esse bonam. Quod si rationem habeat iudicandi esse
bonam, quanvis habeat etiam rationem iudicandi esse
malam, licet stante tali dubio, non possit operari; tamen
bene potest, relicto proprio iudicio, submittere se iu-
dicio Doctorum dicentium eam actionem esse bonam,
& sic sine periculo peccandi, eam exequi. Atque hoc
est quod dicit Divus Thomas: *Si manente tali dubitatio-
ne plures præbendas habet, periculo se committit.* Non di-
cit autem sanctus Doctor, quod si non manente tali du-
bitatione, plures præbendas habet, peccat. Neque dicit,
quod si rationes sunt æquales contrariarum opinionum,
debeat manere necessariò talis dubitatio, sed potius
supponit posse non manere dubitationem, dum dicit: *Si
manente tali dubitatione, & postea addit id, quod Ad-
versarii tacent, nimirum: Aut ex contrariis opinionibus
in nullam dubitationem adducitur, & sic non committit se*
di-

discrimini, nec peccat. Dicit igitur Divus Thomas id, quod nos volumus, nimirum quod quando rationes sunt æquales pro utraque opinione, si intellectus maneat dubius, & nulli parti adhæreat, cum possit utrilibet ex voluntatis imperio; tunc non potest homo operari, & si operatur, peccat committendo se periculo; at si non maneat dubius, & adhæreat uni parti, prout probavimus §. 3. n. 13. ex ipso Divo Thoma 1. 2. q. 17. art. 6. & Valentina cum sequente, quod possit ex imperio voluntatis; tunc operans non peccat, quia non committit se periculo, dum ex probabili opinione operatur. Nec obstat quod opinio, quam eligit, sit favens libertati, quia libertas est nobis data a Deo, & eius iura servare debemus, quoties Deus ipse, aut homo habens a Deo communicatam potestatem, non imponunt ligamen.

47. Confirmo, quod possit intellectus non manere dubius quando rationes videntur æquales pro utraque parte: Potest quis dubitans de aliqua re propter rationes, quas habet, non minus inclinantes ad affirmandum, quam ad negandum, consulere amicum, quem magni faciat, & eo audito, assentiri cum illo. Ergo similiter potest, quando videt intellectus rationes æquales, consulere Doctores, legendo eorum libros, & adhærere illis, quanvis faventibus libertati: nunquid majorem vim habet Amicus, quam Doctores ad tollendum dubium?

48. Dices: Dum isti Doctores non præponderant, non potest esse mihi probabilis opinio eorum; ergo non possum illis adhærere.

49. Sed quid est alicujus opinionem esse mihi probabilem, nisi ut Adversarii, ipsi fatentur, esse a me approbabilem, seu dignam mea approbatione? Atqui opinio illorum Doctorum est digna mea approbatione, etiam in circumstantiis, in quibus habeo rationes in contrarium, ut supponimus. Ergo est probabilis mihi.

Probo minorem: quis enim non iudicet dignam sui approbatione opinionem, quæ a viris doctis, & piis approbatur? Certè solus proprii iudicii tenax superbus iudicare potest approbatione indignum, quod a viris piis, & doctis probatur. Præterea per hoc ipsum, quod ego ipsis adhereram, quia adherere volo, non prohibitus adherere, iam approbo eorum opinionem. Ergo iam mihi probabilis est.

50 Dices iterum: Non est approbabilis prudenter opinio aliorum, dum rationes respectu mei non sunt præponderantes oppositis.

51 Sed quæ prudentiæ est solum approbare, quod mihi melius videtur, & non potius, quod aliis viris doctis, & piis bonum videtur? Num magis estimare debeo meum iudicium, quam aliorum priorum, & Doctorum eorum? Quis sum ego, qui præferam meum iudicium Magistris Christianæ Republicæ? Prudentissime sane aliis doctis, & piis adherere, non solum quando ego non sum uni parti positus, quam alteri inclinatus, pro ut accidit, quando rationes videntur pro utraque parte æquales; sed etiam quando mihi videntur meliores pro una parte, etiam si hæc sit tutior, id est contra libertatem; quia prudentia dicit me potius debere fidere aliorum præsertim priorum, & Doctorum iudicio, quam proprio, cum facilius sit quod ego errem, quam quod illi fallatur. Sic igitur formandum est iudicium practicum, si rationes videantur æquales: Quavis ego non videam, cui potius parti adherere debeam, tamen, quia tot viri docti, & pii, qui rem discussissent, dicunt mihi, me posse hanc actionem facere: eorum consilio acquiesco, & faveo, securus quod non pecco, quia certum est, me non peccare, quando ductus consilio prudentum aliquid ago. Si vero rationes videantur meliores pro parte tutiore, formari potest iudicium practicum hæc modo: Quavis

videan-

Opinionis probabili in occurſu probab. ſuſtariſ. §. 10. 115
videantur meliores rationes contra meam libertatem,
tamen quia meum iudicium non eſt evidens, & video
rationes ſtantes pro mea libertate adhuc non eſſe ever-
ſas, item video Doctores mihi faventes, ideo relinquo
meum iudicium, & his adhæreo ſecurus, quod non pec-
co, quia relinquere proprium iudicium inevidens, &
adhærere aliorum prudentum iudicio bonum eſt, & ſic
operari licitum eſt. Faliſſimum eſt igitur, quod ſuppo-
nunt Adverſarii, quod intellectus debeat manere du-
biius in caſu poſito, cum poſſit opinando adhærere uni
parti. Quod ſi dicant, quod ideo tunc poſſit operari li-
citè, quia jam ille homo facit ſuam opinionem illorum
Doctorum, quibus adhæret, & ſic non operatur ex
aliorum opinione probabili, ſed ex ſua; jam fatentur
Adverſarii ſe oleum, & operam perdidiffe in impugnan-
da noſtra Concluſione, quæ nunquam dixit, quod ma-
nente dubio poſſit quis operari, & exequi id, de quo
dubitatur, an ſit licitum; ſed dicit, quod poſſit quis ex
duabus opinionibus oppoſitis probabilibus eligere quã
vult, & ſic adhærente intellectui uni ex illis, licitè ope-
rari.

§. DECIMUS.

ENERVATUR PRIMUM PRINCIPIMUM

SENTENTIÆ OPPOSITÆ.

52 **P**rimum principium, quo fundatur oppoſita
ſententia, eſt, quod nemo poteſt licitè ſe-
qui ſententiam minus tutam, quam priùs iudicet ef-
ſe veram, & legi divinæ conformem. Quod probant ex
Divo Thoma 2^o 2^o quæſt. 17. art. 2. ubi dicitur: homo
in ſiſ, que ad propriam perſonam pertinet, debet ſenna-
re conſcientiam ex propria ſcientia. Ergo non ex aliena,
quarens aliena: ergo ad hoc, ut quis poſſit elicere di-
ſtamen conſcientiæ, quod liceat hic, & nunc talem con-

tractum exercere, debet opinionem illam facere suam per assensum: Deinde dicunt, quod, ut opinio aliorum possit esse nostra regula operandi, debet judicari vera, si enim iudicatur falsa, & contraria primæ regulæ, erit regula distorta.

53 Hoc principium nullius est firmitatis. Nam quando dicitur, quod nemo potest licitè sequi sententiam minus tutam, nisi priùs iudicet esse veram: vel est sermo de veritate in se, vel apparente. Si de veritate in se, nullum est principium traditum, quia ex eo manifestè sequitur, quod nulla opinio probabilis possit in praxim deduci; quod est damnatū ab Alexandro VIII. & quod etiam est contra ipsos Adversarios admittètes usum licitum opinionis probabilis probabilitate subiectiva. Sequela probatur, quia de nulla opinione probabili formari potest iudicium, quod ipsa sit in se vera; imò neq; de probabiliore; cum omnis opinio dicat de suo conceptu esse innixam motivo fallibili. Ergo omnis opinio potest esse in se falsa. Ergo de nulla potest formari iudicium, quod in se sit vera. Præterea probabilitas, ut toties dictum est, non a veritate desumitur; nec probabile dicitur, quod in se verum est, sed quod probatur, ideoque verum apparet. Ergo frustra requiritur iudicium de veritate opinionis, ut ea sit eligibilis. Aut ergo debent dicere Adversarii, quod in nullo casu possumus sequi in operando opinionem probabilem, quia non sufficit, quod sit probabilis, sed requiritur, quod sit in se vera; aut fateri debent quod principium assumptum nullum est.

54: Quod si sermo sit de veritate apparente: principium assumptum est verum, sed non facit ad eorum intentum. Quia sicut potest apparere vera opinio affirmans hunc contractum esse licitum ex vi suarum rationum, & autoritatum; Ita potest apparere vera opposita opinio

opinio dicens, esse illicitum, ex vi suarum rationum, & autoritatum. Quapropter sequitur quidem, quod nemo iudicans esse falsam opinionem dicentem: contractum esse licitum, possit cum eo iudicio illum exercere; Stat tamen quod non obstantibus motivis inducentibus ad iudicandam veram opinionem dicentem: contractum esse illicitum; possit intellectus assentiri motivis inducentibus ad iudicandum esse licitum; ac propterea iudicans non esse falsam hanc opinionem, potest eam licite sequi. Hinc ly iudicare veram: vel est affirmare absolute veram, vel est videri veram p si iudicare veram, sumatur pro affirmare; falsum omnino est, quod ad operandum requiratur, quod opinio, secundum quam, quis operatur, quia probabilem scit esse, debet affirmari vera. Ratio est iudicata, quia probabile non dicit in suo conceptu veritatem, nec quia aliquod verum est, dicitur probabile, sed quia probatur. Ergo si licitum est operari iuxta probabilem opinionem, non requiritur quod affirmetur vera, sed quod affirmetur habere probationes pro se. Brevi: ut operemur ex opinione probabili, requiritur iudicium de probabilitate illius opinionis; sed iudicium de probabilitate alicujus opinionis, non est iudicium de eius veritate, quia probabilitas non est veritas. Ergo ut operemur ex opinione probabili, non requiritur iudicium de eius veritate. Si vero ly iudicare veram, non sumatur pro affirmare, sed pro videri, concedo utique, quod omnis opinio, ut in praxim deducatur, debeat videri vera, quia nemo potest habere pro regula suae operationis opinionem, quae non videtur vera. Praeterea omnis opinio, quae probabilis reputatur, apparet vera.

55 Ad autoritatem Divi Thomae manifesta est responsio, concedendo scilicet id, quod Sanctus Doctor dicit, nimirum, quod debeat quis in operando formare
con-

Conscientiam ex propria scientia, & non ex aliena, quatenus aliena; at bene potest formari conscientia ex propria scientia, quam habeo de probabilitate alienæ opinionis etiam minus tutæ. Quid ergo contra nos ex Divo Thomâ? Num Adversarii putant, quod nemo possit habere scientiam de probabilitate alienæ opinionis? Si igitur possum habere scientiam de probabilitate alienæ opinionis minus tutæ, etiam quando tutior mihi videretur probabilior, quia etiam tunc possum scire rationes pro illâ esse graves, & non enervatas a meis; possum etiam tunc ex propria hac scientia formare conscientiam de honestate electionis in operando juxta eam opinionem.

Item id, quod addunt Adversarii, nimirum, quod debet quis facere suam, opinionem aliorum, ut eam licite sequatur, quia tangit punctum probabilitatis subjektivæ, quam ipsi requirunt, fusius explicandum est. Quare igitur, quid importet facere suam, opinionem aliorum? Nam vel importat, quod antequam voluntas eligat operari juxta eam opinionem, debeat intellectus illam approbare; seu debet illa opinio sibi placere; & hoc ultro concedimus, impossibile enim est quod quis operetur juxta unam opinionem, & ea sibi non placeat, vel importat, quod ut quis operetur, debeat prius esse certus de probabilitate alienæ opinionis, quia formare non potest iudicium practicum conscientie, seu ultimum dictamen, nisi habeat scientiam de probabilitate opinionis, quam sequitur in operando; atque hoc etiam concedimus, quia dictamen ultimum debet esse evidens de honestate electionis. Sic itaque formatur dictamen certum in operando juxta aliorum probabilem opinionem: Evidens est, mihi licitum esse operari juxta probabilem opinionem dicentem: Hæc opus esse honestum, quoties scio verâ probabilem esse eam opinionem, sed scio probabi-

babilem eſſe opinionem dicentem, g. hunc contractum
 eſſe honeſtum: cogovidens eſt; mihi licitum eſſe hunc
 contractum exercere. Denique ſi ly *facere ſuam opi-*
niorem aliſum, imponat, quod ita illi adherere de-
 beat quis, ut eam unice veram exiſtmet, eo quod vi-
 deat habere rationes ponderantes; id negamus ra-
 tione facilitate, quia aſſumitur; quia, ut jam probatum
 eſt, ſcientiam de probabilitate debet quis habere, non
 autem de veritate opinionis, ut ſecundum eam quis li-
 cite operetur; aliter ſecundum nullam opinionem pro-
 babilem, poſſemus ope ſig. rano de nobis haberi poſſit
 ſcientia, quod ſig. rano. ſia, alid ad hoc ſi non omino
 117 Denique ex dictis patet quod dicendum ſit ad
 id, quod addunt Adverſarij, himinum, quod aliorum
 opinio non poſſit eſſe regula noſtra, ſi ea ſit falſa, & di-
 ſcreta. Nam non dicimus, quod aliorum opinio ſi
 eſt falſa, aut ſi talis etiam ſit ex errore aſſumitur, poſſit
 eſſe regula noſtra operationis; ſed dicimus, quod ſi eſt
 probabilis, & talis reputetur (ſed ad hoc talis reputetur,
 non requiritur, quod aſſumatur vera; ſed ſufficit ſi
 videatur vera ex rationibus ſuis non ad huc tamen talia
 rationibus propria opinionis;) poſſit eſſe regula noſtra
 operationis. Ceterum non video cur aliorum opinio,
 & Doctorum Judicium non poſſit eſſe regula mea ope-
 rationis, etiam ſi ego Judicium contra illos. Num me-
 lior regula erit proprium Judicium, quod eſt origo om-
 nium hæreſum, quam aliorum piorum, & Doctorum?
 Sanè omnes hæretici eſſent excuſatione digni, ſi melior
 regula eſſet proprium, quam aliorum prudentum, ac
 piorum Judicium: poſſent enim dicere, quod ipſi veri-
 ſimiliter viſum ſunt, quod Verbum Divinum fuſione, g.
 affectivè unum cum Humanitate, quam quod dicebant
 alij Doctores de unione vera in unitate Perſonæ. Sicut
 igitur, quanvis talibus hæreticis videbatur veriſimiliter
 id,

120 Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu
 id, quod sentiebam, & tamen male fecerunt non creden-
 tes, quæ Doctores alii pii, & prudentes affirmabant, &
 tenebantur submittere proprium iudicium aliorum ju-
 dicio; ita quanvis nemo teneatur aliorum opinionem
 probabilem sequi contra propriam, etiam probabilem,
 aut probabiliorē, nisi quando Ecclesia præcipit, aut
 declarat sequendam esse potius talem, quam aliam opi-
 nionem; tamen bonum est, & non damnabile relinque-
 re proprium iudicium, & se conformare Doctorum ju-
 dicio, etiam si proprium fuerit contrarium illi. Quare
 dicere quod non sit bona regula aliorum opinio, & quod
 opinio non est probabilis, nisi a proprio intellectu sus-
 tineatur, videtur durum: est enim docere, quod quis-
 que debeat proprium iudicium præponere aliorum ju-
 dicio, quos doctos, & pios supponimus. Loquimur au-
 tem de opinionibus probabilibus, non de damnatis, aut
 iam improbabilibus, quia in his, etiam si fuerint viri do-
 cti, & pii, qui eas docuerunt, tamen nunc autoritate
 Ecclesiæ, vel validitate rationum novarum, eos errasse
 itaque scimus. Placet hic referre, quæ P. Hermannus
 Busenbaum de Societate Jesu in sua eruditissima Theo-
 logiæ moralis Medulla scribit lib. 1. tract. 1. cap. 2. dub.
 2. in principio. *vers.* Ratio est. Qui sequitur sententiam gra-
 vi autoritate, vel non levis momenti ratione nixam [has
 enim dicitur probabilis] non agit temere, sed prudenter, se-
 quenda virorum prudentum, & artis peritorum consilium.
 Deinde *vers.* Dixi sic habet Barum refert, si opposita sen-
 tentia ipsi operanti videatur probabilior speculativè, quia
 speculativum illud iudicium, eo ipso quod fortè incertum, &
 falsum sit, non debet esse regula operationis, cum operans
 aliam regulam, eamque certam habeat, scilicet quod in du-
 biiis passu operari secundum sententiam, quam viri docti ut
 probabilem, & in praxi tutam defendunt: neque tunc agit
 contra propriam conscientiam.

§. U N D E C I M U S.

ENERGATUR SECUNDUM PRINCIPIUM

OPPOSITÆ SENTENTIÆ.

58 **S**ecundum principium, quo fundant ſuam ſententiam Adverſarii, eſt quod nemo poteſt aſſentire ſententiæ minùs tutæ ut veræ, quin poſt diligentem veritatis inquiritionem illi antecedenter appareat magis verſimilis, quàm oppoſita. Et probant, quia lex Prudentiæ eſt, ut veritatem certò, vel ſaltem quàm proximè attingamus. Ergo contrarium Prudentiæ eſt judicare verum id, quod magis falſum, quàm veram videtur: ex hiſ ſic formari poteſt Argumentum, quod totam doctrinam eorum jam explicatam contineat. Id quod apparet probabilius, apparet propinquius vero: & ejus oppoſitum, quia apparet remotius a vero, non poteſt judicari verum. Ergo nunquam ſequi poſſumus opinionem minùs tutam, quoties oppoſita apparet probabilior, quia minùs tuta non poteſt judicari vera, quoties habemus fundamentum majus ad judicandum eſſe falſam.

59 Hæc eſt tota Adverſariorum doctrina, ideoque præter jam dicta in ejus everſionem, hæc alia lubet addere. In primis quis rudis, aut mediocriter inſtructus hanc inquiritionem veritatis facere poteſt, dum Doctores in ea inquirenda deſudant, & tamen utrùm invenerint ignorant, ac propterea ſapiffimè concludunt non minùs eſſe probabilem eorum opinionem, quàm oppoſitam, cum utraq; ex propriis rationibus vera appareat? Quod ſi concedunt Adverſarii, quod ruſtici, & imperiti benè operantur per hoc, quod conſultis Parochis, vel viris doctis, faciant id, quod iſti dicunt eſſe honeſtum, cur Sapientes non poſſunt aliorum ſipientiorum

Q.

rum

rum iudicio acquiescere, relicto proprio? Cur ipsis non sufficiat scire, quod alii doctiores, quam ipsi, eam inquisitionem fecerunt, & sic visum est illis, quod scilicet talis contractus sit licitus, ut possit cum ipsis conformari in operando, etiamsi opinio propria dicens esse illicitum, sibi videatur melior? Num plures debent facere proprium, quam aliorum magni nominis virorum iudicium?

60 Veniamus deinde ad nodum difficultatis solvendum. sic ad argumentum in forma respondeo: Id quod apparet probabilius, apparet propinquius vero, id est verius esse; nego hanc partem, quia veritas non suscipit magis & minus, aut enim aliquid est verum, aut non verum, seu falsum. Apparet propinquius vero, id est magis remotum a periculo erroris; concedo primam partem: & distinguo secundam: Et eius oppositum, quia apparet remotius a vero, id est minus verum; nego minus remotum a periculo erroris; concedo. Et distinguo aliam propositionem: Non potest iudicari verum absolute, & in se; concedo, apparenter verum; nego antecedens, & consequentiam. Ad cuius probationem distinguo antecedens: minus tuta opinio non potest iudicari vera absolute, & in se, quoties habemus fundamentum maius ad iudicandum esse falsam, si hoc fundamentum evidenter rapiat intellectum; concedo: Non potest iudicari apparenter vera, seu non potest haberi pro vera, quoties fundamentum maius habemus non rapiens intellectum evidenter ad iudicandum esse falsam; nego antecedens, & consequentiam.

61 Urges: si quod probabilius apparet, iudicatur habere minus periculum erroris, non potest iudicari falsum. Ergo eius oppositum, quod apparet maius periculum habere erroris, non potest iudicari verum. Ergo opinio probabilior, & tutior, qua sequior est ab errore,

re, non poteſt iudicari falſa, ideoque non poteſt in ceſſu iectus adherere opinioni minus tuta, dum ex eo, quod tutior non poteſt iudicari falſa, illa non poteſt iudicari vera.

62. *Ecce cardinem difficultatis!* diſtinguo antecedens: Si quod apparet probabilior, iudicatur abſolute & evidenter habere minus periculum erroris, eo quod cognoscatur evidenter ita ſe habere, non poteſt iudicari falſum; concedo: ſi tantum videatur minus periculum habere erroris in ordine ad movendum intellectum ad aſſenſum circa ipſum, que movendi vis non ſit neceſſario trahens ipſum intellectum ad illum aſſenſum, non poteſt iudicari falſum, nego antecedens. Attende: quando occurrunt duæ opiniones, de quibus loquimur, & mihi apparet probabilior, que eſt tutior, iſteſt, que contradicit meæ libertati, non dico quod hæc ſit abſolute vera, neque iudico probabilius eſſe, quod ipſa ſit vera; ſi enim ita dicerem, certe non poſſem aſſentiri opinioni oppoſitæ faventi libertati meæ; ſed ſimpliciter habeo illam pro probabiliori, eo quia rationes pro ea mihi magis ardent, cum qua æſtimatione ſtat, quod poſſim aſſirmare, ſi velim, eſſe apparenter veram opinionem faventem meæ libertati; Unde eſt quod non quia æſtimo tutiorem probabilior, ideo iudico illam abſolute veram, & minus tutam abſolute falſam. Ratio eſt, quam tetigit diſtinctio data, nimirum, quia motivum inducens intellectum ad aſſenſum circa opinionem probabilior, quanvis cognoscatur ut majus, tamen non cognoscitur ut evidens, imò evidenter cognoscitur ut fallibile; ergo non tollit motivo aſſentendi opinionem minus tutam vim aſſentendi intellectum ad aſſenſum circa illam, ſicut neque trahit neceſſario intellectum ad aſſenſum opinioni illi probabiliori.

63. Præterea aliud eſt motivum unum, quod vide-

121

Q 2

tur

ius majus, approbatur ut verax, aliud est approbatur ut infallibiliter verax. Si approbaretur ut infallibiliter verax, certe non posset ejus oppositum approbatur ut verax, sed deberet reputari fallax. At verò si approbatur ut verax, sed fallibiliter, manet potentia etiam approbandi motivum oppositum ut verax. Idem in casu nostro, ita res se habet, quod motivum inducens intellectum ad assentiendum opinioni tutiori, licet sit majus, quam ejus oppositum, & approbetur ut verax, ideoque veram denotet opinionem illam, ad quam inducis; tamen nulla modo est infallibiliter verax, imò cognoscitur, ut fallibiliter veram, supponemus enim assensum, ad quem inducit esse opinionem, non scientiam. Ergo adhuc stat, quod non tollitur vis motivo opposito alliciendi intellectum, ut etiam ipsum approbetur ut verax; ideoque inducat ad actum opinativum, ad quem tale motivum allicit.

64. Huc esse aliquam opinionem minus probabilem, quam oppositam, non est idem, ac esse, vel judicari falsam, ut videntur supponere Adversarii, sed est habere motiva minus, quam opposita alliciunt ad assensum; sed quia motiva illa majora inducunt ad assensum, quod talis contractus sit illicitus, & non debeat fieri; non fuit evidentia, nec infallibiliter veracia, ideo non tollunt vim movendi motivis aliis; in quibus est minor vis ac propterea possunt etiam hæc motiva, quæ vis minus alliciunt movere intellectum ad assentiendum, quod licitus sit talis contractus, & fieri possit.

65. Item quavis non possit intellectus judicare duos contradictoria, esse simul vera, vel falsa, tamen bene possunt duo contradictoria, ex diversis motivis apparere simul vera; vel falsa. Unde quavis non possit intellectus judicare utramque opinionem veram, aut utramque falsam; tamen bene potest utramque putare probabilem, vel unam probabiliorē alterâ; quia judicare probabilem

ſe opinionē, nō eſt; ut ſupponunt Adverſarii, iudicare verā, ſed eſt iudicare eam habere apparentiam veritatis ex motivis gravibus, quę veracia, ſed fallibilia repręſentatur. Probabile enim, ut toties replicavi, non eſt id, quod verū eſt; aliter nullum probabile poſſet eſſe falſum, & nullum verum improbabile; quod tamen a nemine admittitur, tam omnes ſciant, multa vera eſſe improbabilia, & multa falſa probabilia, imō probabiliora veris. Cum igitur probabile ſit quod verum appareat ex gravibus motivis fallibiliter veracibus, & non quod in ſe verum eſt; poteſt intellectus reputare duas oppoſitas opiniones ex diverſo motivo fallibiliter verace, probabiles, non autem veras in ſe, ſed apparenter.

66 Ex quibus reſpondetur ad id, quod dicunt Adverſarii, nimirum: id quod magis falſum, quā verum apparet, eſt principium deviationis, & via erroneæ. ergo non poteſt ſecundum leges Prudentiæ iudicari vera pars minus tuta, quando habemus maius fundamentum ad iudicandum eſſe falſam. Reſpondetur, inquam, negando aſſumptum. Aſſumunt enim Adverſarii, quod pars minus tuta iudicari debeat falſa, eo quod iudicetur vera pars tutior; cum pars tutior non iudicetur, ut dictum eſt abſolutè vera, nec talis iudicari poſſit, dum opinio eſt; & non ſcientia; ſed ſolum appareat vera: ideoque ex eo, quod ipſa videatur vera, non ſequitur quod pars minus tuta, iudicetur falſa, ſed ſolum ſequitur, quod ex eo motivo non appareat vera: cum qua ſtat, quod ex alio motivo nondum inventato poſſit apparere, & de facto appareat vera. Hinc in forma ad Argumentum diſtinguo antecedens: id quod magis falſum, quā verum apparet, eſt principium deviationis, & via erroneæ, ſi ita apparet magis falſum, ut evidenter oſtendat ſui falſitatem, concedo; ſi non evidenter oſtendat ſui falſitatem, nego antecedens, & diſtinguo conſe-

quens:

quens: non possumus iudicare veram partem minus tutam, quando habemus maius fundamentum ad iudicandum, quod sit falsa, si illud maius fundamentum tale est, ut rapiat necessariò intellectum, utpote evidens, aut moraliter certum, concedo; si tale non est; nego consequentiam. Et tale quidem non est in casu nostro, non enim imbriva pro opinione tutiore rapiunt necessariò intellectem ad assensum circa illam, si enim talia essent; ergo ea nõ opinio probabilior, sed sententia certa esset.

¶ **S. DUODECIMUS.**

FORMATUR EX DICTIS ULTIMUM ARGUMENTUM

Argumentum pro nostra Conclusione.

67. **D**ispectis fundamentis sententiæ contrariæ, iuvat nostram corroborare etiam dictis sic; Ideo non possum per Adversarios licitè sequi opinionem minus tutam in occurſu tutioris mihi probabilioris, quia falsò suppono minus tutam tuam manere probabilem, & ideo, dicunt ipsi, me falsò supponere, quod tunc mandat apud me probabilis, quia non possum tunc eam iudicare veram, dum habeo maius fundamentum ad iudicandam eam falsam. Præterea sicut repugnat, quod ego iudicans veram opinionem dicentem: hunc contractum esse illicitum; possim iudicare veram opinionem dicentem esse licitum; ita repugnat, quod formem distantem conscientiæ certum, quod ego non peccem, si sequar opinionem dicentem: hunc contractum esse licitum; quia dum iudico esse illicitum, non possum iudicare licitum; sed hæc omnia non obstant. ergo possum licitè sequi opinionem probabilem minus tutam in occurſu probabilioris mihi tutioris.

68. Probo minorem, & quidem quod opinio minus

tuta

tuta maneat etiam tunc probabilis reſpectu mei, ex eo patet, quod etiam tunc video habere pro ſe rationes magni momenti, dum rationes pro tutiore non ſuadent evidenter ſui veritatem, nec ſuperant manifeſtè rationes pro minùs tuta, ut ſupponimus; ſi enim eſſent evidenter ſuadentes veritatem tutioris, certum eſt, quod ſequi non poſſem minùs tuta; quia in tali caſu non eſt probabilis, ſed improbabilis. Deinde ſi valet ratio Adverſariorum, quod ideo non manet probabilis minùs tuta, quia eam non poſſum iudicare veram, ſequeretur quod nec opinio tutior maneret probabilis, dum occurrat opinio minùs tuta cum ſuis rationibus; quod ſe probat: Non manet probabilis per Adverſarios minùs tuta, quia non poſſum eam iudicare veram, dum habeo fundamentum majus ad iudicandum eſſe falſam; ſed neque poſſum iudicare eſſe veram opinionem tutiorem, dum habeo aliquod grave fundamentum ad iudicandum eſſe falſam. ergo opinio tutior neque manet probabilis in occurſu minùs tuta habentis pro ſe rationem gravem, de qua opinione nos loquimur; dum volumus, quod eam ſequi quis poſſit in occurſu tutioris. Item nulla opinio maneret probabilis, quoties dantur rationes graves in oppoſitum, quia tunc haberetur fundamentum grave ad iudicandum eam falſam.

69 Nec valet dicere quod pro minùs tuta datur fundamentum majus ad iudicandum eam eſſe falſam, & pro tutiore probabiliore ſit majus fundamentum ad iudicandum eam eſſe veram; quia hoc majus fundamentum, ut ſupponimus, non eſt evidens, ideoque non ſufficit, quin fundamentum oppoſitum, habeat ſufficientem vim inducendi ad iudicandum, quod opinio tutior ſit falſa. Unde ſicut pro tutiore probabiliore habeo majus fundamentum ad iudicandum, quod ſit vera; ita pro minùs tuta probabili, habeo ſufficiens fundamentum, ad iudi-

candum, quod sit vera; ac propterea sicut, quia per Adversarios habeo fundamentum majus ad iudicandam falsam opinionem minùs tutam, per hoc quod protutiore detur fundamentum majus ad iudicandum, quod sit vera; ita habeo fundamentum sufficiens ad iudicandum, quod tutior sit falsa, per hoc quod habeo fundamentum sufficiens pro minùs tuta ad iudicandum, quod sit vera. Quid dicent ad hæc Adversarii? Dicent fortè, quod nullum sit fundamentum sufficiens pro minùs tuta in concursu tutioris probabilioris, ad iudicandum, quod illa sit vera. Sed si hoc dicant, debent confiteri, quod opinio tutior non sit probabilior, quàm minùs tuta, sed sit sententia moraliter certa, aut physicè evidens, cum tunc solùm non detur fundamentum pro parte opposita, quoties sententia est moraliter certa, aut fundata in motivo evidente. Hoc autem concedi non potest, stante Alexandri VIII. Definitione; quia sic solæ sententiæ moraliter certæ, aut evidentes possent in praxim licitè deduci, & nulla opinio probabilis, imò probabilissima posset esse regula operationis.

¶ 970. Unum non est omitrendum, quod ad probandū nullum esse principium Adversariorum, quo utuntur ad evincendum, quod opinio minùs tuta non maneat probabilis in occurso tutioris probabilioris, non est necesse adhibere ea, quæ numeris præcedentibus addidimus, sed sufficit id, quod toties diximus, nimirum, quod falsum est, quod ut opinio sit respectu mei probabilis, debeat a me iudicari vera, cum ad iudicandam opinionem probabilem non requiratur iudicium de re sua veritate. Nec iudicare opinionem esse probabilem, est iudicare esse veram, cum possim iudicare aliud esse probabile, absque eo quod iudicem esse verum: sicuti esse potest aliquod verè probabile, & non verum.

71 Ad uberiorem explicationem noſtræ doctrinæ, veniamus ad aliam partem diſcurſus Adverſariorum dicentium, Quod ſicut repugnat, quod ego putem veram opinionem dicentem: hunc contractum eſſe licitum, dum prudenter iudico veram oppoſitam opinionem dicentem, eſſe illicitum; ita repugnet, quod formem dictamen certum, Quod ſit licitum exercere hunc contractum, quem putare non poſſum licitum, ſemel ac puto veram opinionem dicentem eſſe illicitum. Ad hoc reſpondeo, dicendū, quod ſi puto veram ex ſuo motivo opinionem dicentem, eſſe contractum hunc illicitum, non poſſum ex eodem motivo iudicare veram opinionem dicentem, eſſe licitum. At quæ repugnantia eſt in hoc, quod putem veram unam opinionem ex ſuo motivo, quod apparet verax, & veram aliam oppoſitam ex alio motivo, quod item apparet verax? Jam dictum eſt ſupra, quod motivum opinionis ſit falſibiliter verax; item jam dictum eſt, quod opinio, quæ judicatur vera, non affirmatur vera in ſe, ſed apparenter; unde *ly* Judicare verā diximus, quod debet ſumi pro *Videri* veram, quantum eſt ex ſuo motivo, nō pro *Aſſirmari* veram abſolutè. ergo cum nulla ſit repugnantia in hoc, quod una opinio videatur ex ſuo motivo vera, & alia item ex ſuo vera videatur, nulla reſtat difficultas Adverſariorum.

72 Deniq; certum eſt, quod non poſſam ſimul, & ex eodem motivo iudicare contractum eſſe licitum, & illicitum; at bene poſſum iudicare licitum, quantum eſt ex hac opinione dicente eſſe licitum, non obſtante quod ex alia opinione poſſim iudicare, aut de facto iudicem, illicitum. Quod autem poſſim etiam ſtante opinione dicente eſſe illicitum, formare dictamen conſcientiæ certum, quod talis contractus ſit licitus, ſic ulterius probatur: poſſum per Adverſarios formare dictamen certum, quod talis contractus ſit illicitus, ex eo quia opi-

nio dicens esse illicitum, mihi videtur vera, non obstantibus motivis in contrarium pro opposita opinione. ergo etiam possum formare dictamen conscientie certum, quod talis contractus sit licitus, non obstantibus motivis in contrarium pro opposita opinione, eo quia opinio dicens, esse licitum, videtur vera. Tenet consequentia, sive rationes pro utraque opinione videantur æquales, sive pro tutiore meliores, quia, ut toties dictum est, loquimur in suppositione quod motiva pro tutiore, non sint evidentiæ, nec ita superent vim movendi contrariorum motivorum, ut nulla, aut exigua vis in ipsis maneat.

73 Unum est addendum circa dictamen certum, quod requiritur ad operandum, quo judicem hic & nunc licitum esse talem contractum; & est, quod bene potest tale dictamen haberi, etiam si habeam motiva, sed fallibilia, suadentia veram esse opinionem tutiorem dicentem non esse licitum. Quod sic ostenditur ex P. Illsungh: Stat hoc judicium, Non est mihi licitum hodie sine aegritudine, aut dispensatione comedere carnes; sed quia evidens mihi est, quod sim ægrotus, aut quod Superior dispensaverit; licitum est mihi hodie comedere carnes. ergo stat hoc judicium: Non est mihi licitum exercere hunc contractum sine horum motivorum probabilitate a me evidenter cognita, ratione solius veritatis dictorum motivorum; sed quia evidenter cognosco eorum probabilitatem, & docti Viri hoc dicunt, & motiva sufficientiunt independenter ab eorum reali veritate, & independenter ab affirmatione veritatis, ob solam probabilitatem affirmatam, & ipsius realis veritatis incertitudinem, & ignorantiam invincibilem certitudinis; ideo iudico hunc contractum exercere, licitum mihi esse. Quod ipsum sic confirmo: Stat hoc judicium: non est mihi licitum occidere hominem, si non sim Judex, & habeam ratio-

Opinion. probab. in occurſu probab. tutoris. §. 13. 131
 tiones damnandi hominem ad mortem; ſed quia evidens eſt mihi Judici habere rationes talis damnationis faciendæ; licitum eſt mihi hunc hominem morti tradere. ergo ſtat hoc judicium: Non eſt mihi licitum hunc contractum exercere, ſi vera eſt opinio dicens, non eſſe licitum; ſed quia invincibiliter ignoro hanc veritatem, & evidens eſt mihi probabilem eſſe opinionem oppoſitam dicentem eſſe licitum, & quia etiam evidens mihi eſt non requiri ad operandum certitudinem de veritate, ſed de probabilitate opinionis; ideo judico licitum hunc contractum exercere.

§. DECIMUS TERTIUS.

NON EST ENERVATUM FUNDAMENTUM a priori noſtra Doctrina per Decretum Innocentii xj.

74 **I**ntendunt Adverſarii probare, quod fundamentum a priori Probabilistarum deſumptum ex eo, quod cum opinio minus tuta ſit abſolute probabilis, & qui ex opinione probabili operatur, prudenter operatur, ſit enervatum per Decretum Innocentii XI. damnantis hanc proſitionem: *Generatim dum probabilitate, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, conſiſt aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.* Probant autem ſuum intentum Adverſarii hoc pacto: Qui utitur opinione exigue probabili contenta intra limites opinionis probabilis, ut ſic, utitur opinione probabili abſolute, & in ſe ſpectata; ergo utitur opinione, quæ abſolute nititur fundamento gravi, & prudenti, & tamen non prudenter operatur ex definitione Pontificis. ergo ex hac definitione ruit illud principium, quod qui utitur opi-

132 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
nitione probabili, prudenter operatur.

75. Nego antecedens: Nam opinio tenuiter probabilis, nec est absolutè probabilis, nec verè probabilis, Unde, ut bene probat P. Joannes Cardenas exponens propositiones prohibitas *dissertatione 4. cap. 3. n. 15. & 17.* Opinio tenuiter probabilis, quam esse regulam conscientiae damnat Pontifex, non solum non est opinio certò probabilis; sed nec opinio probabiliter probabilis. Est autem opinio tenuiter probabilis ex ipso Cardenas *cap. 5. n. 34.* illa, de cujus probabilitate Viri sapientes dubitant; vel de cujus probabilitate merito communiter dubitatur; ac proinde talis opinio nec est absolutè probabilis, nec probabiliter probabilis, sed solum dubiè probabilis.

76. Ex quibus falsissimum est antecedens argumenti, quo intendunt Adversarii probare per talem definitionem Pontificis esse enervatum fundamentum Probabilistarum dicentium, quod opinio minus tuta possit in praxim deduci, quia adhuc in occurso tutioris probabilioris manet probabilis, & quisque licitè operatur ex opinione probabili, quia prudenter operatur; nam falsum est, quod qui utitur opinione tenuiter probabili, utatur opinione absolutè, & in se spectata probabili. Hinc bene ait idem Cardenas *cap. 1. n. 2.* non esse per hanc damnationem Innocentii XI. damnatam communem sententiam Theologorum asserentem posse in praxim deduci quamlibet opinionem probabilem, etiam minus probabilem, & minus tutam materialiter; quia opinio minus tuta, materialiter, & minus probabilis, non est opinio tenuiter probabilis, quam a regimine conscientiae pellit Pontifex. Atque hoc probat *n. 3. usque ad nonum* novem rationibus, quas referre non est opus ad nostrum intentum.

77. Sic igitur manere inconcussum principium nostrum

strum demonstro contra Adversarios. Ideo per eos nostrum principium enervaretur per Decretum Pontificis, quia etiam qui utitur opinione exigue probabili, utitur opinione, quae absolute, & in se spectata est probabilis, & tamen non prudenter operatur secundum rectam rationem, ut dicit Papa, sed fallum est, quod qui utitur opinione exigue probabili, utatur opinione absolute, & in se spectata probabilis, ut numero precedenti ostensum est, ergo falsum est, quod principium nostrum, nimirum, quod qui ex opinione probabili operatur, prudenter operatur, sit eversum per Decretum Innocentii XI.

78. Accedit, quod opinio minus tuta materialiter (nam formaliter in ordine ad vitandum formale peccatum non est minus, sed aequae tuta) & minus probabilis, de qua loquimur, & dicimus, quod possit esse regula honestae operationis, est illa, quae adhuc sustineri potest adversus oppositas rationes, & ideo vere probabilis est, ac proinde non exigue probabilis, sed absolute. Unde semper est verum illud principium, quod qui utitur opinione probabili, utitur opinione, quae habet fundamentum grave, & prudens, & ideo prudenter operatur. Non autem prudenter operatur, qui utitur opinione tenuiter probabili; quia haec nec in se spectata est probabilis, quia non gravi, sed tenui nititur rationi, una semel quod exiguam habet probabilitatem; nec comparative ad oppositam est probabilis, cum contra ipsam sustineri, aut non possit, aut vix possit, semel ac rationes nullius momenti habet. Nostra vero opinio minus probabilis, de qua loquimur, & in se spectata, & comparative ad oppositam, probabilis est.

S. DECIMUS QUARTUS.

NON SOLVITUR ARGUMENTUM PA-
tris Cardenas per responsonem, qua
asseritur ab Adversariis.

79 **P**ater Cardenas sic arguit: Implicat contra-
 dictionem quod quis operetur prudenter,
 & quod in eâ operatione peccet; sed qui utitur opinio-
 ne minùs probabili, operatur prudenter; ergo implicat,
 quod peccet. Probat minorem. Opinio minùs tuta pro-
 babilis verè est probabilis, quia nititur motivo pruden-
 ti, ergo qui utitur eo motivo, & operatur nixus rationi
 prudenti, prudenter operatur.

80 Huic Argumento optimo pro nostra Conclusio-
 ne respondent Adversarii dicendo, quod principium in
 quo fundatur, nimirum quod omnis opinio probabilis
 sit conformis rectæ rationi, & prudentiæ, non discrepat
 a propositione superius relata damnata ab Innocentio
 XI. Sed qua veritate id dicant, jam ex ante dictis Le-
 gentibus notum est. Quapropter sufficiat repetere, quod
 opinio exiguè probabilis, nullo modo est opinio pro-
 babilis, de qua principium nostrum loquitur, dum dicit,
 quod sit conformis rectæ rationi, & prudentiæ. Nam
 opinio hæc est inmixta rationi, & sustineri potest adver-
 sus rationes oppositas; opinio verò exiguè probabilis,
 nec rationes graves habet, nec tales, quæ sustineantur
 adversus oppositas; unde merito dubitatur de ejus pro-
 babilitate, & ab omnibus, his temporibus rejicitur. Quæ
 igitur affinitas inter opinionem verè probabilem, quæ
 pro tali defenditur a gravibus Doctoribus, hoc etiam
 tempore, & opinionem tenuiter probabilem, idest du-
 biè probabilem, quæ rejicitur communiter? Qua fronte
 igitur

Igitur Adverſarii dicunt, noſtrum principium non diſcrepare a propoſitione damnata?

81. Respondent deinde in forma ad argumentum P. Cardenas, negando minorem primi argumenti; quæ est: qui utitur opinione minus probabili, prudenter operatur. Et ad ejus probationem diſtingunt antecedens &c: opinio minus probabilis, verè est probabilis abſolute, &c in ſe, &c in mente ſuorum Authorum, concedunt; reſpectu illius, cui ejus fundamentum apparet, minus veriſimile, quàm oppoſitum, negant. Et addunt, quod non poteſt ſibi rationi præferri, niſi apud eos, qui illam judicarunt veram, nõ autè apud eos, qui illam judicant falſam, vel qui putant fundamenta ejus eſſe minus veriſimilia.

82. Debilitas hujus ſolutionis patet ex ſupradictis, quæ iterum dicere non oportet. Solum addo, quod ſi opinio minus probabilis eſt verè in ſe, abſolute, &c in mente ſuorum Authorum probabilis, nihil deſt, ad hoc ut ſit probabilis etiam reſpectu illius, cui ejus rationes apparuerunt habere minorem vim, quàm oppoſitæ. Quia iſto talis non debet præferre ſuum judicium judicio Virorum doctorum, & piorum, nec quia ipſi videntur rationes pro ſua opinione meliores, ideo neceſſitatur judicare falſam opinionem aliorum: ergo bene poteſt &c ipſe dicere, quod illa opinio ſit probabilis.

83. Præterea ſic Adverſarios impugno: quando dicunt, quod ſententia minus probabilis remaneat probabilis in ſe, &c in mente ſuorum Authorum, non autem in mente illius, cui rationes pro ea non apparent præponderantes: vel id dicunt, quia hic non poteſt eam judicio firmo, &c abſoluto judicare veram, vel quia hic non convincitur ejus rationibus, nec poteſt eam approbare; vel quia hic non poteſt habere pro gravi fundamentum, quod eſt grave apud illos Authores. Nullum ex his dici poteſt, neque videtur aliud caput aſſignabile, cur opi-

-tio aliis probabilis, non sit respectu illius hominis pro-
 babilis. Ergo potest, sicut est in mente Authorum, esse
 probabilis in mente illius. Probo minorem. Non potest
 illi, quod ideo non sit respectu talis hominis probabi-
 -lis, quia ipse non potest eam iudicare iudicio firmo, &
 -absoluto veram, quia sic, ut toties diximus, nulla opinio
 -posset esse probabilis respectu alicuius; quia nullus
 -potest iudicio firmo, & absoluto affirmare veram opi-
 -nionem nixam motivo fallibili, seu non infallibiliter
 -veraci. Insuper, ut etiam toties replicavimus, affirmare
 -opinionem esse probabilem, non est affirmare esse veram,
 -cum probabilitas a ratione gravi, non a veritate desu-
 -matur. Ergo etiam si homo non possit affirmare esse vo-
 -ram opinionem minus tutam, potest affirmare esse pro-
 -babilem; quia videt habere rationes, & Authores pro-
 -se. Ergo sicut est in mente illorum Authorum, potest
 -esse in mente illius, probabilis, propter eandem noti-
 -tiam illarum rationum, quam ille habet.

84 Neque dici potest, quod quia non convincitur
 -ille illis rationibus, nec opinionem approbare potest,
 -ideo non est respectu ipsius probabilis opinio; quia il-
 -le verum sit, quod non teneatur approbare, & sequi
 -opinionem, cuius rationes eum non convincunt; tamen
 -falsum est, quod non possit approbare; quia sufficiens
 -motivum ad approbandum, est, quod rationes pro illa
 -opinionem non superantur manifeste ab oppositis, & quod
 -videatur ea opinio approbata a viris doctis, & piis. Er-
 -go bene ille homo approbare potest talem opinionem.

85 Neque demum dici potest, quod fundamentum
 -apud alios grave, non potest esse grave apud illum, quia
 -per hoc ipsum, quod grave sit, & sciat esse apud do-
 -ctos Authores, debet prudentissime estimari grave ab
 -illo homine; unde dicere potest: quanvis mihi propter
 -rationes oppositas hæc opinio non videatur gravi ratio-

ni innixa; tamen quia video a tot viris doctis ſuſtineri, & eos æſtimare eſſe grave eius fundamentum, ſignum eſt, quod tale fundamentum ſit grave. Unde ſicut ex verbis ipſorum Adverſariorum temerè quis diceret eſſe improbabilem in ſe eam opinionem, dum videt approbatam a Sapientibus, quanvis non probetur ab ipſo; ita non temerè quis dicit eſſe eam probabilem, quanvis rationes non ſint apud ipſum præponderantes. Ergo poteſt ea opinio eſſe apud ipſum probabilis. Quid enim, vetat quod apprehenſa opinione in ſe probabili, & tali apud alios, quis dicat: hæc opinio eſt probabilis? Nonne hoc ipſum quod eſt ſcire hanc opinionem, (non obſtantibus motivis in contrarium, quæ movent ad oppoſitam) approbari a tot viris doctis, & prudentibus, eſt ſufficiens motivum inducendi intellectum ad aſſenſum circa probabilitatem illius opinionis? Si igitur dicere poteſt: Eſt probabilis, non obſtantibus rationibus, quæ ipſum movent ad oppoſitam opinionem ſequendam, iam eſt in ſua mente probabilis; Nihil enim aliud importare poteſt opinionem eſſe in mente alicuius, probabilem, quàm illum habere ſcientiam de eius probabilitate, & aſſentiri, ſeu affirmare probabilem eſſe. Quod ſi aliud dicatur importare opinionem eſſe in mente alicuius probabilem, gratiſſimè, & ſine ullo fundamento aſſeritur; cum optimè intelligatur eſſe reſpectu mei, & in mente mea aliquam opinionem probabilem, nihil aliud importare, niſi quod ego ſentiam illam probabilem eſſe.

86. Inſuper: quando dicunt, quod illa opinio ſit probabilis apud alios, & in mente eorum, & in ſe, non autem reſpectu mei, & in mente mea in caſu poſito; vel dicunt, quod ita non ſit reſpectu mei probabilis, ut ego ſim impoſſibilitatus ad prudenter aſſentiendum motivis, quibus alii aſſenſum præbuerunt, & pro ea ſtant adhuc in occurſu motivorum oppoſitorum, aut æqualium aut

majoris apparentia. Vel dicunt, quod non ita, ut sim impossibilitatus ad talem assensum. Item quando dicunt, quod non possum sequi opinionem, quam judico falsam, vel dicunt, quod eam sequi non possum stante tali iudicio, ad quod non necessitor, vel dicunt, quod talis iudicium sit necessarium, & ideo in illis circumstantiis, de quibus loquimur, non potest relinqui; ideoque nunquam formari potest iudicium, quod opinio illa non sit falsa. Neutrum in utroque argumento dici potest: ergo solutio data De Joanni Cardenas nulla est.

87. Probo minorem primi argumenti: Si non sum impossibilitatus ad prudenter assentiendum motivis, quibus scio assensisse Authores illius opinionis minus probabilis, & minus materialiter tutæ. Ergo illis motivis etiam ego in circumstantiis, de quibus loquimur, assentiri possum. Ergo sicut illa opinio manet probabilis respectu illorum Authorum, ita probabilis esse potest respectu mei. Unde licet non cogar de facto assentiri illis motivis, tamen sum potens assentiri, & per consequens potens ex ipsis opinari, quod talis contractus sit licitus. Ideoque sicut Authores ex tali opinione operantes, prudenter agunt, ut Adversarii ipsi fatentur, ita de facto ego assentiens illis motivis, ac proinde opinans esse licitum contractum, prudenter operabor. Ergo a primo ad ultimum licitum est sequi opinionem minus tutam probabilem in occurso probabilioris; cum etiam tunc possum illi adherere.

88. Si verò dicant, quod sum impossibilitatus ad prudenter assentiendum motivis pro opinione minus tutæ in occurso motivationum præponderantium pro tutiore probabiliore, jam dicunt, quod opinio tutior non sit probabilior, sed sit sententia moraliter certa, & evidens fundata in motivis evidentibus, aut moraliter certis; quia ex talibus solum motivis oritur assensus, cum quo est

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. S. 14. 139.
eſt impoſſibilis prudens aſſenſus in motiſis contrariis. Ergo non ſumus in caſu noſtræ controverſæ, quæ eſt utrum relicta opinione probabiliore non verò certa, & evidente ſententia, poſſimus ſequi opinionem probabilem, non verò erroneam.

89. Probo minorem ſecundi argumenti: Si dicatur, quod non poſſum ſequi opinionem, quam iudicio falſam ſtante tali iudicio, ad quod tamen non neceſſitor ꝑ ultro concedimus; ſed nihil contra nos; nemo enim ex Probabiliftis dicit, quod ſtante iudicio, quo quis putet falſam aliquam opinionem, eam ſequi poſſit. Anne ideo ſumus ſtolidi, ut velimus hominem iudicantem aliquid eſſe falſum, illi prudenter aſſentiri poſſe? Si verò dicant, quod tale iudicium de falſitate opinionis minus tuta ſit neceſſarium in illis circumſtantiis, ideoque repugnat, quod formetur aliquid iudicium aliud, ꝑ quod ex ſuis motiſis appareat veræ opinio minus tuta in occurſu probabilioris tutioris, jam ſunt impugnati argumēto ſupra facto, quia ſcilicet ſic opinio tutior non jam probabilior, ſed certa, & evidens eſſet, dum oppoſita minus tuta debet neceſſariò æſtimari falſa.

90. Ex dictis apparet, quàm inutiliter dicatur ab Adverſariis, quod ex eo quia opinio minus tuta ſit certò probabilis, ſolùm ſequitur, quod ſit regula ſecura pro iis, quibus illa meritò probatur, ſeu qui prudenter iudicant eſſe veram; non autem pro iis, qui iudicant eſſe falſam. Nam nos non dicimus quod aliqua opinio probabilis poſſit eſſe regula ſecura pro iis, qui iudicant eſſe eam falſam, dum tale iudicium retinent; ſed ſolùm volumus, quod quævis opinio minus tuta probabilis in occurſu probabilioris, videatur ex aliquo motivo falſa, tamen quia poſſet ex alio motivo gravi non tervato a contraria, apparere vera; ideo poſſet eſſe ſecura regula iis, qui eam opinionem defendunt. Deberent pro-

bate Adversarii, quod in occurſu probabilioris fieri non poſſit, quod opinio minus tuta ex aliquo motivo videatur vera; & quod deſiſſio judicii, alioqui incerti, de ejus falſitate, non ſit factibilis. Dixi, alioqui incerti, quia ut ſupponimus, opinio probabilior non eſt ſententia certa; ideoque ſicut eſt incertum judicium de ejus veritate, ita incertum eſt judicium de falſitate opinionis oppoſitæ minus probabilis. Quo autem modo probari poſſet ab Adverſariis impoſſibilis deſiſſio judicii incerti?

91 Hinc ſtrictius ſic arguo; Poſſet opinio minus tuta certo probabilis eſſe ſecura regula pro iis, quibus merito probatur, ſeu qui prudenter judicant eſſe veram. Sed in occurſu probabilioris nulla eſt repugnantia in hoc, quod qui opinionem probabiliorẽ ſuſtinet, deponat judicium incertum, quod habet de falſitate opinionis minus tute, & eam ex ſuo motivo, quod ſupponimus non enervatum, judicet veram, veram, inquam, apparenter, & ſic illa ipſi merito probetur. Ergo ſicut eſt illa opinio minus tuta ſecura regula pro aliis; ita poſſet eſſe ſecura regula pro illis, qui in ea opinione non erant; & per conſequens nulla eſt doctrina Adverſariorum.

92 Ulterius: Si ea opinio poſſet eſſe ſecura regula pro aliis, cur non etiam pro me, qui in opinione ſum contraria? Num requiritur meum patrocinium, aut mea authoritas, & approbatio, ut opinio illa fiat probabilis? Profecto non pendet a meo ſenſu probabilitas opinionis, ſed a rationis gravitate, & Doctorem authoritate, quibus innititur. Ergo ſi eſt regula ſecura operandi, quia probabilis verè; & quod ſit verè probabilis non pendet a mea approbatione; neque quod ſit regula ſecura pro me, pendeat a mea approbatione. Sufficit igitur, ut ſit regula pro me, quod ego ſciam eam eſſe

pro-

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. §. 15. 141
 probabilem, & quod non conſtet mihi, quod ſit falſa, & erronea, nec eam ego ex errore æſtimem falſam hic, & nunc, quando operor. Sed hæc omnes conditiones haberi poſſunt, ut eſt manifeſtum, in occurſu propriæ opinionis probabilioris. Ergo etiam tunc poteſt opinio minus probabilis eſſe regula operationis. Major hujus ſyllogiſmi conſtat ex dictis; quidquid enim aliud requiritur, gratiſſimè requiritur contra communem ſenſum, Doctorem celeberrimorum.

§. DECIMUS QUINTUS.

FALSUM OSTENDITUR NON POSSE VERUM DOCTUM RESPONDERE CONSULENTI SECUNDUM OPINIONEM MINUS TUTAM PROBABLEM ALIORUM.


93 **D**Ocent Adverſarii non licere Viro docto reſpondere Conſulentibus ſecundum opinionem aliorum minus tutam, quam ipſe falſam cenſet. Sed laborant in ſuppoſito, nimirum, quod opinio minus tuta eo ipſo, quod non ſit opinio illius Viri docti conſulti, debeat ab ipſo haberi pro falſa. Quod quantum diſtet a veritate, nemo non videt; cum tot magni nominis Doctores, qui opinionem contrariam propriæ, non ſuſtinent, adhuc dicant, probabilem eſſe, & non niſi raro pronuncient oppoſitam propriæ, eſſe falſam opinionem. Igitur verum eſt, quod vir doctus conſultus non poſſit reſpondere ſecundum ſententiam, quam falſam eſſe cenſet. Sed falſiſſimum eſt, quod non poſſit reſpondere ſecundum ſententiam, quam ipſe non tenet, ſed æſtimat probabilem, quia ſicut talis ſententia poteſt ab ipſo deduci in praxim, ut huc uſque probatum eſt; ita aliis in praxim deducendam tradere poteſt.

94 Præ-

94 Præterea frustra fatigantur Adversarii dicentes, quod nisi sententia probabilis a me probetur, non possum secundum eam consilium dare quia ut falsam eam habeo, & ideo mendacium dico, dum exterius affirmo consulenti licitum esse talem contractum, quem ego interiorius judico illicitum. Frustra, inquam, fatigantur in his dicendis; nam non dico, quod si iudicio absoluto sententiam aliquam habeam pro falsa, quia nullæ rationes mihi videntur stare pro ea, possum, aut ego juxta eam operari, aut consilium dare; sed dico, quod licet ego non sim in illa opinione, quia tamen scio, & judico probabilem esse, possum & ego, relicta saltem pro eo tunc, mea opinione, operari juxta eam, & aliis consilium dare, & absolutè dicere consulenti: licet tibi hunc contractum exercere; quia quanvis ego putem non licere, tamen probabile est quod liceat; Sed absolutè licitum est operari ex conscientia probabili, seu cum scientia probabilitatis; ergo licitum tibi absolutè est exercere hunc contractum.

95 Hinc est, ut bene dicunt Adversarii, laxitas intolerabilis illa, quæ refertur a Gabriele a Sancto Vincentio in *lib. de Remediis ignorantia pag. 374.* nimirum quod si *Vir doctus inveniat aliquam opinionem, quam putat esse falsam, & observet falsitatem, & quod principium, cui innititur, est omnino falsum, inane, & vanum; adhuc tamen Vir ille doctus, qui hæc agnoscit, potest eam sententiam tuta conscientia sequi, gerendo se ut indoctum.* Est profecto hæc laxitas intolerabilis, sed malè ab Adversariis nobis talis laxitas appingitur; non enim volumus, quod si quis cognoscat inane esse principium, cui opinio innititur, ac proinde Authores in eam docendo, errasse, possit nihilominus talem sequi opinionem; Solum sustinemus, quod non per hoc, quod quis tenet opinionem contrariam libertati, ideo judicat, aut judicare

care debet, quod opinio favens libertati ſit falſa, & quod ejus Authores errent, & fallantur. Unde enim hoc habent Adverſarii? Nonne libros Doctorum revolverunt, qui tertio quoque paragrapho probata propria opinione, oppoſitam laudant, & ut probabilem proponunt, nec facile audent damnare erroris Authores contrarios ſibi? Hoc itaque ſtante, quod, non quia opinioni contra libertatem adhæreo, ideo opinionem libertati faventem judicare cogor falſam eſſe, & ejus Authores errare; ſed adhuc poſſum, (quia ut ſupponimus, rationes habet non inanes, & vanas, ſed ſtantes) judicare eam non falſam; præſertim cum non habeam certitudinem de veritate meæ opinionis; atque ideo poſſum eam, & ego ſequi, & aliis ſequendam proponere. Unde eſt, quod totus diſcurſus Adverſariorum corrui, & inutiliter verba fundunt, dum ſæpe replicant, quod nemo poteſt operari, aut conſilium dare juxta opinionem, quam judicat falſam, & contrariam legi Dei. Inutiliter, inquam, verba fundunt, quia certum eſt etiam apud nos, quod nemo poteſt operari, aut conſilium dare juxta opinionem, quam judicat falſam; ſed quod opinio minus cura debeat judicari falſa; unde habetur, & quomodo probatur? Nonne ſupponimus opinionem tutiorem non eſſe evidentem, & opinionem minus curam eſſe probabilem, id eſt habere pro ſe rationes graves? Ergo non debet judicari falſa, ſed poteſt judicari non falſa, ſed ſi poteſt judicari non falſa, jam ruit Adverſariorum diſcurſus. Ergo &c.



§. DECIMUS SEXTUS.

NON SOLVUNTUR AB ADVERSARIIS ARGUMENTA Magistri Bartholomæi de Medina pro nostra Conclusionè.

96 **M**agister Bartholomæus de Medina Dominicanus excellens Theologus, & insignis, non minùs probitatis, quàm eruditionis laude, ut ait Antonius Senensis in *sua Bibliotheca*. probat variis rationibus in *primam 2. quest. 19. art. 6. concl. 3.* sententiam, quam defendimus. ejus argumenta intendunt solvere Adversarii; nostrum erit ostendere argumenta Medinæ in suo robore permanentia.

97 Prima ratio Medinæ est: Opinio probabilis in speculativis ea est, quam possumus sequi sine periculo erroris, & deceptionis. ergo opinio probabilis in practicis ea est, quam sequi possumus sine periculo peccandi. Huic argumento respondetur ex doctrina Adversariorum, quod sicut Magister non potest dictare aliis opinionem, quam ipse judicat esse falsam, quanvis sciat ab aliis judicari veram; ita in practicis non potest homo sequi opinionem minùs tutam, quando judicat esse falsam, quanvis sciat ab aliis judicari veram; quia hoc ipso quòd prudenter judicat illos Authores decipi, nequit licitè sequi errantes contra legem Dei, in eo, in quo cognoscit illos errare. Hæc ipsi. Sed quàm inutiliter patet ex dictis in §. præcedente.

98 Deinde admittunt antecedens, & consequentiam; sed negant posse nos sequi opinionem minùs tutam sine periculo errandi in occurso tutioris probabilioris, quia tunc opinio minùs tuta non potest esse nobis probabilis, dum judicatur falsa, ex eo quod tutior apparet vera.

99 Si-

99 Similia addunt juxta ſua principia a nobis jam everſa, quæ ſunt, quod tunc ſolum ſit opinio probabilis, quam ſequi poſſumus ſine periculo peccandi, quando ea nobis apparet ex fundamētis notabiliter majoribus uni- cè veriſimilis; & quod jis ſolum poteſt eſſe regula ope- randi opinio probabilis, qui judicant eam veram. Unde in forma reſpondent adhibendo diſtinctionem, quam mox impugno.

100 Ne igitur replicem quæ contra principia iſta Adverſariorum jam dicta ſunt; liceat ſolum diſtinctio- nem, quam tradunt, impugnare, ut ratio Medinæ incon- cuſſa eſſe cognoſcatur. Ea diſtinctio hæc eſt: opinio probabilis in practicis ea eſt, quam poſſumus ſequi ſine periculo peccandi omnes, & in omnibus circumſtantiis, negant. Aliqui, vel omnes in circumſtantiis, in quibus ejus fundamenta apparent notabiliter maiora oppoſitis, concedunt. Item opinio nobis probabilis in practicis ex eſt, quam poſſumus ſequi ſine periculo peccandi, con- cedunt: opinio probabilis aliis ea eſt, quam nos ſequi poſſumus ſine periculo peccandi, negant. Quia ſtat quod opinio aliis probabilis nobis videatur frivola ra- tionibus innixa.

101 Contra eſt: quando dicunt, quod opinio pro- babilis, ea non eſt, quam ſequi poſſumus omnes, & in omnibus circumſtantiis, ſed ſolum illi poſſunt eam ſic ſequi, quibus eius motiva apparent notabiliter maiora oppoſitis; vel loquuntur de talibus circumſtantiis, in quibus rationes pro ea, non cognoſcuntur ſuperatæ a contrariis; vel de circumſtantiis, in quibus cognoſcun- tur ſuperatæ, & ideo frivola, & parvi momenti iudican- tur eſſe. Si de his circumſtantiis loquuntur, verum di- cunt, ſed non contra nos, nec contra Medinam, quia nec ipſe, nec alius Probabiliſta dixit, aut dicere rectè poteſt, quod opinio practicè probabilis ſit ea, quam ſequi poſ-

sumus sine periculo peccandi, quoties ipsa probabilitatem amittit; & amittit quidem, si rationes, quæ quondam visæ sunt aliquibus graves, nunc propter nova motiva, aut propter declarationem Ecclesiæ cognoscuntur frivola. Opinio autem probabilis, quam sequi possumus sine periculo peccandi per nos est ea, quæ adhuc his temporibus est probabilis, idest: habet etiam nunc rationes graves pro se, quæ stant adversus oppositas. Operam igitur, & oleum perdidit, si nihil aliud voluerunt dicere Adversarii, quam quod nemo possit sequi sine periculo peccandi opinionem, quæ rationes non habet potentes stare adversus oppositas, ideoque probabilis non remanet; nullus enim pius, ac prudens Doctor Probabilista hoc negat. Si verò loquantur de circumstantiis, in quibus adhuc rationes pro ea opinione cognoscuntur esse graves, & non superari ab oppositis, prout debent esse circumstantiæ, de quibus loquitur nostra Conclusio; falsum dicunt, dicendo, quod opinio probabilis practicè non sit ea, quam omnes possumus in talibus circumstantiis sequi sine periculo peccandi. Et ratio est, quia eo ipso, quod rationes graves habet, probabilis est opinio. ergo omnes, qui eas rationes cognoscunt, & judicant eam opinionem probabilem, sequi possunt sine periculo peccandi illam. Neque est maior ratio cur unus, & non alius eam sequi possit. Quod si dicant in nostro casu non posse opinionem minus tutam judicari probabilem, quia habentur rationes suadentes ejus falsitatem, nempe illæ eadem, quæ suadent veritatem probabilioris tutioris; nihil dicunt: cum bene possit opinio probabilis judicari, absque eo quod iudicetur vera in se, ut toties diximus; non enim quoties affirmamus aliquod esse probabile, affirmamus verum in se esse; sed affirmamus verum apparere, quanvis non repugnet quod in se sit falsum. Cæ-

te-

terum quæcumq; opinio probabilis, etiam illa, quæ est respectu sui ipsorum Adversariorum probabilis, habeat hoc, quod contra ipsam sint rationes suadentes ejus falsitatem, & veritatem oppositæ; sed quia non ita suadent falsitatem, ut non remaneant aliæ rationes suadentes veritatem ejus, ideo ipsam sequi possunt sine periculo peccandi. ergo etiam sequi possumus sine periculo peccandi opinionem minus tutam; quia quanvis sint rationes suadentes ejus falsitatem, tamen non ita suadent, ut non remaneant aliæ rationes suadentes ipsius veritatem.

102 Præterea quando dicunt: *quibus motiva apparent majora notabiliter oppositis*. Vel ly notabiliter majora, importat quod superent penitus omnem vim, quam habent motiva opposita, vel non importat talem excessum. Si primum; ergo iam dicunt, quod solum sequi possumus sententiam certam, & nullam, quæ sit mere probabilis; quia si talia sunt motiva pro una opinione, ut nullum restet potens movere pro opposita; talis sententia certa erit, & opposita improbabilis, aut tenuiter probabilis, quam sequi non licet; & ideo necessario sequi debemus illam aliam, pro qua sunt talia motiva excedentia. Si secundum, ergo sicut sequi possumus sine periculo peccandi opinionem, pro qua sunt motiva majora, ita & oppositam, pro qua sunt minorata. Probo consequentiam, quia si excessus rationum pro una, non tollit, quin alia habeat etiam suas rationes: sicut potest una iudicari probabilior; ita, & alia probabilis; & sicut potest una apparere vera ex una ratione, ita alia ex sua ratione; & sicut una potest apparere falsa ex ratione opposita, ita, & alia; ergo non est maior ratio cur unam, & non aliam sequi possumus. Quod autem etiam tunc iudicare possumus probabilem opinionem minus tutam, ex eo patet, quia probabile iudicatur, quod iudicatur habere pro se rationes graves; sed posito quod excessus pro tu-

tiore, non tollit quin minus tuta habeat pro se rationes; potest hæc iudicari habens rationes. ergo potest iudicari probabilis; nec aliud est esse probabile, quam potens probari; potens autem probari est, quod habet rationes pro se; ergo quod iudicari potest habens rationes pro se, iudicari potest probabile. Quid ad hæc?

103 Ex his patet quid dicendum sit ad aliam distinctionem, nimiram opinio in practicis probabilis ea est, quam sequi possumus nos, si nobis probabilis est; non autem si aliis, & non nobis sit probabilis. Nam si ita est aliis probabilis, ut etiam a me iudicari possit probabilis (quanvis illam non sustineam) quia etiam ego video habere illam rationes graves pro se, & Doctores, nec possum damnare erroris eos; sicut ipsi; ita & ego eam sequi possum sine periculo. Si verò ego videam nullam rationem stare pro ea, & cognoscam Authores illos errasse, certum est, ut supra dixi, quod eam sequi non possum; imò neque possent sequi ipsimet Authores, si nunc viverent, & cognoscerent, hæc nova argumenta contra ipsam convincentia. Nec est novum, quod aliqua opinio quondam probabilis, fiat hoc tempore improbabilis propter nova motiva in contrarium cognita. Sicut etiam opinio quondam improbabilis, quia nulla erat pro ea ratio gravis, fieri potest propter rationes de novo inventas probabilis.

S. DECIMUS SEPTIMUS.

NEQUE SOLVITUR SECUNDA RATIO MEDINÆ.

104 **S**ecunda ratio, qua Medina probat, posse nos sequi opinionem probabilem minus tutam, relicta probabiliore, hæc est: Opinio probabilis

ex

ex eo dicitur probabilis, quod poſſumus eam ſequi ſine reprehensione, & vituperatione. ergo implicat contradictionem, quod ſit probabilis, & quod non poſſimus eam licite ſequi.

Respondent Adverſarii diſtinguendo antecedens: poſſumus eam ſequi ſine reprehensione ſemper, & in omni occurſu, negant. Aliquando, nimirum quando nobis proponitur in eo ſtatu, quem habuit, aut habet in mente ſuorum Authorum, quibus propoſita eſt, ut verifimilior, quam oppoſita, concedunt antecedens; & diſtinguunt eodem modo conſequens; & deinde dicunt; quod argumentum peccat, quia ex eo quod opinio in aliqua circumſtantia approbata ſit ab aliquibus, inferre poſſe approbari ab omnibus, & in omni occurſu rerum, quod eſt arguere a particulari ad univerſale.

105 Hæc reſponſio iſdem rationibus in §. præcedente adductis, impugnatur; nam quando dicunt [non ſemper, & in omni occurſu rerum] vel loquuntur de occurſu, in quo opinio cognoscitur amittere ſuam probabilitatem; quam aliquando habuit: vel de occurſu, in quo id non cognoscitur. Si primum: inutilis eſt labor Adverſariorum in ſuis libris conſtruendis, quia nec Medina, nec ullus plus Vir, & doctus dicere poteſt, quod opinio amittens probabilitatem, quia adinventæ ſunt motiva omnino eam proſternentia, ſit ſine reprehensione in praxim admitenda. Si ſecundum: gratis dicitur, & ſine ullo fundamento; nam quotieſcunque opinio probabilitatem non amittit propter rationes oppoſitas, ſemper eſt ſine reprehensione in praxim ponibilis; atque hoc vult Medina, & hoc ſic ulterius probatur: Si aliquando, quia probabilis, eſt deducibilis in praxim. ergo dum probabilitatem non amittit, ſemper, & in omni occurſu rerum deduci poteſt in praxim. Sed opinio minus tuta in occurſu tutioris probabilioris, non amittit,

150 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
tit, ut supponimus, probabilitatem; ergo etiam tunc potest sine reprehensione in praxim deduci. Quod si dicant Adversarii in eo occurſu amittere opinionem minus tutam suam probabilitatem respectu illius hominis, &c, Hoc ipsum gratis dicunt, ut in toto hoc opusculo nostro ostensum est. Præterea inutiliter fatigati sunt instituentes quæſtionem de re impossibili. Nam ad quid inquirere utrum possimus sequi opinionem probabilem minus tutam, relicta propria probabiliore tutiore, si impossibilis est casus? Et quidem impossibilis debet esse per Adversarios, dum dicunt, quod tunc opinio minus tuta probabilitatem amittit.

106. Deinde falsum est, quod Medina, & nos arguimus a particulari ad universale; non enim volumus, quod opinio quæcumque, quæ aliquando fuit probabilis, possit ab omnibus in quovis occurſu rerum approbari; Scimus enim plures opiniones, quæ suis temporibus probabiles erant, esse nunc improbabiles, aut exiguam retinere probabilitatem, quia vel Ecclesia eas declaravit erroneas, vel Doctores moderni propter motiva nova urgentissima, eas communiter rejiciunt, & dubitant merito de earum probabilitate. Sed quod volumus, est, quod opinio sive minus tuta, sive tutior sit, dum retinet suam probabilitatem, id est dum adhuc rationes habet potentes stare adversus oppositas, & a Doctoribus defenditur, & non constat, quod sit erronea, nec prohibita, possimus eam sine reprehensione sequi. Atque talis opinio est, quæ venit nomine probabilis, non quævis opinio.

107. Hinc non arguimus a particulari ad universale, sed ab universali ad particulare; nimirum: omnis opinio his temporibus adhuc probabilis, talis est, ut eam possimus sine reprehensione sequi; sed opinio minus tuta est etiam his temporibus, probabilis, ergo eam sequi sine

ſine reprehentione poſſumus. Cujus ſillogiſmi minor male negatur ab Adverſariis, ut conſtat ex huc uſque dictis, & iterum eam confirmo; quia ſi non maneret in occurſu propriæ opinionis probabilioris tutioris ea probabilis; ideo per Adverſarios eſſet, quia hic homo non poſſet eam prudenter judicare veram; ſed falſum eſt, quod ut judicet probabilem, debeat judicare, id eſt affirmare veram, ſed ſufficit ſi videatur vera; & iſti homini bene poteſt videri vera, dum videt rationes, & Doctores pro illa ſtantes. ergo adhuc probabilis manet in eo occurſu reſpectu illius hominis habentis tutiorem pro probabiliore.

§. DECIMUS OCTAVUS.

NEQUE SOLUTA EST RATIO TERTIA

Medina pro noſtra Concluſione.

108 **T**ertia ratio Medinae hæc eſt: Opinio probabilis eſt conformis rectæ rationi, & exiſtimationi Virorum ſapientum, & prudentum; ergo eam ſequi non eſt peccatum. Conſequentia eſt evidens. Antecedens probatur; nam ſi eſt contra rationem; opinio probabilis non eſt, ſed error manifeſtus. Ita Medina, & optimè. Ad quæ more ſolito reſpondent Adverſarii dicentes; opinio probabilis eſt conformis rectæ rationi, & exiſtimationi prudentum, & ſapientum, ſi ſit vera, & prudenter poſt maturam conſiderationem judicetur vera, concedunt; ſi ſit falſa, vel præcipitanter, & ſine diſcuſſione judicetur vera; negant antecedens, & diſtinguunt conſequens. Ergo eam ſequi non eſt peccatum, ſi ſit vera, & prudenter judicetur vera, concedunt; ſi ſit falſa; ſubdiſtinguunt, & prudenter judicetur falſa, vel de ejus falſitate dubitetur, negant; ſi ſit falſa, & tamen
ſine

sine temeritate inculpabiliter judicetur vera, quia ejus fundamenta apparent præmiuentia contrariis, concedunt consequentiam.

109 Hæc distinctio: *si sit vera, & prudenter judicetur, vera* abs re est; implicat enim quod opinio sit conformis rectæ rationi, & prudenter non judicetur, id est non videatur vera. Utrum autem vera realiter sit, Dominus solus scit; nec nos dum ex motivo fallibili alicui obiecto assentimur, possumus scire an talis assensus, seu opinio sit vera. Quod si Adversarii velint eam solum opinionem esse rectæ rationi conformem, quæ vera est, vel post discussionem, absoluto, & firmo judicio affirmatur vera; jam tollunt usum opinionum probabilium, & introducunt usum solarum sententiarum certarum; nam ut millies diximus, opinionem esse probabilem non est esse veram, nec a conformitate cum obiecto, sed a conformitate cum ratione habet opinio, quod sit probabilis. Quid igitur sibi volunt hæc verba: *si sit vera, concedo: si sit falsa, nego?* Dico itaque, quod eo ipso, quod opinio est probabilis, est conformis rectæ rationi, & existimationi prudentum, & per hoc ipsum videtur vera, non autem debet esse vera realiter, & a parte rei, nec affirmari oportet judicio firmo vera, ut sit conformis rectæ rationi, & prudentum existimationi; quia sic nulla opinio in nullo casu, probabilis esset, quia cum omnis opinio nitatur motivo fallibili, nulla potest firmiter affirmari vera. Hinc nulla est distinctio consequentis; quia semel ac opinio est probabilis, & rectæ rationi conformis, per hoc ipsum est apparenter vera, & vera videtur. Ac propterea si concedunt Adversarii, quod non sit peccatum eam sequi, si prudenter judicetur vera, sequitur, quod nunquam potest esse peccatum eam sequi, quia implicat, quod quis eam sequatur, & non judicet prudenter, quod sit vera. Sumo ly judicare pro videri,

non

non autem pro affirmare iudicio firmo.

110 Quæ addunt deinde Adverſarii, jam ſoluta ſunt, nec oportet ea replicare ; ſicut etiam quæ dicuntur ab ipſis contra id, quod Medina dicit de Confefſario potente ſequi opinionem probabilem Pœnitentis contra propriam opinionem. Solùm quæro ab ipſis dicentibus: Quod Confefſarius, quia Judex, non poteſt proferre ſententiam iuxta opinionem, quam ipſe iudicat eſſe falſam, ſed debet iuxta propriam opinionem proferre, quam iudicat veram. Quæro, inquam, vel Confefſarius cum ratione iudicat, id eſt affirmat, opinionem Pœnitentis eſſe manifeſtè falſam ; Et tunc certum eſt, quod eam ſequi non poteſt, & Pœnitentem monere debet de eius errore. Vel Confefſarius non habet certitudinem de falſitate opinionis Pœnitentis ; ſed ſolum ipſi videtur falſa, ea opinio, quia ipſe in contraria eſt opinione ; & tunc debet audire rationes, quas Pœnitens habet pro ſua opinione, & cum Confefſarius eas manifeſtè non proſternat; non video cur Pœnitens obligari debeat ſequi opinionem Confefſarii, & non potiùs Confefſarius opinionem Pœnitentis. Imò ex principiis Adverſariorum inferitur, quod Pœnitentis opinio ſit reſpectu Pœnitentis probabilis, dum ipſe eam tenet, & iudicat veram. Ergo Pœnitens non poteſt opinionem Confefſarii amplecti. Ex alia parte Confefſarius ob eandem rationem Adverſariorum, non poteſt ſequi opinionem Pœnitentis contrariam ſuæ, quam ipſe æſtimat veram. Ergo non reſtat quid faciendum ſit in tali caſu. Videte igitur in quas anguſtias reducuntur fideles ex doctrina Adverſariorum.

111 Silentio prætereire non poſſum, quæ ulterius dicunt noſtri Adverſarii, nimirum: *Non poteſt excuſari a culpa formali, qui ſequitur opinionem faventem libertati ſuæ, adverſus legem, quando habet fundamentum magis*

154 Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digress. Theol. de recto usu
 auctoritatis, & rationis ad iudicandum esse falsam, quem
 ad iudicandum esse veram, præsertim quando ille excessus
 probabilis asis est manifestus, & evidens, quis est notabilis.
 Non possum, inquam, hæc silentio præterire; quis quis
 unquam ex nostris dixit, quod si manifestè, & evidenter
 stent rationes pro una opinione, possumus licitè opposi-
 tam sequi, cum ex tali excessu iam redigatur vel ad exi-
 guam, vel ad nullam probabilitatem opposita hæc? Ae-
 rem igitur verberant Adversarii, dum talia proferunt.
 Quod si velint ipsi quomcumque excessum probabilita-
 tis sufficere ad hoc, ut quis peccet sequendo partem op-
 positam, falsum dicunt, & probor quia dum excessus iste
 non est tantus, semper remanet fundamentum iudican-
 di, idest reputandi veram eam partem oppositam, ac
 proinde reputandi falsam partem, pro qua videtur stare
 illud maius fundamentum.

S. DECIMUS NONUS.

RESPONSIONES ARGUMENTIS PATRIS

Thomæ Sanchez pro nostra Conclusione, ostenduntur inutiles.

Responiones, quibus incedunt Adversarii
 Solvere Argumenta celeberrimi Doctoris
 Thomæ Sanchez, ex iisdem rationibus, quibus ostendi-
 mus nullas esse responiones, que dantur Medinæ, pro-
 bantur inutiles. Nam ad primum, quod est: Quod exi-
 stentis opinionem esse probabilem, & iuxta eam ope-
 rans, nec temeritatis, nec imprudentiæ notam incurrit,
 cum id temerè, & imprudenter fiat, quod absque ratio-
 ne fit. Respondent negando antecedens, quia dum fun-
 damenta sunt maiora pro eo, quod contractus hic sit il-
 licitus, non potest quis prudenter operari ex eo, quod
 aliqui

Opinion. probab. in occurſu probab. tutioris. §. 19. 215

aliqui dicant eſſe licitum, cum tunc operans aut iudicet, aut iudicare prudenter poſſit eos Authores erraſſe, ideoque operans ſequeretur errantes, ac proinde imprudenter ſe gereret.

113 Hæc reſponſio eſt nulla; non enim vult Sanchez, quod qui rationabiliter iudicat, quia videt rationes pro parte benigna nullas eſſe, ac propterea Authores pro ea ſtantes deceptos fuiſſe, poſſit prudenter eam ſequi pariter; ſed vult, quod dum aliquis exiſtimat opinionem eſſe probabilem, & operatur iuxta eam, nec temerè, nec imprudenter operatur. Sed bene exiſtimari poteſt probabilis opinio minus tuta in occurſu probabiliſſimæ tutioris: ergo nec temerè, nec imprudenter operatur qui eam ſequitur. Hoc eſt, quod dicit Sanchez. Quod ſi exiſtimatio hæc implicet, (ut videntur teneri aſſerere Adverſarii) iam tollitur, ut ſupra dicebam, de medio hæc quaſtionis. Ad quid enim inquirere, utrum liceat ſequi opinionem probabilem minus tutam, relicta probabiliſſimæ propria tutiore, ſi implicat exiſtimari probabilem opinionem minus tutam comparativè ad probabiliſſimam?

114 Nulla ſimiliter eſt reſponſio, quæ datur ſecundum rationem P. Sanchez quæ eſt ex Medina; quod ſcilicet ſicut opinio probabilis in ſpeculativis eſt, quam ſine periculo erroris amplecti licet, ita in practicis, quam ſine periculo peccati. Non immerito in conſultanda reſponſione hæc rationi data, quia id iam ſupra actum eſt. Sicut nec ea, quæ ad alias rationes tanti Doctoris ſolvendas, addunt Adverſarii, perpenderè eſt opus, cum eadem ſint quæ toties dicta, & preſcripta ſunt.



S. VIGESIMUS.

MANET FIRMUM ARGUMENTUM PETITUM AB obligatione obediendi Superiori præcipienti aliquid, quod Subdito videtur probabilius, quod sit illicitum.

115 **I**nter absurda, quæ sequuntur ex sententia Adversariorum, primum numeratur a P. Jacobo Hilsungh *tract. 1. disp. 1. art. 6. §. 7. n. 61.* hoc, quod Subditus illicitè obediret Superiori in re, quam ipse Superior nixus motivo gravi, judicet esse licitam, & Subditus propter alia motiva, quæ sibi videntur majora, juret esse illicitam. Nam ex Adversariis non potest quis ponere licitè actionem, quam judicat, aut prudenter judicare potest esse illicitam; Sed Subditus, qui est in opinione contraria Superioris opinioni, non potest ex ipsis judicare prudenter licitam eam actionem: ergo non potest eam ponere, ideoque nec potest obedire, nec tenetur. Quod autem hoc sit absurdum probat idem Hilsungh ex eo, quod sit contra regulas Societatis Jesu, supra citatas, & Epistolam de obedientia Sancti Fundatoris Ignatii de Lojola.

116 Huic difficultati respondetur ab Adversariis, quod Subditus retento eo judicio, peccaret, si obediret; absolute tamen tenetur obedire, quia ex doctrina Suarezii debet judicium suum deponere, & conformari Præcepto, ac proinde debet se avertere a motivis, quæ pro sua opinione habebat, & contemplari, quod Superior locum Dei teneat, & quod Deus per os ejus loquatur, & sic opinio Superioris apparebit verisimilior ipsi subdito, quamvis ante præceptum apparuerit minus verisimilis.

117 Ecce ex ipforum ore convictos Adversarios ! Nam hoc ipsum dicimus nos, quando occurrunt duæ opinioniones, quæ æquè videntur probabiles, aut una æstimatur probabilior alterâ, nimirum quod si quis retineat iudicium cum opinione dicente contractum hunc esse illicitum, & cum eo iudicio opereretur, peccat; absolute tamen potest opinionem dicentem, esse licitum, sequi; quia quanvis non teneatur, non enim est Subditus Doctorum, sicut ille respectu sui Superioris, tamen potest deponere suum iudicium, & se conformare cum Authoribus asserentibus, illum contractum esse licitum, avertendo se a motivis oppositis, quæ habebat. Quod ipsum confirmatur: Debet Subditus, audito præcepto Superioris relinquere suum iudicium, & averti a rationibus, quibus movebatur, & conformari cum iudicio Superioris. ergo quisque potest, (quanvis non debeat ex obligatione) relinquere proprium iudicium ex autoritate Doctorum non præcipientium, sed asserentium contractum esse licitum, & conformari cum ipsis, avertendo se a propriis motivis oppositis. Probo consequentiam, quia non habet maiorem vim inducendi intellectum, unus Superior, quam multi Doctores, qui in hoc habentur tanquam Superiores, utpote Magistri, ad retrahendum se ab illis motivis, quibus ipse intellectus adhaferat, & applicandum se metipsum ad motiva pro opinione miuus tuta; præsertim cum supponamus hanc adhuc habere eam non enervata. Dixi, potest quis quanvis ipse non debeat; quia Subditus tenetur ex voto obedire Superiori in iis, in quibus non est manifestè peccatum, At nemo tenetur ex aliqua obligatione sequi hos Doctores potius, quam illos in rebus probabilibus.

118 Id autem quod dicitur de virtute movendi, quam habet Superior, quia locum Dei tenet, & per os eius Deus loquitur, & ideo addit præponderantiam motivis,

sivis, videretur non usurpandum. Nam quid enim Superior est Propheta Dei? aut quia Superior est, ideo melius esse non potest? aut veritati sit addictus per characterem Superioris? Quomodo igitur potest intellectui preponderare auctoritas hominis cogniti, non ut Prophetae Dei, sed ut fallibilis? Sic igitur concludo: Sicut Subditus putans talem actionem esse ex rationibus sibi validioribus illicitam, potest, & debet, quia voto adstrictus (dummodo non habeat de iudicii sui veritate evidentiam, ac propterea non habeat certitudinem de inhonestate actionis) iudicium suum relinquere, & eam actionem facere formans sibi dictamen conscientiae ex opinione Superioris: quod ea actio sit licita, quoniam Superior ita dicit, motus ex suis rationibus. Ita quisque Fidelis, licet non debeat, quia non est aliqua obligatione adstrictus, tamen liberè potest, dum rationes, quibus movebatur ad dicendum hunc contractum esse illicitum, evidenter non convincat, nec ab eis encervantur penitens rationes, quibus alii Doctores moventur ad dicendum esse licitum, potest, inquam, primam opinionem relinquere, & illum contractum exercere, formans sibi dictamen conscientiae ex opinione Doctorum benigna, & probabili, quoniam ipsi cum sint viri prudentes, & pii, quibus reverentia tanquam Magistris debetur, ita edicant quod sollicitus hic contractus sit licitus.

S. VICESIMUS PRIMUS.

REPOTANTUR RESPONSIONES DATE AR-

208 1090 *gammis*, P. Arban *Tertio pro nostra*

and *ludicium* in *Conclusionem*

119. **R**eliquae responsiones Adversariorum rationibus nostrorum Authorum, ea continent, quae

que impugnetur, idcirco facile diffidetur. Et primo quidem argumento P. Terilli, quod nimirum si falsa effet opinio dicens licitum esse usum opinionis minus materialiter tunc in occurfu probabilitatis tutioris, sequeretur, Doctores, qui per contrarium, & amplius annos hanc doctrinam tradiderunt, graviter peccasse, quia falsam doctrinam tradiderunt in directionem animarum. Probatur in quibusdam principis Adversariorum, quia bona fides eos non excusaret a culpa, quia per ipsos Adversarios, qui talem doctrinam sequuntur, non excusantur per bonam fidem in quibus. Ergo multo minus bona fides poterit excusari a culpa, qui illam doctrinam tradiderunt. Hinc sequitur etiam, quod Deus deservisset in errore periculis sine Ecclesiam suam. Huic argumento respondent dicendo: quod laborat in supposito, quia supponit homines bonae fidei sectari opinionem minus veram, quae in occurfu probabilitatis illi apparet falsa.

Ad hoc responso nulla est, ut patet ex dictis. Non igitur, ut supponitur, opinio minus vera apparet falsa, sed probabilis. Item addo, quod ex tali suppositione Adversarii videntur ipse clamare etiam in vestris Doctores celeberrimos, quos adduximus pro loco, qui voluerunt, quod opinio cuius autem possit non apperere, falsa in occurfu probabilitatis, & quod tunc qui sunt dicere possit loqui, excepto eo, qui ad iudicium illa in falsam; hoc enim constat rei subintelligitur, cum non essentia possit prudenter falso cogitare ut falso. Propterea constare videtur hoc sufficere arguere eum. Credibile est paucos dimittere etiam inquam iniquos. Doctores magis veritatis, ergo probis Adversarios, quam illos Doctores male credentes est. Quid autem Adversarii committunt cum vestris Doctores fuerit, et hoc constat, quod opinio illi qui videtur illi ipse pro se,

160 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digress. Theol. de recto usu*
se, potius nobis favent, ut ostendit D. Stephanus Spinula in suo opusculo de libera, & prudenti electione agibilium in moralibus disp. 3. concl. unica. versu & quod.

121 Retorquent deinde Adversarii argumentum, dicendo: quod omnes antiqui Theologi tradiderunt doctrinam oppositam nostræ. ergo si eorum doctrina est falsa, & nostra vera, illi peccarunt, dum occasionem dederunt pluribus peccandi, qui sententias benignas mala fide sequuti sunt.

122 Hæc retortio verè laborat in supposito; quia antiqui Theologi, ut ostendit Terillus, & Illung non bene intelliguntur; illi enim fere omnes, quando dicunt hominem sequi debere tutiorem partem, loquuntur in casu de dubio, ubi non est ratio magni momenti pro parte favente libertati. Illi autem, qui negant posse quempiam sequi opinionem minus tutam probabilem in occurso probabilioris tutioris, negant, quando verè probabilis non remanet; quia rationes pro probabiliore enervant, vel quasi enervant alias rationes pro minus tuta. Unde fit, quod antiqui Theologi bene intellecti stant pro nobis, aut saltem nobis non contradicunt, ut loco citato relatus Spinula probat.

123 Cæterum, quo ad hoc satis fit dicere: quod potiori jure potest damnari erroris sententia aliqua antiquata, quam sententia Recentiorum, quæ his temporibus maximè cultis, viget. Quia qui posteri scribunt, examinant rationes priorum, & ideo si hoc tempore quotquot scribunt, consentiunt in illis rejiciendis, jam opinio antiqua reducitur ad exiguam probabilitatem. Hinc etiam si permittamus, quod tempore suo, quando materiae morales non adeo controvertebantur, fuerit unice probabilis sententia docens: non posse aliquem sequi opinionem minus tutam in occurso probabilioris tutioris; & ideo qui juxta eam operati sunt, non peccant.

carunt, nec qui eam docuerunt, peccarunt; attamen, nunc probabilior est oppoſita ſententia, quam defendimus, aut ſaltem non eſt unice probabilis illa, ſed etiam hæc eſt probabilis, & ideo non peccant, qui eam docent, nec qui eam ſequuntur.

124 Ut igitur concludam: Sicuti poteſt pro aliquo tempore una ſententia eſſe probabilis, & poſtea fieri vel improbabilis, vel tenuiter probabilis propter nova motiva inſurgentia. Ita poteſt alia opinio pro aliquo tempore eſſe improbabilis, & poſtea propter nova motiva, quæ non fuerant examinata, fieri probabilis. Hoc poſito: quod certum eſt, ut conſtat ex tot opinionibus jam damnatis, quæ olim probabiles erant, & ex tot aliis, quæ nunc paſſim traduntur, ideoque probabiliffimæ ſunt, & anterioribus annis non admittebantur. Dicimus quod pro eo tempore, & in iſis circumſtantiis, in quibus adhuc in ſua probabilitate manet opinio, eam ſequi licetè quiſque poteſt; ſed hoc tempore nedum probabilis, ſed probabilior, quia communior, eſt ſententia dicens licitum uſum opinionis probabilis minùs tutæ in occurſu probabilioris rationis. ergo hoc tempore non peccant, qui hanc doctrinam tradunt, nec qui eam in operando ſequuntur.

125 Inutiliter dicuntur quæ deinde adduntur ab Adverſariis: nimirum ſi vera eſt doctrina Antiquorum, falſa debet eſſe doctrina Recentiorum. Item vel errarunt Doctores antiqui, vel moderni; non antiqui, ergo moderni. Inutiliter inquam, hæc dicuntur; nam quæ ſit falſa a parte rei, & in mente Dei, quæ vera ex duabus probabilibus opinionibus, nos neſcimus, ſolus Deus ſcit. Ideoque quando ipſe per ſuum Vicarium Romanum Pontificem nobis manifeſtat veritatem, tunc ſcimus hanc opinionem potiùs, quam oppoſitam eſſe veram. Dum itaq; opiniones oppoſitæ probabiles licet a parte

162 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digress. Theol. de recto usu*
 rei, & in Dei mente, non possint ambæ esse veræ, tamen
 nobis apparere possunt, & apparent ex diverso motivo
 veræ; & ideo nec errarunt Antiqui, dum ex suis rationi-
 bus docuerunt suam sententiam; nec Moderni, dum ex
 aliis rationibus oppositam docent; Neq; Deus reliquit
 Ecclesiam suam in errore periculoso; imò idem semper
 assistit, ut opiniones, vel scandaloſæ, vel improbabilis,
 & erroneæ, quæ pullulant ex vario ingeniorum huma-
 norum sensu, per Vicarium eius Romanum Pontificem
 eradicentur. Non tamen vult Deus, ut abstineant homi-
 nes ab opinionum probabilium usu, ita ut debeant so-
 lum sequi sententias moraliter certas, ut videntur velle
 Adversarii; scit enim Deus nos homines esse, & scienti-
 am de honestate actionum, vel inhonestate earum,
 non semper habere posse; unde gravissimum esset onus,
 si nihil homines agere possent ex opinione probabili
 docente: hanc, vel illam actionem honestam esse.

126 Præterire non licet quæ ulterius apud quem-
 dam Adversariorum fautorem leguntur; nimirum: *Sicut*
autem Deus potest permittere, ut aliqua magna pars Ec-
clesiæ erret in materia fidei, uti contigit tempore Ariano-
rum &c. ita potest permittere, ut magna pars Theologo-
rum Ecclesiæ erret in doctrina morum, tradendo pro Regu-
la sufficientis conscientiæ eam, quæ sufficientis non est; sicuti
existimamus falsos, & deceptos fuisse, ut homines, Theolo-
gos omnes, qui dicebant licitum esse sequi opinionem quælibet
cunctæ practicæ probabilem &c. & deinde dicit, Deum su-
ſcepisse ipsos Magistros, qui eam doctrinam oppugnaverunt.
Qui hæc Roma Christiano vobis dicit, ipsi ergo soli lumine per-
ſuſi divino Magistri? Ipsi veritatis laureâ a prima Veri-
tate donati? Errarunt igitur totius Christianæ Reipub-
licæ doctissimi Patres Medina, Suarez, Sanchez, Valen-
tia, & ceteri supra citati? Decepti sunt in doctrina mo-
rum, sicut Ariani in doctrina fidei, viri Sanctissimi, quos
 Ma-

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. §. 22. 163
 Magiſtros pleno ore laudat Baptinatorum catus? Abſe.
 Vos, non illi (ò Adverſarii) decepti ex huc uſque di-
 ctis videmini, dum falſis ſuppoſitis eſtis innixi, ac pro-
 inde mobilibus fundamentis fabricam veſtræ doctri-
 næ impoſuiſtis. Falſum autem ſuppoſitum eſt, quod ut opi-
 nio judicetur, ideſt affirmetur probabilis, debeat judi-
 cari, ideſt affirmari vera. Falſum item ſuppoſitum eſt,
 quod in occurſu probabilioris, non poſſit opinio minùs
 tuta haberi pro vera. Falſum præterea, quod probabilis
 non maneat in eo occurſu cum omnia requiſita ad pro-
 babilizatem habeat, ut ipſe ſtatus quæſtionis indicat, ni-
 mirum rationes, & authoritates pro ſe non encervatas
 ab oppoſitis.

S. VIGESIMUS SECUNDUS.

IMPUGNATUR RATIO QUASI A PRIORI, QUÆ
*Adverſarii probant peccare formaliter eum, qui
 putans licitum eſſe ſequi opinionem, utinam
 in occurſu probabilioris,
 juxta illam operatur.*

127 **P**robant Adverſarii, quod qui reflexè judicat
 licitum eſſe ſequi opinionem minùs tutam
 &c. peccet formaliter, ſi ſecundum eam operetur; ex eo
 quia ſcilicet, illud judicium eſt falſum: & probant hoc,
 quia in illis circumſtantis, in quibus habetur æquale fun-
 damentum ad judicandum hunc contractum uſurarium,
 ac non uſurarium, operans eſt dubius. In circumſtantiis
 autem in quibus habetur majus fundamentum ad judi-
 candum eum eſſe uſurarium, non poteſt operans judica-
 re, quod non ſit uſurarius: unde quia non poteſt quis
 bene operari, niſi priùs ſibi perſuadeat illud, quod face-
 re vult, non eſſe malum, nec prohibitum, & hoc dicta-

164 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 5. Digres. Theol. de restouitu*
men formare non potest ille in iis circumstantiis, neces-
se est, quod formaliter peccet.

128 Non video vim hujus argumenti. Primò quia,
unde habent Adversarij, quod judicium dicens licitum
esse sequi opinionem minus tutam probabilem, relicta
tutiore probabiliore, sit judicium reflexum falsum? Non-
ne adhuc hodie post eorum publicata scripta adhuc su-
stinetur ut probabilis, imò ut probabilior sententia no-
stra dicens: licitum esse sequi opinionem minus tutam,
probabilem? Ergo judicium reflexum dicens hoc ipsum,
non est falsum. Deinde nos non negamus, quod si quis
dubius de honestate actionis, operetur, peccet formaliter,
quia amat periculum. At ubi dubium in casu nostro,
in quo supponimus hominem operari ex opinione proba-
bili? Denique cur formari non potest dictamen de
honestate actionis in circumstantiis, in quibus habentur
rationes majores pro inhonestate ejusdem, sed non enervantes
motiva in oppositum? Nolo repetere quæ superius dixi;
sed sufficiat contra Adversarios ipsorum ver-
bis arguere. Sunt autem eorum verba hæc: *Quando Do-*
ctores graves directe affirmant aliquod obiectum esse ho-
nestum: v. g. Contractum aliquem esse licitum, & operans
senset fundamenta illius sententia esse urgentiora contra-
riis, ut vi illorum formet judicium practicum, quo sibi per-
suadet, contractum illum esse licitum, non peccabit, quan-
vis contingat illud judicium esse falsum, ac propterea obie-
ctum esse malum. Ex quibus infero consequentiam hanc:
ergo neque peccabit quando censet fundamenta senten-
tia dicentis: contractum esse licitum, bona esse, nec
enervata a contrariis, quanvis majoribus, & format
propterea judicium practicum, quod licitus sit contra-
ctus, quanvis contingat hoc judicium esse falsum, & con-
tractum illicitum.

129 Dices: ideo tunc non peccat, quia habens fun-
damentum-

Opinionis probab. in occurſu probab. tutioris. S. 22. 165
damenta urgentiora, non poteſt iudicare contractum,
eſſe illicitum, nec poteſt cum eo iudicio componi du-
bium prudens, an ſit illicitus. At verò in caſu noſtro, &
habet potentiam iudicandi proximam, quod ſit illicitus,
& dubium prudens an ſit illicitum.

130 Contra manifeſtè. Si fundamenta illa urgentio-
ra, non ſunt evidentia, ut ſupponimus; aliter ſumus ex-
tra controverſiam; ut toties dictum fuit, nunquam tol-
lunt potentiam proximam iudicandi talem ſententiam,
pro qua ſtat, eſſe falſam; quia ſemper manent rationes
pro oppoſita ſententia ſuadentes eius veritatem, adeo-
que componi poteſt cum eo iudicio dubium prudens, an
ſit illicitus contractus. ergo ipſi ſe ipſos Adverſarii dam-
nant per hanc diſparitatem. Nam vel debèt dicere, quod
ſolam ſententiam certam ſequi poſſumus, quæ ſola tol-
lit potentiam proximam iudicandi oppoſitam veram;
vel fateri tenentur, quod ſicut dum motiva videntur ur-
gentiora, adhuc habetur potentia iudicandi eam opi-
nionem falſam, & dubium prudens, ideſt ortum ex ra-
tionibus in contrarium, an ſit vera, & tamen eam ſe-
quens non peccat, ita in caſu noſtro. Dicant igitur,
quod licèt habeatur talis potentia, & tale dubium pru-
dens, dum fundamenta ſunt urgentiora pro aliqua opi-
nionem; tamen, quia actus non iudicatur talis opinio falſa,
nec obiectum eius malum, nec dubium perſiſtit, ſed ſit
adhæſio tali opinioni; ideo ſecundùm eam operans non
peccat formaliter, quia ex ratione prudenter operatur,
habens nimirum rationes iudicandi veram opinionem,
& obiectum bonum. Quod ipſum totum habetur etiam,
quando opinio minus certa probabilis eſt in occurſu pro-
babilioris, vel æquè probabilis; nimirum, & quod talis
opinio ab eam ſequentem non iudicatur actu falſa, nec
eius obiectum malum, cum habeantur rationes non
enervate ſuadentes eiſdem veritatem, & obiectum bo-
num.

166 *Lib 3. Par. 1. Cap. 5. Dignus Theol. De reſta iſu*
num. Ergo ſicut non peccat formaliter per Adverſarios,
qui ſequitur opinionem probabiliorem, ſeu pro qua
ſtant fundamenta urgentiora, ita neque qui ſequitur
probabilem.

131 Confirmito ex aliis verbis eorundem Adverſa-
riorum, nimirum: *ut actus ſit malus, requiritur, & ſuffi-*
ciat, quod operans cognoſcat obiectum eſſe malum, & lege
divina prohibitum, & nihilominus voluntarius, & liberè
eligat; Sed in caſu noſtro obiectum non cognoſcitur eſ-
ſe malum, & lege divina prohibitum, quando liberè eli-
gitur, ſed cognoſcitur eſſe bonum, & non prohibitum,
dum adhuc ſunt rationes id ſuadentes. Ergo non eſt cur
peccet formaliter eligens opinionem illam minus ma-
terialiter tutam.

S. VIGESIMUS TERTIUS.

DETEGUNTUR INUTILIA QUÆ DICUNTUR
contra argumentum de Legge non promulgata
ſufficienter, quoties habetur opinio pro-
babilis favens libertati.

132 **D**icunt Adverſarii contra nos obſtare, quod
Deus eo ipſo, quod legem facit, & publicat,
intendit obligare, nec voluntatem mutare poteſt. Unde
lex divina eo ipſo, quod concipitur, ſemper eſt promul-
gata, & obligans. Item quod quiſque ſcit dari legem
obligantem ad non faciendum contractum uſurarium,
nec poſſe ſe eximere a tali obligatione. Hæc de more
inutiliter dicunt, quia nec dicimus, quod Deus faciat
legem, & nolit obligare; nec volumus, quod lex prohi-
bens contractum uſurarium non ſit ſufficienter promul-
gata, aut non obliget quemcumque. Id quod dicimus
eſt, quod contractus ille, de quo non ſolum non conſtat,
quod

Opinionis probabilius occurfu probab. futioris. S. 23. 167.
 quod fit usurarius, sed de eo habetur opinio probabilis,
 quod usurarius non fit, non comprehendatur sub lege
 prohibente contractus usurarios: nec stante tali opinio-
 ne, (sive ea fit realiter vera, sive non, veritas enim non
 constituit probabilitatem) est aliquis, qui eam probabi-
 lem agnoscat esse, & illi vult adherere, obligatus per
 eam legem. Hoc autem quod dicitur, nullo modo im-
 pugnetur ab Adversariis. ergo inutiliter iustantur
 contra nos.

133. Quod autem nostrae doctrinae subsistat, proba-
 tur: Lex prohibet contractus, de quibus constat esse Usu-
 rarios, vel saltem habitos pro Usurariis; sed de contra-
 ctu illo, de quo est opinio probabilis, quod Usurarius
 non fit, nec constat Usurarium esse, nec ipse habetur
 pro Usurario, dum quis ex ea opinione operatur, ergo
 Lex hunc contractum non prohibet. Major est perspicua:
 Sicut enim lex prohibens furum, prohibet acceptio-
 nem rei alienae, vel illius, quae habetur pro aliena, invi-
 to Domino; non autem rei, de qua non constat esse alie-
 nam, nec pro aliena habetur. Ita Lex prohibens contra-
 ctus Usurarios, prohibet contractus, de quibus constat
 esse Usurarios, aut habitos pro Usurariis, non autem
 illos, quos Usurarios esse non constat, nec pro Usura-
 riis habentur. Minor est etiam clara: dum enim adhuc
 dantur rationes fundentem contractus oppositas hunc con-
 tractum non esse Usurarium, non constat, quod Usura-
 rius sit, nec ab eo, qui sequitur talem opinionem dissen-
 tem probabiliter non esse Usurarium, habetur contra-
 ctus pro Usurario.

134. Hinc sicut qui occidit hominem, ducit ratio-
 ne suadente illum non esse hominem, & qui accipit rem
 alienam, ducit ratione suadente rem non esse alienam,
 fiet materialiter contraveniens legi, quae sufficiat iustum
 est iam promulgatae de non occidendo homine, & de non
 fu-

furando ; tamen formaliter non peccat ; quia per eam actionem non vult facere id, quod prohibet lex, videlicet occisionem voluntariam hominis, & acceptionem rei alienæ ; ita in casu nostro, si a parte rei sit falsa opinio dicens: contractum non esse Usurarium, licet materialiter controveniat legi, tamen non peccatur formaliter, quia faciens illum contractum, non vult facere contractum prohibitum a lege, nempe Usurarium.

235 Deniq; Argumentum pro nostra Conclusionem petita a possessione libertatis, non solvitur per responsionem, quæ datur ab Adversariis, nimirum quod principium illud : *In dubiis melior est conditio possidentis* ; solum habet locum in materia justitiæ ; nam ut probavi *num. 34.* si valet in materia justitiæ, debet etiam valere in casu nostro propter identitatem rationis.

S. VIGESIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM REFLEXUM PRO NO-

stra opinione in suo robore manet.

236 **O**bjiciunt sibi Adversarii Argumentum hoc reflexum pro nostra conclusione: Licet sequi opinionem probabiliorē ; sed opinio affirmans licitum esse sequi opinionem minus materialiter tutam, probabilē, relicta propria tutiore probabiliorē, est probabilior, ut pote communior. ergo licet hanc opinionem sequi, & consequenter licebit operari juxta opinionem probabilē minus tutam aliorum in occur-
su propriae opinionis tutioris.

237 Respondens autem distinguendo majorem: Licet sequi opinionem probabiliorē probabilitate directa respiciente immediate honestatem objecti, concedunt ; probabilitate reflexa respiciente immediate ho-
ne-

neſtatem formalem actus, ſubdiſtinguunt; ſi illa opinio ſit vera, concedunt, ſi ſit falſa, negant maiorem; & diſtinguunt minorem; ſed opinio affirmans, &c. Eſt probabilior probabilitate directa reſpiciente immediatè honeſtatem objecti, negant; probabilitate reflexa, tranſeat falſiſſima minor. Et diſtinguant conſequentias: ergo licet eam ſequi, ſi ſit vera, concedunt: ſi ſit falſa, negant conſequentiam.

138 Hæc ſolutio (pace tantorum Virorum) videtur jocofa; nam *ly ſi ſit falſa, ſi ſit vera*, a quo nam decidendum eſt? Dicam enim ego opinionem Adverſariorum, dicentem non poſſe nos licitè ſequi opinionem minus tutam probabilem aliorum, relicta tutiore propria probabiliore; eſſe probabilem, *ſi ſit vera*, concedo; *ſi ſit falſa*; nego. Item poſſum hanc opinionem Adverſariorum ſequi, *ſi ſit vera*, concedo, *ſi ſit falſa*, nego: Quid dicent ipſi ſi tali modo reſpondeam? Certè ſubjungent; ſed eſt vera mea opinio; ergo eam ſequi debemus. Eodem modo ſubjungam ego; ſed eſt vera mea opinio; ergo eam ſequi debemus. Nonne hoc eſt ludere verbis? Dicant igitur, quod ut opinio ſive probabilis, ſive probabilior, poſſit in praxim deduci, non requiritur, ut conſtet mihi eam eſſe veram; ſed ſufficit ſi mihi appareat vera, ut toties replicavimus. Deinde ad hoc, ut quis bene operetur, ſufficit ſi ſit certus de honeſtate electionis, non autem requiritur certitudo de honeſtate objecti; quia quoties operatur ex opinione probabili reſpiciente immediatè honeſtatem objecti, bene operatur, & non eſt certus de ea honeſtate, ſed certus de honeſtate electionis, dum eligit eam opinionem probabilem, & ex ea electione operatur. Non eſt, inquam certus de honeſtate objecti, quia opinio reſpiciens immediatè illud objectum, non eſt ſcientia de talis objecti honeſtate. Eſt autem certus de honeſtate electionis, quia ſcientiam ha-

170 *Lib. 3. Par 1. Cap. 5. Digres. Theol. de recto usu*
bet de probabilitate opinionis, juxta quam eligit operari.

§. VIGESIMUS QUINTUS.

REFUTANTUR ILLATIONES FACTÆ

*ab Adversariis contra nostram
Conclusionem.*

139 **E**X doctrina, quam propugnant Adversarii, inferunt, quod non sufficiat autoritas tot Doctorum, qui nostram sententiam docuerunt, & docent, ut possit quis licitè uti ea opinione in operando, quando habet fundamentum majus ad judicandam eam esse falsam, & legi divinæ contrariam.

140 Quodnam sit hoc majus fundamentum, quod habere debet Vir prudens ad judicandam falsam nostram sententiam tot Doctorum autoritate firmam, & tot rationibus munitam, ego non video. Deinde ly majus fundamentum, vel importat, quod tale sit, ut nulla restet ratio bona pro nostra sententia, & hoc est apertè falsum, ut legenti patet; vel non importat talem enervationem nostrarum rationum; & si ita est, non debet Vir prudens æstimare falsam nostram sententiam, cum possit ipsi apparere vera propter rationes, quas videt adhuc pro se stantes; & ideo licitè potest eam sequi, cum verè probabilis sit, imò probabilior, quam opposita.

141 Poponunt deinde Adversarii rationes, cur Autoritas tot Doctorum pro nostra sententia non sufficiat ad eam sequendam. Et prima est, quia motiva, quæ stant pro ipsa, jam sunt soluta ab eis. Sed ego subsumo: ergo si soluta non sunt, prout hucusque dicta demonstrant, eam sequi licitè possumus.

142 Se-

142. Secundò subjungunt; quia Authores benigni ſupponunt rem planè falſam, nempe quod opinio minùs tuta maneat probabilis reſpectu operantis, quando habet majus fundamentum ad judicandam eam eſſe falſam.

143. Sed quod ſupponatur, & non probetur eam opinionem tunc manere probabilem, malè ſupponitur ab Adverſariis, qui rem falſam verè ſupponunt, nempe, quod ut opinio judicetur probabilis, debet judicari vera, ita ut non poſſit judicari probabilis, niſi judicetur vera. Hæc eſt res planè falſa, quia non quia vera, probabilis eſt opinio, ſed quia probatur. ergo ſi in noſtro caſu cognoſci poteſt quod probetur, bene cognoſci poteſt, & affirmari probabilis, etiamſi non affirmetur vera, ſed videatur habere ſpeciem veritatis ex eo ipſo, quod probari, & ſuſtineri poſſit.

144. Addunt tertio, quod Authores benigni ab uno caſu, in quo eorum opinio eſt vera, gradum faciunt ad alium, in quo eſt falſa.

145. Verum iſte tranſitus fingitur, nunquam enim Authores noſtri volunt, quod opinio, quæ olim fuit probabilis reſpectu aliquorum, poſſit hodie deduci in præxim ab eo, qui novit ejus rationes jam nullas eſſe, ac propterea eam judicat falſam. Solùm volunt, quod etiamſi habeantur motiva in contrarium, dummodo maneat adhuc motiva pro parte minùs tuta, ideoque probabilis, poſſit quis licitè hanc ſequi, reſiſta tutiore. Et quod hoc dicant Authores noſtri manifeſtum eſt, nam vocant probabilem opinionem minùs tutam, ergo ſupponunt eam non eſſe deſtitutam rationibus magni momenti, nec haberi pro falſa. In hoc autem errant Adverſarii, quod ſupponunt hominem, qui unam opinionem ſuſtinet, & æſtimat probabiliorem, debere judicare falſam, & improbabilem oppoſitam; quod eſt contra

172 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 5. Digres-Theol. de recto usu*
experientiam, qua videmus Doctores omnes affirmare
probabiles opiniones propriis oppositas.

146 Præterea ajunt, quod *Authores benigni æquivoca-
tione decepti sunt, dum ex eo, quod opinio probabilis sit
conformis rectæ rationi, intulerunt posse quemlibet alio-
rum opinionem probabilem sequi, quasi hoc ipso operaturus
conformiter ad rectam rationem; tunc enim est opinio con-
formis rectæ rationi, quando est vera, non autem quando
est falsa; tunc autem quando est falsa potest esse conformis
rectæ rationi, quando operans judicat esse veram, non au-
tem quando judicat esse falsam; nam in existimatione hujus
hominis est potius difformis rectæ rationi.*

147 Quàm inutiliter hæc dicantur, ex dictis patet;
nam conformitas ad rectam rationem habet opinio
probabilis, non quia vera est, sed quia probatur; ideo-
que vera esse videtur; aliter nec opinio probabilior es-
set conformis rectæ rationi, cum non constet eam esse
veram. Si igitur, ut concedunt ipsi Adversarii, quanvis
realiter falsa sit opinio, tamen si operanti videatur ve-
ra, est conformis rectæ rationi; sequitur quod operans
in omni occurſu ex opinione probabili, operetur con-
formiter ad rectam rationem; nunquam enim operans
judicat falsam opinionem, quam sequitur.

§. ULTIMUS.

CONCLUSIO EX DICTIS.

148 **E**X dictis concludimus: Licitum esse sequi opi-
nionem probabilem minùs tutam aliorum,
etiam relicta propria probabiliore tutiore. Quia tot Do-
ctores eximii id asserunt: tot rationes solidissimæ id sua-
dent: & argumenta contraria nulla sunt, cum omnia re-
ducantur ad hoc: *Ille est opinio alicui probabilis,
qua*

Opinion. probab. in occurſu probab. tutioris. S. ult. 173
 quæ eſt in circumſtantiis, in quibus poteſt judicari vera ad
 eo, qui ex propria, non aliena conſcientia operari debet; &
 ſine dubio prudente de malitia operationis; ſed non poteſt
 vera judicari opinio minus tuta in circumſtantiis, in qui-
 bus habetur fundamentum majus ad judicandum, quod ſit
 falſa, vel ſi habeatur æquale fundamentum pro veritate,
 ut pro falſitate, operans eſt dubius de malitia operationis.
 ergo &c. Hoc autem argumentum claudicat in Majore;
 & in Minore; præter quam quod tollit de medio ſtatum
 quæſtionis: dum ex vi Minoris inferitur implicare opi-
 nionem probabilem reſpectu oppoſitæ probabilioris.
 ergo male quæritur, & fruſtrâ an poſſimus ſequi opinio-
 nem probabilem in occurſu oppoſitæ probabilioris, dum
 implicat opinio probabilis reſpectu probabilioris op-
 poſitæ, ut multoties notavimus. Quod claudicat in Ma-
 jore ex dictis conſtat, quia affigit judicium de probabi-
 litate opinionis judicio de ejus veritate. Item putat non
 poſſe formari conſcientiam ex ſcientia alienæ opinionis.
 Item, quia ſupponit, quod qui eſt dubius ex contrarie-
 tate opinionum, non poſſit relinquere dubium, & uni
 parti adherere. Quæ omnia falſa ſunt, cum probabili-
 tas non ex veritate affirmata, ſed ex rationibus ſolidis
 judicetur; & conſcientia bene poſſit haberi ex conſcien-
 tia, quam ego habeo de alienæ probabilitate opinionis;
 & dubium deponere poſſim adherendo utrilibet opi-
 nioni ex imperio voluntatis, ut probatum eſt.

149 Quod claudicat in Minore ex iſdem capitibus
 patet. Nam opinio minus tuta, ſemel ac probabilis ma-
 net in occurſu probabilioris, vera videri poteſt, & qui
 eam ſequens operatur, jam non eſt dubius de honeſtate
 electionis, nec de malitia actionis. Nec fundamentum
 majus ad eam judicandam falſum eſt evidens, quod ne-
 ceſſario rapiat intellectum; Nec quando æquale eſt fun-
 damentum pro utraque opinione, dubius debet nec eſ-
 ſario

fariò manere intellectus operantis, sed liberum est ipsi
eui voluerit parti adherere, ut etiam probatum est.

150 Denique vel Adversarii negant opinionem mi-
nus tutam posse judicari, id est videri veram in occurso
probabilioris; vel negant posse illam sequi eum, qui du-
bium est de ejus probabilitate, aut judicat eam esse fal-
sam. Si secundum dicunt verum, sed frustra fatigantur
in hoc probando; quia nullus Vir prudens, & doctus di-
xit, aut dicere potest, quod qui dubitat de probabilitate
opinionis, aut judicet eam esse falsam, possit licitè
operari juxta ipsam. Si verò primum dicant; Ergo tol-
lunt usum opinionum probabilium, & introducunt so-
lum usum sententiarum certarum; nam si certa non est
sententia, semper potest de ejus veritate prudenter du-
bitari, & videri falsa, sicut opposita videri potest vera.
Ergo si opinio tutior est non certa, sed probabilior, ut
supponimus, potest de ejus veritate dubitari, & per con-
sequens potest ejus opposita, nempe minus tuta, videri
vera, adeoque vel hanc sequi possumus; vel nunquam
possumus opinionem probabiliozem; imò probabilissimam
sequi. quod est damnatum ab Alexandro VIII.

152 Hæc pro tuenda sententia, quam tot, tantique
Viri longo tempore scriptis, verbis, & praxi sustinuerunt,
dicta videntur satis, ut eam adhuc hodie post Adver-
sariorum promulgatos libros, tutè quisque amplecti
possit, cum sit probabilissima. Et sanè si potuit Eminen-
tissimus non minus ob sacram purpuram, quàm ob sum-
mitatem ingenii Joannes Cardinalis de Lugo *disp. 17,
de Pœnit. sect. 5. S. 2. n. 89.* scribere: *dicunt nostram opi-
niam non esse probabilem, sed improbabilem; ad hoc ta-
men respondere non oportet. Quid enim faciet opinionem
probabilem, si viginti Doctores, aut triginta, in quibus
sunt quamplures ex primis nostri temporis, ad id non suf-
ficiant? A fortiori dicam: qua fronte improbabilis vo-
catur*

Opinionis probab. in cursu probab. furioris. S. ult. 1751
catur hæc sententia, quam non triginta, sed centum
quingenta, & plures Doctores magni nominis defen-
dunt, & adhuc post Adversariorum scripta ab innume-
ris fortiter sustinetur?

CAPUT SEXTUM.

DE ORDINE JURIS SERVANDO

A JUDICE.

Post longam, sed non inutilem Digressionem, ad
Judicis obligationes explicandas regredimur; &
jam resolutis tribus illis quæstionibus *Cap. 4. n. 6.* pro-
positis circa obligationem ferendi sententiam secundum
Leges; restat exponendus modus, quo Judex procedere
debeat. Tenetur enim non solum secundum Leges ju-
dicare, sed etiam servato ordine Juris, idest ratione or-
dinata procedendi Judicibus a Jure præscripta, quâ non
servatâ, omne Judicium est irritum. Quavis autem pri-
scis temporibus magna esset differentia inter Judices
Sæculares, & Ecclesiasticos; illi enim publici Judices ap-
pellabantur, & eorum Judicia dicebantur publica; isti
verò summarie procedebant, inspecta rei veritate, in-
star Arbitrorum, rejectis formulis Judiciorum, & rigore
Legum civilium, ut notat Van Espen *par. 3. tit. 7. cap. 1.*
Sæculo tamen duodecimo ex eodem Van Espen *dictæ*
part. 3. tit. 6. cap. 1. n. 1. et tit. 8. cap. 1. n. 1. introdu-
cta est in Curiis Ecclesiasticis forma procedendi ad nor-
mam Legum civilium tam in causis criminalibus, quam
in civilibus; ita ut in toto *lib. 2. Decretal. & in præterlib.*
1. juxta Leges civiles præscripta videantur Ecclesiasti-
ca Judicia; ideo de hac forma secundum Canones est
nobis hic differendum; & primò in Criminalibus, dein-
de in Civilibus.

§. PRI-

S. P R I M U S.

QUOT MODIS JUDEX PROCEDAT IN
CRIMINALIBUS?

1 **D**ico primò: Tribus modis procedit Judex in Criminalibus, nimirum per Accusationem, per Inquisitionem, & per Denunciationem. *Cap. Qualiter, & quando. il secondo. §. Ad corrigendos. de Accusat. ibi: Contra quos, etsi tribus modis possit procedi, per Accusationem videlicet, Denunciationem, & Inquisitionem ipsorum.* Verùm modus procedendi per Denunciationem non videtur distinctus a modo procedendi per Inquisitionem, quia Denunciator solùm aperit indicia Judici, ut per Inquisitionem procedat. Ita Lessius *lib. 2. de Just. cap. 29. dubit. 12. n. 105.* cum Julio Claro. Viâ accusationis procedit Judex, quando est aliquis Actor, qui promittit se probaturum crimen, & hic dicitur Accusator, ad differentiam Denunciatoris, qui non spondet se probaturum quod manifestat Judici; & ideo Judex tunc procedit per viam Denunciationis, quando aliquis vel manifestat crimen alterius ipsi tamquam Patri, & hæc est Denunciatio evangelica ad finem correctionis paternæ faciendæ Reo; vel manifestat eidem Judici crimen alterius ob bonum publicum ad finem punitonis, & hæc est Denunciatio iudicialis. Procedit denique per viam Inquisitionis ex officio Judex, quando præcedente aliqua infamia; vel denunciatione, format inquisitionem contra delinquentem. Unde Inquisitio est manifesti criminis per Judicem competentem canonicè facta investigatio. *Vallensis lib. 5. tit. 1. §. 4. n. 1.*

2 Dico secundò: Per viam Inquisitionis, seu ex officio procedere potest Judex sive Ecclesiasticus, sive Sæcular-

entiaris in omni genere criminum. Et quavis hic modus procedendi sit de Jure Extraordinarius, & in defectum Accusatoris, tamen hodie factus est Ordinarius; ita ut in multis Regnis contra delicta non procedatur a Iudice, nisi per viam Inquisitionis: non enim in talibus Regnis omnes admittuntur ad accusandum in ordine ad publicam punitionem, sed solum pro suo interesse; idcirco non ad instantiam Partis solent puniri delinquentes. Videatur Lessius *lib. 2. de Just. cap. 29. dubit. 12. n. 109.* & Van Espen *par. 3. tit. 8. cap. 1. n. 12.* & pro nostro Regno Siciliae Muta, *tom. 4. in Capitula Regis Alphonsi. cap. 149. pag. 286.*

5. SECUNDUS.

QUOTUPLEX SIT INQUISITIO?

3 **D**ico primò: Triplex est Inquisitio, nimirum Generalis, Specialis, & Mixta. Prima est, quando solum in genere inquiritur de Delictis, & de Personis, nimirum utrum in Civitate sit aliquis criminofus, aut acciderit aliquod delictum. Secunda: quando inquiritur de tali Delicto, & de tali Persona, utrum illud commiserit. Tertia est quando vel solum crimen est determinatum, vel sola Persona, v. g. quando inquiritur: quinam fecerit tale delictum, quod scitur; vel de tali Persona: an fecerit aliquod delictum.

4 Dico secundò: Ut fiat inquisitio Generalis a Iudice nulla praequiratur fama. Est communis sententia, quia praecipitur in Jure, ut suo tempore fiant Visitatio, & Inquisitiones generales. *Cap. Perniciosam. de Off. Jud. Ord.* ibi: *Habent Episcopi singularum Urbium in suis Diocessibus liberam potestatem adulterias, & sceleris inquirere.* & quavis Glossa *versu Inquirere.* explicet textum: *Cum frequenter ab eis manifeste fa-*

178 Lib. 3. Pars 1. Cap. 6. De Ord. Jur. Servan. n. Judi-
 ma est contra Subditum. tamen bene potest intelligi de
 Inquisitione generali, ut advertit Lessius *ditto lib. 2. de*
Just. cap. 29. dub. 13. n. 108. Item in *Cap. Romana. S. Sa-*
nè. de Censibus in 6. ibi: Proposito verbo Dei quarat. de
Vita, & Conversatione ministrantium in Ecclesiis. Præpo-
 rea necessaria est hæc inquisitio generalis, ne deficiente
 Accusatore, crimina maneat impunita, & Respublica
 plena facinorosis occultis.

5 Noto quod interrogati a Judice generaliter in-
 quirente, non tenentur in conscientia manifestare cri-
 minosos occultos, qui nullâ sunt de tali crimine infamiam
 infecti. Ratio est, quia dum adhuc nulla est fama,
 censetur delictum occultum, de quo Judex, ut dictum
 fuit, non habet potestatem iudicandi, & ideo non potest
 obligare Subditos ad manifestationem. Unde etiam si
 præcipiat sub poena excommunicationis, non tenentur
 Subditi aperire quod sciunt, si id occultum est. Atque
 ita Vallensis *lib. 5. tit. 1. S. 4. n. 5. vers. Hinc etiam.* Lessius
n. 109. cum D. Thoma, Caetano, Soto, & Navarroy
quos citat Layman lib. 3. tract. 6. cap. 2. n. 3. Cardinalis
de Lugo tom. 2. de Just. disp. 37. sect. 6. n. 56. & Alii

6 Advertunt autem Doctores, quod quoties repu-
 tatur necessarium, ut criminofus occultus pateat Su-
 periori, non ut Judici, sed tanquam Patri, ad emenda-
 tionem; tunc debet manifestari Superiori talis criminofus,
 & Superior potest obligare ad manifestandum. Unde
 dicit de Lugo cum Sanchez, & Diana *n. 57.* quod
 Superior Regularis potest inquirere ad solam correctio-
 nem paternam de defectibus subditi, nullâ præcedente
 infamiâ. Similiter si aliquod malum spirituale, vel tem-
 porale impendet, quod vitari non potest, nisi aperiatur
 Superiori ille, qui id tentat; tunc debet occultus ille
 criminofus manifestari, & ideo potest Superior obliga-
 re ad manifestandos hæreticos occultos, & alios similes,

prop-

propter periculum infectionis aliorum.

7 Dico tertiò Inquisitio fit à nimirum cum generatim queritur de crimine, & specialiter de Persona v.g. utrum Paulus servet Leges: non potest fieri a Judice in ordine ad puniendum, nisi infamia illius Personæ præcesserit; quia agitur sententia, ut fiat inquisitio de alicujus vita, qui adhuc integram, & bonam habet famam. Si autem fiat Inquisitio non ad puniendum, sed ad promovendam aliquem ad Prælaturam, vel Ordines sacros, vel in Ordine ad matrimonium contrahendum; tunc licet fit a Superiore Inquisitio de Persona particulari non habeat impedimentum aliquod; propter quod non possit promoveri; aut matrimonium contrahere. Ita cum Abbate, Layman lib. 3. tract. 6. cap. 2. n. 3. vers. Altera. Quod si Inquisitio fiat specialim de Delicto, quod patet in Inquisitio, & generatim de Persona inquirendo scilicet quisnam fecerit homicidium, quod fuit commissum; tunc Judex licetè inquirit in genere. Atque hæc est præmissam Ecclesiasticorum, quàm Laicorum Judicum; aliter criminosa se impunitatis insolerent, & populus justè conqueri posset de Judice non inquirente Authorem criminis jam noti. Unde malè Aliqui apud Lessium hoc non esse licitum docuerunt, quos ipse impugnat. dicto lib. 2. cap. 29. dubit. 14. a n. 114. usque ad 118. In tali autem inquisitione illi qui sunt interrogati non sentent manifestare Reum occultum propter rationem iam dictam. Quod si quis Authorem occultum criminis notorii sciat, & paret suum testimonium sufficiens ad hoc, ut Judex moveri possit ad Reum capiendum, & torquendum; tunc poterit illum manifestare. Ita Layman cum Azorio, & Lessio.

DE INQUISITIONE SPECIALI.

Dico primò : Ut fiat Inquisitio specialis, in ordine ad puniendum, & de tali Persona, in ordine ad puniendum, procedere debet infamia de illa Persona particulari; nec potest licitè Judex sine tali infamia procedere, eam inquisitionem facere. Est sententia communis Theologorum, & Canonistarum, & Divo Thomæ, & Suarez apud de Lugo citatum n. 160. & Lessium lib. 2. de Just. cap. 29. dubit. 15. n. 221. Constat assertio ex Cap. Inquisitionis. §. Tertia. de Accusat. ibi: *Ad hoc respondemus: nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, si clamorosa insinuatio non precesserit, propter id est a hujusmodi puniendum: quia in id super hoc depositiones contra eum recipi non debent; cum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui precesserunt.* Quod ipsum dicitur. Cap. Quasi per, & quando il. facienda. cod. tit. & habetur ex Evangelio Lucæ 16. quod prius fuit infamatus Villicus, & deinde dictum fuit ei: *Quid hoc audio de te, redde rationem utilitatis tue.*

Ratio autem est, quia ad petitionem Judex non potest procedere, nisi ex scientia publica, ut supradictum fuit. Scientia autem publica habetur vel per Accusationem, vel per Confessionem Rei in Judicio, vel per Infamiam, que se habet loco Accusatoris, vel denique per facti evidentiam in non actu Judicis, & aliorum.

¶ Dico secundo : Infamia sufficiens, ut possit Judex de particulari Persona inquirere non est, si unus, aut duo non accusando dicant, se vidisse talem committentem delictum; nec si constat malevolos esse illos, qui ta-

Iem dixerunt parasse crimen, ut constat ex dicto *Cap. Inquisitionis*. §. Tertia. de *Accusat.* ibi: *Nec ad petitionem eorum, qui libellum informationis porrigunt in occulto, procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam, aut etiam adversus eas, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda est dictis eorum, qui tacite, vel expresse inimicos se afferunt eorundem.* Requiritur igitur ad infamiam alicujus, propter quam contra eum procedi possit, rumor sparsus de eo per majorem partem Viciniae, vel Universitatis, in qua commoratur. Ita *Lessius ex Soto, & Bartholo. dicta dubia.* 15. n. 123.

Alii autem volunt, quod relinquatur Arbitrio Prudentis judicandus, an aliquis sit talis, ut de eo habeatur rumor publicus. Atque in Universis quantum sufficit ad excusandum peccatum Detractionis, sufficit, ut iudex specialis inquisitionem faciat. Videtur patet *Lessius lib. 2. de last. cap. 9. dubia.* 16. ubi modos, quibus aperitur via ad inquisitionem, explicat.

¶ *ro.* Dico tertio: Excipiuntur aliqui casus, in quibus sine ulla precedente infamia, inquiri potest de Persona particulari per detractionem a quocumque factam. Quorum primus est crimen haeresis, & apostasiae, quia in his habetur, ut dixi, periculum infectionis aliorum. Secundus est crimen lese Majestatis humanae, in quo inquirere potest iudex de Persona particulari, quae non est infamata ex *Extrav. Imperatoris Henrici VII. de Quomodo in lese Majestatis crimine procedatur.* quae in hoc patet: *Ad reprimendum,* & habetur post secundum librum Feudorum. Requiritur tamen, ut habeatur aliqua suspicio, & indicium tam in crimine haeresis, quam lese Majestatis humanae de tali Persona; aliter possit non sine gravi detrimento Communitatis fieri de quolibet particulari inquisitio. Atque ita ex *Bartholo in dicta Extrav. & Maximo Lessius dicta dubia n. 190. & Ceteris*

Finalis de Lugo n. 63. vers. Secundus casus.

Tertius casus est, quando inquiritur contra servum de morte Domini, qui invenitur occisus, & nescitur Author. *L. 1. tit. 5. de Senatus Consulto Syllano.* Et similiter contra Nautas, quoties submersa est Navis, & mortui sunt Navigantes. *L. Quoties. Cod. de Naufragiis.* Nam licet nulla sit infamia precedens, habetur tamen de eis suspicio. Et per suspensionem poterit etiam procedi contra illum, de quo in populo ea habetur. Nam in eo casu dicta suspicio supplet vicem infamiae, ut notat cum Navarro, Butrio, Abbate, & aliis *Lessius dicta dubit. 15. cap. 29. n. 130. in fine.*

Quartus casus est, quoties Judex generaliter inquirendo invenerit aliquem deliquisse; tunc potest contra istum specialiter inquirere. Similiter quoties delictum fuit coram Judice, ut si quis falsum testimonium dicat, aut Accusator detegatur Calumniator: potest Judex contra eos specialiter inquirere; quia haec crimina valde nocent bono publico. Unde ex iudiciis, & vehementi suspicionem contra eos procedi potest. Denique quoties Judex cognoscendo principaliter, habet cognitionem incidentem de delicto commisso, potest de hoc cognoscere. Quatuor regulas, quas tradiderat *in Legem 2. S. Si publico. ff. Ad Legem Juliam de Adulterio, & Stupro.* Bartholus, in quibus de Jure civili procedi potest per Inquisitionem specialiter nulla precedente infamia, reperit idem Bartholus *in notis ad Extrav. supra citatam Henrici VIII. incipientem Ad reprimeandum. S. Inquisitionem.* addens Jus novum dicte *Extrav.* inquirendi de crimine laesae Majestatis. Quartus prima est per Officiales denunciationum, id est quando publici Officiales deputati ad denunciandum, denunciant aliquem nondum infamatum. Secunda propter incidentem cognitionem Juris. Tertio propter precedentem generalem Inquisitionem.

nem. Quarta propter magnam offensivam, id est quod delictum committitur coram Judice. Videri potest Sanchez lib. 6. Confessorum. cap. 3. dub. 9. ubi casus explicat, in quibus, non precedente infamia, inquiri potest.

11 Dico quartò: Licita est praxis Judicis, etiam Sæcularis procedendi ex denunciatione Officialis deputati, vel alicujus privati, vel ad querelam Partis læsæ nolentium suscipere in se onus probandi: procedendi, inquam ad Inquisitionem, seu informationem capiendam in criminibus perniciosis Reipublicæ, ut furtis, homicidiis, &c. Et non præcisè in ordine ad punitionem, sed etiam quia est necessaria ea Inquisitio ad bonum Reipublicæ. Ita Lessius n. 132. cum Julio Claro, & Bartholo supra citato in L. 1. §. Si Publico. Ad L. Juliam de Adulteriis. Card. Alciato in Cap. 1. de off. Jud. ord. & aliis, quos affert versu Hæc. & versu Secundo. Et cum Lessio sentit Card. De Hugo dicta disp. 37. de Just. sect. 6. n. 64. Ratio est quia talis modus est necessarius ad servandam Rempublicam, & arcenda delicta. Nam pauci inveniuntur, qui onere Accusatoris suscipere velint, & multa sunt delicta, quæ manent occulta, & ideo ex eis non sequitur infamia: ergo ne malefactoris securi sint, bene constituantur Officiales publici, qui denuncient Judici quæ audierunt, aut viderunt, ut Judex inquiret ab eis, a quibus Officiales prædicti audierunt, & sic informationes capiat.

12 Notandum primò: Quod nunquam potest Judex ex se ipso procedere ad Inquisitionem specialem, sed semper requiritur, ut aliquid præcedat, quod ipsum cogat, ut ex officio inquiret: nimirum vel infamia, vel suspicio communis, vel denunciatio Officialis, aut quicquid simile; aliter processus est nullus. Ita cum Claro quest. 5. n. 4. Lessius citatus n. 136.

13 Notandum secundò: Quod prius constare debet de delicto, antequam deveniatur ad inquirendum de Authore. Unde si delictum reliquit vestigium aliquod, ut accidit in incendiis, occisione, perfoſſione domus, &c. debet tale vestigium inspicere, & deinde procedi contra eum, quem tale vestigium indicat. Si autem ex delicto nullum vestigium habeatur, sufficit denunciatio Officialis, vel querela, ad sumendas informationes, & deinde habitis indiciis, illum potest Judex citare, vel etiam incarcerare, si timeatur de fuga.

14 Notandum terciò: Quod eo ipso, quod de delicto constat, & nesciatur Author, debet prius Inquisitio generalis fieri, & deinde habito indicio, aut fama, vocari ille, de quo indicium habetur, ut se defendat, si est præſens. Si autem est absens, debet citari, & significari illi, quod de eo facienda est Inquisitio super tali crimine, de quo habetur indicium contra ipsum. Videatur Lessius *dicto lib. 2. de Just. cap. 29. dubis. 15. & dubis. 16. per totam.*

S. QUARTUS.

DE INDICIIS SUFFICIENTIBUS AD IN-

quisitionem specialem, vel ad

Torturam.

15 **D**ico primò: Indicia, seu conjecturæ, aliæ sunt, quæ solum dubitum pariunt; aliæ verò, quæ suspicionem, seu levem opinionem; aliæ denique, quæ gravem suspicionem pariunt, quæ dicitur præſumptio, seu credulitas. Quæ item esse potest vehemens, & violenta, adeo ut inducat moralem certitudinem. Ista præſumptio, aliæ est Juris, aliæ hominis. Juris est, quæ ex auctoritate, & decreto legis provenit, ut est v. g. de eo, qui

qui inter Christianos natus est, & educatus, quod fuerit baptizatus juxta *Cap. Veniens. de Præsbytero non baptizato in fine ibi: Et certè de illo, qui natus est de Christianis parentibus, & inter Christianos fideliter conversatus, tam violenter præsumitur, quod fuerit baptizatus, ut hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.* Ex quibus ultimis verbis colligitur, quod si manifestè constat de veritate contraria præsumptioni violentæ, debet præsumptio cedere veritati. Præsumptio autem hominis est, quam Vir prudens ex apparentibus conjecturis tanquam signis veritatis apprehendit.

16 Indicia igitur in casu nostro, vel levia sunt, sed probabilia, quatenus probabilem suspicionem de Authore criminis inducunt; vel sunt levia probabiliora, quæ faciunt præsumptionem, seu valde probabilem suspicionem; vel sunt gravia, & legitima, seu quæ indicia Juris vocantur; vel sunt plusquam legitima, adeoque semiplenam probationem faciunt; vel denique sunt indubitata. Si sunt levia probabilia, vel probabiliora, sufficiunt ad capiendas informationes, & spectatâ personâ, causâ, & aliis circumstantiis etiam ad capturam, non tamen ad formandum libellum Inquisitionis contra aliquem, & multò minùs ad Torturam. Dixi, spectatâ personâ, causâ, & aliis circumstantiis, quia tantò majora requiruntur Indicia ad inquirendum de persona, quantò ea dignior est, præsertim si sit in ecclesiastica Dignitate. Item si crimen est perniciosius Reipublicæ, minora requiritur Indicia. Ita *Layman lib. 3. cap. 2. trac. 6. n. 6. Lessius dicto cap. 29. dubit. 17. n. 190.* Similiter aliqua Indicia seorsim sumpta, licet non sufficiant, tamen simul cum aliis possunt facere probationem semiplenam, & e contra Indicia vehementia de se sufficientia, si cum aliis contrariis jungantur, non sufficiunt.

17 Dico secundò: Ad Torturam sufficit semiplena probatio. est sententia communis, teste Claro *in Pract. Crimin. lib. 5. quest. 21. n. 2.* & Gomesio *cap. 13. n. 7.* apud Lessium *dicta dubit. 17. n. 153.* Quod ipsum asserit Vanespen *par. 3. tit. 8. cap. 3. n. 28.* Est autem semiplena probatio assertio unius testis, contra quem nulla datur exceptio, dicentis se vidisse hunc hominem tali loco, & tempore occidentem, vel furantem in tali domo, &c. Non est autem semiplena probatio si aliquis dicit se audivisse, non verò vidisse, vel si sit testis contra quem fieri potest exceptio, v. g. si sit mulier, si sit minor 25. annis, &c. Ideoq; ex testimonio horum solùm informationes capi possunt, non verò ad Torturam Reum damnari. Ita Lessius *ibidem.*

18 Dico tertio: Sufficit etiam ad Torturam fama publica, si accedit dictum vulnerati morientis, vel aliquis testis minus idoneus, ut esset Socius criminis, vel si accedat vestigium criminis in veste, vel armis, quia nimirum hic homo contra quem est fama, inventus est aspersus sanguine in ense, in manu, in vestibus, &c. Dicitur, si accedit famæ publicæ dictum vulnerati, nam solum dictum ejus non facit Indicium ad Torturam, ut habetur *L. si quis gravi. ff. de S. C. Syllaniana. ibi. Si quis moriens dixisset a Servo vim mortis sibi illatam esse, dicendum est non esse credendum Domino, si moriens hoc dixit, nisi poterit esse probari.* Et quavis aliqui velint, quod fama publica per duas testes probata sufficiat ad torquendum hunc hominem, tamen ut docet Clarus *quest. 21. n. 1.* quem sequitur Lessius *n. 156.* non sufficit sola fama, nisi accedant alia Indicia supradicta, quia fama in criminalibus non probat, sed se habet ut Accusator. Quod si quis jam antea esset solitus similia crimina facere, & in presenti delicto haberetur fama nova publica de eo, utique posset torqueri, quia sic habetur

tur vehemens præsumptio per additionem præsentis famæ priori. Ita idem Clarus *ibidem*.

19 Dico quarto: Confessio Rei extra iudicium facta coram duobus testibus, v. g. quando quis dixit sponte duobus, qui id testificant, a se occisum fuisse illum; vel facta coram Iudice incompetente, sufficit ad Torturam. Est communis sententia, ut docet Gomezius *Cap. 13. n. 8.* & Felinus *in cap. Olim. de Rescriptis. n. 3. & n. 5. cum aliis.* Verùm si Reus neget sed id dixisse, debet probari per duos testes omni exceptione maiores, quod dixerit, ut Torturæ tradatur. Confessio autem facta Sacerdoti in Sacramento Pœnitentiæ, etiamsi ab impio Sacerdote publicaretur, ad nihil valet. Ita omnes Theologi, & Canonistæ, quia confessio illa non est facta homini, sed Deo, cuius locum Confessarius tenet, adeoque perinde est, ac si soli Deo facta esset, prout dicitur *Cap. Si Sacerdos. de Offic. ordinar.* ibi: *non ut Index scit, sed ut Deus.* Ergo ut occulta est habenda, sicut omnia alia occulta, quæ soli Deo sunt nota.

20 Dico quinto: Ad Torturam sufficit assertio duorum, vel trium Sociorum criminis, sed debent hi cum juramento deponere, quia agunt, ut testes, & debet etiam nulla suspicio haberi, quod ipsi manifestant ex malevolentia illum complicem. Ratio est quia dictum Socii non est sufficiens Indicium ad Torturam, nisi addatur fama, & gravis suspicio contra aliquem, in quo casu vehemens præsumptio paritur.

21 Dico sexto: Fuga facta statim post Crimen patratum, si conjuncta est cum fama publica, & communi suspicione, sufficit ad Torturam; sola autem fuga non sufficit, nec si fuga fiat ab aliquo, quia scit de se capi informationes, sufficit ad Torturam, quia habet causam timendi, etiamsi sit Innocens. Ita Clarus *quæst. 21. n. 18. & 23.*

22 Dico septimò : Gravis inimicitia antecedens cum occiso, non sola, sed adjuncta cum aliis indiciis, v. g. cum eo, quod inimico minatus sit mortem, vel visus sit parare arma, & eo tempore circa eum locum, in quo fuit occisio: sufficit ad Torturam. Ita Bartholus *in l. finali. ff. de Quæstionibus.*

23 Dico octavò : Titubatio Rei examinati, & inconstantia in responsionibus ad principalia causæ, si sit simul cum aliis Indiciis, & cum circumstantiis conditionis personæ, & causæ, est sufficiens Indicium ad Torturam, non verò sola titubatio; multi enim sunt adeo timidi, ut examinati nesciant quid dicant. Ita idem Clarus *num. 39.*

24 Dico nonò : Si aliquis videatur exire ex aliqua domo, in qua sit quis interfectus, cum ense stricto in manu: vel si res furata reperiat apud aliquem, qui probare non potest, unde eam licitè habuerit, vel si post commissum aliquod magnum furtum, sit persona aliqua cognita in paupertate, & nunc facta sit repente dives: habentur Indicia sufficientia ad Torturam. Ita ex Claro, & Gomezio Lessius *dicta dubit. 17. an. 164. usque ad 167. in quo, Versu. Sed Contrarium.* rejicit tanquam incertum Indicium illud sanguinis proficientis ex vulnere occisi ad præsentiam hujus hominis. Hæc sunt Indicia, quæ communiter assignantur sufficientia ad torquendum illum, de quo habentur; & videri potest Sanchez *lib. 1. Consil. cap. 3. dubio 15.* Restat aliquas quæstiones solvere, quarum prima est: An licitus sit usus Torturæ. Secunda: an possit Reus sæpius torqueri. Tertia: an possit quis damnari ex Indiciis indubitatis. Quarta: quando nam confessio sit extorta, adeoque nulla.

QUÆ-

QUÆSTIO PRIMA.

UTRUM IUDICIBUS CHRISTIANIS LICITUS SIT USUS TORTURÆ.

25. **V**idetur aliquibus apud Van Espen *par. 3. tit. 8. cap. 3. n. 29.* illicitum applicare Reum Torturæ, seu quæstioni, ut vi tormentorum confessio criminis ab eo extorqueatur: & primò quidem, quia id non approbat S. Augustinus *lib. 19. de Civitate Dei cap. 6.* ubi sic: *Cum queritur utrum sit nocens, cruciatur, & Innocens luit pro incerto scelere certissimas pœnas; non quia illud commississe detegitur, sed quia non commississe nescitur, ac per hoc ignorantia Iudicis plerumque est calamitas Innocentis.*

Secundò: vel Reus de crimine est convictus; vel non. Si convictus, adeoque crimen plenè probatum est, non est subjiaciendus Torturæ, ut habeatur ejus Confessio; quia talis Confessio, ubi jam de crimine plenè constat, non est necessaria; unde omnes Doctores teste Julio Claro *in Pract. crimin. quæst. 64. n. 8.* ajunt, Reum non esse torquendum, si aliunde constat de delicto, & ita dicitur *l. 9. ff. de Quæstionibus & l. 12. C. eodem titulo.* quod tunc solum adhibenda est Torturæ, quoties veritas alijs probationibus illuminari non potest. Si autem de delicto non plenè constat, sed tantum semiplena probatio, aut non plena habetur: videtur esse rationi naturali contrarium, quod qui non dum est probatus nocens, torqueri debeat. Hæc, & alia ex Ludovico Vives, & Augustino Nicolas Consiliario Regio in Parlamento Burgundiæ contra usum Torturæ refert prædictus Van Espen *dicto tit. 8. par. 3. cap. 3. a n. 29. usque ad 39.* Verum antequam respondeam quæstioni, aliqua debent præmitti.

26 Præmitto primò, quod Tortura non est introducta in poenam criminis commissi, quod cum non sit probatum, puniri non potest; sed in supplementum probationis, ut nimirum ipse Reus confitens veritatem, suppleat quod deest ad plenam probationem, ut docet Clarus citatus n. 6. adeoque certum est Judicem non posse torquere eum, de quo non habetur semiplena probatio, quod commiserit delictum; aut non habeantur Indicia vehementia supradicta, quæ moralem pariunt certitudinem, quod ipse sit qui commiserit delictum.

27 Præmitto secundò, Quod Tortura non potest adhiberi, nisi in criminibus gravioribus, quæ morte, vel mutilatione puniendi sunt; non verò quæ exilio, aut poena pecuniaria puniri debeant, quia Reo non dum convicto non potest imponi poena major, quam illa, ad quam convictus est condemnandus; major autem esset poena Torturæ, quam exilium, ut habetur *in l. 9. ff. de Quest. ibi; De eo qui in insulam deportatus est, questio habenda non est. sed nec de statu libero in pecuniariis causis, questio habenda est.* & fatentur omnes Doctores, ut ait cum Claro Van Espen n. 40.

28 Præmitto tertio, quod neque possit tortura adhiberi, quando jam Reus est convictus per testes legitime de crimine, etiamsi ipse nolit fateri crimen. Ratio est quia tortura, ut dixi, est in subsidium plenæ probationis. ergo frustra adhibetur, quoties jam habetur plena probatio. Quod si credatur probabiliter a Judice Reum jam convictum habuisse socios in crimine, eo quia crimen tale est, ut sine sociis fieri non potuit, vel credatur, eum alia delicta commisisse; tunc poterit torqueri jam convictus, posito tamen quod de sociis, & delictis habeatur vel semiplena probatio, vel indicia sufficientia; sicut si malitiosè ad aliud Tribunal appeller, postquam est convictus de crimine, quod nondum est

con-

confessus; & crimen est atrox, ut expediat puniri ibi, ubi est convictus Reus; tunc poterit torqueri ad eliciendam confessionem, ut iniqua appellatio impediatur. Ita Lessius dicta dubit. 17. n. 152. vers. Excipe tamen. His præmissis.

29. Dicendum: Licitus est usus torture concurrentibus jam dictis conditionibus. Probatum, quia non solum non est contra rationem, sed est valde rationi consonum adhibere torturam ad eliciendam confessionem Rei in circumstantiis præ explicatis; nam si torqueri non posset Reus in prædictis circumstantiis, quique audacter crimina patrarer, quocies sciret, testes defecturos requisitos ad probationem plenam, & ex indicis externis non posse convinci; cum autem quisque sciat, quod si deficient testes requisiti, sed habeatur unus, aut indicia contra eum, debet subici tormentis, coninger se a scelere committendo. Insuper multa scelera gravissima, quæ sine aliis consociis, & occulte committuntur, manerent impunita contra bonum Republicæ, si non possit adhiberi in subsidium plenæ probationis tortura.

30. Nec obstat primum, quia ut dixi, tortura non datur in penam commisi delicti, sed est medium necessarium ad arguenda delicta a Republica; nec quia aliquoties innocens torquetur, illicita est tortura, quia nec omnia mala in humanis vitari possunt, nec tollenda sunt media necessaria ad bonum publicum, eo quia aliquoties per accidens, & præter intentionem innocens patitur.

31. Nec obstat secundum, quia jam diximus Reum convictum non esse torquendum. Reus autem non plene convictus, non ideo est absolute innocens; & falsum est, quod quando torquetur, non dum sit probatus nocens, quantum sufficit ut torquetur; quia ut dictum est, non torquetur, nisi semiplena probatio habeatur, aut

indicia vehementia de ejus reatu, ideoque est nocens, quantum satis est ad torturam sustinendam.

32 Est hic addendum primò, quod non omnes possunt torqueri etiam concurrentibus prædictis circumstantiis, sed aliqui eximuntur ob ætatem, alii ob debilitatem, alii ob periculum, alii ob privilegium. Ob ætatem eximuntur senes, & impuberes idest minores 14. annis *L. 10. ff. de Quæst. ubi sic: de Minore 14. annis, quæstio habenda non est.* Additur tamen quod in crimine læsæ Majestatis, quod contra Principem dicitur commissum, nemo excusatur, quin torqueri possit. Ob periculum eximitur mulier prægnans, quanvis sit prægnans ex adulterio; vel in ipso carcere ad evitandam torturam, dolosè concepisset; quia privilegium datur non ipsi mulieri, sed ut foetui consulatur; ergo consideratio indignitatis mulieris non facit ad rem. Ita ex Doctoribus, & Tuldeno, Van Espen *dicta par. 3. tit. 8. cap. 3. n. 44. & n. 45.* notat, quod si dubium adsit de prægnantia, consulendi sunt Medici, & dubio manente, abstinendum est a tortura. Ob privilegium eximuntur Illustres in dignitate constituti, & Doctores, ac milites, nisi agatur de crimine læsæ Majestatis, aut de hæresi, aut proditione, in quibus casibus nullum est privilegium. Ita ex Gomezio, & Claro Leisius *lib. 2. cap. 29. dicta dubit. 17. n. 154.* Possunt tamen prædicti terreri verbis, & minari, vel leviter torqueri; Mulier autem prægnans nec terreri potest. Van Espen *dicta part. 3. tit. 8. cap. 3. n. 44.*

33 Addendum secundò, quod tortura, conveniens est, ut fiat præsentem Judice, & pro modo, & tempore ab eo præscripto; nec tormenta adhibenda sunt, quanta accusator postulat, sed quanta discretio rationabilis dicat ex *Legè supra citata 10. ff. de Quæst. S. Tortura*, ubi sic: *Tortura autem adhibenda sunt, non quanta Accusator postulat, sed ut moderate rationis temperamenta desiderant.*

34 Addendum tertio id, quod notat citatus Varr. Espen n. 48. nimirum, quod tortura, pro ut hodie Curiis secularibus adhibetur, quia tendit ad mortem Rei, non solet in Curiis Ecclesiasticis adhiberi; nec si Rei sint Ecclesiastici; nec si sint laici; ne videatur Judices Ecclesiastici iudicium sanguinis exercere. At in Tribunali Ss. Inquisitionis datur tortura Reis, ut dicemus suo loco.

QUÆSTIO SECUNDA.

AN POSSIT REUS SÆPIUS TORQUARI?

35 **S**upponendum, quod Confessio Rei in tormentis non probat crimen, ita ut deveniri possit ad punitionem, nisi post 24. horas extra torturam ratificetur a Reo; & ratio est quæ exprimitur. in *L. Prima. ff. de Quest. S. Questioni fidem*: nimirum, quia aliqui sunt adeo timidi, ut metu tormentorum dicant quæ non fecerint; & alii sunt adeo audaces, ut tormenta spernant, & veritatem non farentur; adeoque ex confessione in tortura nõ est indubitata veritas. Hocposito.

36 Dicendum, quod si Reus in tortura, nihil confessus est, non potest iterum torqueri, nisi nova habeantur indicia, ut habetur in *L. Unius. 18. ff. de Question. S. Reus*: ubi sic: *Reus evidentioribus argumentis oppressus repeti in questionem potest, maxime si animus, corpusque in tormenta duraverit.* Quod si confessus fuerit crimen, & postea quãdo ratificare debuerat, negavit, potest iterum torqueri sine novis indiciis. Ratio est quia si repeti non potest tortura in tali casu, jam remedium torturæ nullum esset; quid nullus Reus, si sciret se non posse iterum torqueri, ratificaret suam Confessionem. Non debet autem ullus Reus plusquam ter torqueri; sed si tertio tortus, & in tormentis confessus, tertio

194 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 6. de Ord. Jur. servan. a Iud.*
 ductus ad ratificandū, neget; absolvi debet. Ita ex Gome-
 zio Lessius *lib. 2. de Iust. cap. 29. dubit. 17. n. 168.* Cardiz-
 nalis de Lugo autem cum Diana *par. 4. tract. 6. de Tor-
 tura in S. Officio. resol. 24. vers. Sed negativam.* nolunt
 posse tertio torqueri sine novis indiciis. Verum stan-
 dum est arbitrio Judicis, attentis qualitate delicti, &
 indiciis contra Reum, ut ad tertiā torturam deveniatur,

QUÆSTIO TERTIA.

UTRUM POSSIT REUS DAMNARI EX INDICIIS INDUBITATIS.

37 **R**espondetur non posse ad poenam crimini
 obiecto convenientem, & ordinariam dam-
 nari; posse tamen ad aliquam minorem, & extraordina-
 riam. Ita *L. Absentem. 5. ff. de Pœnis. §. Sed nec*; ubi sic:
Sed nec de Suspicionibus debere aliquem damnari dicitur
Trajanus Ausidio Severo rescripsit. Et ita Bartholus, &
 alii in hanc Legem. Ratio est quia in criminalibus, ut
 damnetur quis ad mortem, debent probationes esse il-
 luc meridiana clariores, & ut habetur in prædicta Lege.
Satius esse impunitum relinqui facinus nocentis, quam in-
nocentem damnari. Ergo etiam si quis fuerit visus cum
 gladio in manu, & facie pallida exire e domo, in qua
 fuerit quis occisus, quod est indicium indubitatum; ad-
 huc ex vi hujus indicii damnari non potest ad mortem,
 quia adhuc est incertum, an ipse fuerit occisor; & an si
 fuerit ipse, fecerit ne causā defensionis, an non. Acque
 ita cum Gandino, Hippolito, Helino, Baldo, Lopez, Ti-
 raquello; & aliis innumenis ab his relatis, sustinet San-
 chez *lib. 6. Consilior. cap. 3. dub. 14. n. 4.* Quod autem in
 tali casu posset puniri poena alia minori: colligitur ex
 eadem Lege *5. ff. de Pœnis.* & ait Clarus *lib. 5. quest. 21.*

n. 4. recepti moris esse; imò addit, quod in prædicto casu arbitrio Judicis relinquitur punire Reum poena extraordinaria, vel subicere illum questioni, seu tortura.

38. Notandum, quod in Lego exprimuntur aliqui casus, in quibus ex iudiciis indubitatis possit quis damnari poena ordinaria; & primus est si aliquis rec monuerit alium, ne cum ejus uxore colloquatur, & ille inventus sit cum ea colloquens: potest damnari, ut adulter. Ita in *Authenticorum collat. 8. Ut liceat matri, &c. §. His quoque*. Secundus est, si officialis tempore Syndicatus auferat, habeatur pro confessio. *D. Constitutio. C. De Affessoribus ibi: pro confessio autem credirur, qui accusatus hujusmodi personam subtraxerit &c.* Tertius est, si quis sit infamatus de Simonia, & non potest se purgare, punitur ut Simoniacus. *Cap. De herede Simonia ibi: non convicti, aut confessi fuerint, sed tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici, in qua si defecerint, tanquam Authores tantæ sceleris puniendi.* Similiter Clericus non se purgans in heresi, damnatur ut hæreticus. *Cap. Inter de Purgat. Cui. in fine.* distinctio talis non

QUÆSTIO QUARTA.

QUANDONAM CONFESSIO SIT EXTORTA, & IDEOQUE NULLA.

39. **R**espondeo ex multis capitibus potest Confessio Rei esse extorta, adeoque nulla, ita ut non possit ex ea Reus damnari, & confurgat in iudice obligatio restituendi damna inde secuta. Et primò quidem si Judex inchoavit inquisitionem specialem, nulla præcedente infamia, nec denuncatione juridica, quæ viam aperit ad eam faciendam juxta Superius dicta.

40. Secundo, si confessionem Rei tormentis extorserit

Judex insolitis, & excedentibus modum permissum; confessio illa nulla est, & non valet ad processum, & condemnationem. Et similiter si extorsit a Reo confessio nem tormentis, vel metu tormentorum non habens indicia sufficientia ad torquendum, nec aliquid valet confessio illa etiam post ratiocinatio, quia facta est contra leges, & quia prohibente lege sunt inutilia sunt, & pro infectis habentur. *L. Non dubium. C. de Legibus, & L. Quasi si quis. ff. de Question. juncta Glossa dicente. Questionis habina ratiocinatio non procedente indicio, nemo damnatur.* sup. 41. Tercio, propter eandem rationem, si etiam habitis indicia, persona torqueri non poterat, aut Judex non erat competens, nulla est Rei confessio.

42. Quarto: si Judex dolo aliquo induxit Reum ad confitendum, minimum promittendo illi impunitatem, vel aliquid simulando, ut ille confiteatur. Sed de hoc puncto mox plenius.

43. Quinto: si Reum Judex extraxit ex Ecclesia, qua ille gaudebat, etiam si extra Ecclesiam factus sit delictum, non valet confessio. Hæc omnia videri possunt apud Lessium *lib. 2. de Just. cap. 29. dubit. 18. a n. 173.* & Sanchez *lib. 6. Confessor. cap. 3. dub. 31.*

44. Noto, quod est in questione utrùm: Judex promittens impunitatem, vel utens aliqua simulatione, ut a Reo confessio nem extorqueat, possit post confessionem Rei spe veniæ factam, illum punire, & sunt duæ sententiæ relatæ a Cardinali de Lugo *tom. 2. de Just. disp. 37. sect. 15. n. 177.* & Sanchez *lib. 6. Confessor. cap. 3. dub. 35.* quarum prima concedit, secunda negat.

45. Dicendum primò: nunquam licitum esse decipere aliquem mendacio, quia mendacium est intrinsecè malum. Licitum autem est Judici uti aliqua simulatione, seu equivocatione, ut veritatem a Reo exquiscat. Ita Sanchez citatus 31. cum Panormitano, Covarruxia, &

de Lugo loco citato n. 178. vers. Dico 2. Probatur ex 3. Regum 3. ubi Salomon finxit se velle occidere puerum, ut nosceret quænam esset vera mater illius. Secundò ex *Can. Utilem. 22. quest. 2.* ubi variis exemplis utilis simulatio confirmatur, nimirum in qua non intercedit mendacium ex Parte loquentis, aut ponentis signum æquivocum. Tertio: quia in hoc nulla injuria fit a Iudice Reo; ipse enim Reus ex sua inadvertentia decipitur, & sibi tribuat, quod non adverterit ad æquivocationem Iudicis. Aliis rationibus confirmat de Lugo hanc assertionem.

46 Dicendum secundo: Si Reus justè negare delictum non poterat, non tenetur Iudex stare promissioni de impunitate, postquam Reus confessus est legitime delictum; si vero Reus non erat obligatus manifestare delictum, juxta ea, quæ infra dicentur, & tenetur Iudex stare promissioni de impunitate, & non potest illum punire. Atque ita idem de Lugo n. 180. & 181. Ratio prima est, quia promissio de re illicita, non obligat, sed impunitas delinquentis legitime convicti, est illicita. Ergo non potest Iudex stare tali promissioni, postquam Reus legitime confessus est. Quod ipsum habet locum quoties jam Iudex habebat alias rationes, ex quibus Reum illum damnare poterat, & promisit impunitatem, ut audiret confessionem Rei.

Ratio autem secunda est, quia sicut Reus non tenetur fateri suum crimen, ut supponimus, ita nullum Jus habet Iudex ad obligandum Reum, ut fateatur suum crimen; ergo per fraudem, & dolum extorquetur confessio a Reo contra Jus, per promissionem impunitatis; adeoque illicitum est eum damnare post talem Confessionem, quam ille cognoscens se delusum esse, non ratificat, nisi enim postquam cognoverit se deceptum, adhuc perseverat confitendo, poterit damnari ex Covarruvia, & Pla-

198 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 6. De Ord. Jur. servan. a Iud.*
& Plaza, quos sequitur Sanchez *dicto dub. 35. lib. 6. Con-*
filior. cap. 3. n. 4.

47 Dicendum tertio: Si Judex supremus, nimirum Princeps, qui potestatem habet condonandi poenam, promisit impunitatem, tenetur eam promissionem servare. Ita idem Sanchez cum aliis *n. 3. in fine. & Delugo n. 180. versu. Dico quarto.* Quondam autem sit obligatio in Judice ad restitutionem damnorum in casu confessionis extortæ a Reo: disputat Delugo *a n. 182. & Lessius a n. 174.*

S. QUINTUS.

DE MODO, QUO PROCEDERE DEBET

Judex Regularis in causis criminalibus Religiosorum.

48 Supponendum primo, quod Superiores Regulares habent privilegia non servandi omnes subtilitates Juris in puniendis subditis Religiosis, & pro nostra Societate in *Compendio privilegiorum S. 1. sic* habetur: *In infligendis correctionibus, & punitionibus No-*
strorum delinquentium Prælati Societatis, ad quos id nosci-
tur spectare, præpositis Juris apicibus liberè procedere,
possunt, secundum consuetudines approbatas, & generalia
instituta Societatis facta, aut facienda, observatis in hoc
deliberatione, & maturitate debita. citat Cardinalis De-
Lugo *rom. 2. de Just. disp. 37. sec. 14. n. 162. versu. Regu-*
la generalis, varias Constitutiones pro aliis Religioni-
bus a Summis Pontificibus emanatas, id ipsum continen-
tes. Sed notat, & bene, quod per prædicta privilegia, solum Prælati Regulares habent non esse obligatos ad solemnitates Juris positivi servandas, non vero esse de-
obligatos a servando eo, quod est de Jure divino, & Nat-
turæ,

turæ, & Gentium. Quod ipsum dicit Sanchez *lib. 6. Consil. cap. 8. dub. 1. n. 3. in medio* explicans textum *in Cap. Qualiter. il Secondo. de Accusationibus.* ubi dicitur sic: *Hunc tamen ordinem circa Regulares Personas non credimus usquequaque servandum.* Explicat, inquam, cum Panormitano, & Felino non esse servandum quoad accidentalialia Judicii; at verò quoad substantialia esse omnino servandum. Quod ipsum affirmant plures ab eodem Sanchez *ibidem* relati, & Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 12. n. 2.* & Peyrinus cum pluribus *in Formulario litera P. cap. 16. n. 2.*

Sunt autem de Jure divino, ut bene explicat ex Miranda Peyrinus *dicto n. 2.* accusatio delicti, seu denunciatio: citatio Rei: æqualitas Judicii erga Partes: testium pluralitas: Partis auditio. De Jure verò naturali. Judicis inimici recusatio; appellatio: defensiones legitimæ: Juramentum de veritate dicenda, quod datur a testibus: testium secreta interrogatio: quod constet de delicto facti permanentis, idest, quod relinquit post se vestigium, facti autem transeuntis dicitur, quod non relinquit sui vestigium, & quod inimici repellantur ab accusando, vel testificando. Solemnitates verò Juris sunt, quod accusationis, seu denunciationis libellus in scriptis afferatur; quod citatio realis, seu verbalis tali, & tali modo fiat: litis contestatio; quod partibus tale, & tale tempus ad respondendum, seu probandum præscribatur: testium in tali delicto probando numerus: quod citetur Reus ad videndum jurare testes: quod sententia non feratur, nisi tali loco, die tali, & tali modo, sedendo scilicet: quod citationes non fiant, nisi per intervalla, & similia. Ex quibus solemnitatibus ait idem Peyrinus *n. 3.* non omnes omitti possunt a Regularibus, sed illæ tantum, quæ ad essentiam judicii non spectant, seu non faciunt ad condiciones requisitas de Jure divino, &

Na-

Naturæ. Nec Instructio de modo procedendi judicialiter accomodato Societati, edita Romæ 1616. quam citat Cardinalis Delugo *tom. 2. de Iustitia disp. 37. sect. 14. n. 162.* est huc usque dictis difformis; nam postquam *cap. 1.* dictum fuerat, quod in dimittendis è Societate Delinquentibus ex concessione Summorum Pontificum, non coguntur Superiores servare ordinem Juris, sic concluditur. *Ex quo sequitur Superiores absolvi ab omni obligatione cujuscumque Juris positivi, & servandi quasunque Solemnitates illius, cum aliquem ex dictis causis dimittant; sed solùm teneri ad id, quod est juris naturalis, ut nimirum ad cognitionem veritatis ea adhibeant, aut testimonia, aut rationes, quæ Viro prudenti, & bonum commune cum charitate spectant, audito semper subdito, de quo agitur, faciant moralem evidentiam facti, ex qua prudenter judicent, rem ita, vel ita se habere.*

49 Supponendum secundo: Quod defectus Religiosorū possunt esse leves, graves, & gravissimi; leves sunt, qui fiunt contra Regulam, vel sunt peccata venialia: graves sunt omnia peccata mortalia externo opere consummata, v. g. furtum grave, lapsus carnis cum complice; feminatio gravium discordiarum, &c. gravissimi, seu enormes sunt, quibus in Jure taxata est poena mortis, mutilationis, aut carceris perpetui, aut ad triremes, & casus omnes propter quos fieri potest Clerici in sacris degradatio, & traditio Curiaæ sæculari, de quibus delictis locuti sumus *in libro 1. cap. 12. n. 95.*

50 Supponendum tertio: In prædicta Instruktionē pro Societate nostra *cap. 2.* dici, quod in Depositionibus Subditorum quo ad officia, & mutatione ipsorum de uno in aliud Collegium, non possit prætendi a Subditis, ut assignetur causa infamiae, ob quam de illis sic disponant Superiores. Ratio est, quia in Constitutionibus clarè habetur, quod omnes a nutu Superioris dependen-

dere

dere debeant, & esse indifferentes ad loca, vel officia quæcunque illis assignaverit Superior. His positis. Quo ad correctionem culpæ

51 Dicendum primò, quod ad hoc, ut Prælati Regularis procedat ad inquisitionem specialem, aut ad punitionem de defectu levi sui Subditi, non debet servari ordo judicialis, adeoque non præcedere debet infamia. Est sententia communis apud Sanchez *lib. 6. Consl. cap. 8. dub. 1. n. 1.* & supponitur, ut certum, in præcitata *Instructione pro Superioribus Societatis cap. 3.* quia in talibus culpis, vel non habetur præjudicium Religiosi, vel valde modicum, quia sunt tales, ut etiam in bonis Religiosis aliquando inventantur; quare potest Superior ad se delatos ordinariis pœnitentiis punire.

52 Notandum tamen cum Delugo citato *num. 164.* quod licet defectus non perveniat ad mortalem culpam, tamen in ordine ad hoc, quod si est occultus, non possit publicè puniri, censetur gravis in Religione, si est talis, ut publicatus redundet in grave præjudicium Subditi; tales sunt aliqui defectus extraordinarii, idest qui non solent fieri fere ab omnibus, qui quanvis non sint peccata mortalia, tamen possunt ingerere suspicionem peccati mortalis, aut licet non ingerant hanc suspicionem, tamen minuunt æstimationem personæ, & ei impediunt officia in Religione. In talibus igitur defectibus requiritur infamia præcedens, ut publicè puniatur Reus.

53 Dicendum secundò: In culpis gravibus, & gravissimis procedere non potest Superior Regularis, non servato ordine judiciali quo ad substantialia, & ideo facere non potest contra Religiosum inquisitionem specialem, nisi præcesserit ejus infamia, aut indicium aliquod ex supradictis. Ita Sanchez *lib. 6. Consl. cap. 8. dub. 1. n. 3.* Cardinalis Delugo *dicta disput. 37. sec. 14. n. 165.* Suarez de Relig. *tom. 4. lib. 10. cap. 12. n. 1.* &

2. Ratio est eadem, quæ fuit superius dicta, quia crimina occulta non subjiciuntur jurisdictioni Judicis in ordine ad punitionem.

54 Atque hæc doctrina, ut advertit Sanchez *num. 4.* & Delugo *dicto n. 165.* & Suarez *cap. 12. n. 3.* habet etiam locum in nostra Societate, in qua habetur *Regula 5. inter Communes, & in Examine cap. 4. n. 8.* quod quilibet debeat esse contentus, ut ejus defectus manifestentur Superiori a quocunque eos sciat extra Confessionem: adeoque delicta, quantumvis occulta, possunt in Societate denunciari Superiori a quocunque, nulla præmissa correctione fraterna. Habet, inquam, locum prædicta doctrina etiam in Societate, non obstante *Regula citata*, quia in *Examine* sic dicitur: *Ad majorem in spiritu profectum, & præcipue ad majorem submissionem, & humilitatem propriam interrogetur, an consentus futurus sit, ut omnes errores, & defectus ipsius, & res quæcunque, quæ notatæ in eo, & observatæ fuerint, Superioribus per quemvis, qui extra Confessionem eas acceperit, manifestentur. Num etiam boni sit consulturus (quod & ipse, & quævis alius facere debet) ab aliis corrigi, & ad aliorum correctionem juvare; ac num manifestare sese invicem sibi parati debito cum amore, & charitate ad majorem in spiritu profectum, præsertim cum a Superiore, qui illorum curam gerit, fuerit ita præscriptum, aut interrogatum ad majorem Dei gloriam.* Ex quibus ajunt Sanchez, Delugo, & Suarez citati, quod eum dicatur: *ad majorem in spiritu profectum.* clarè constat, quod in tali regula non sit sermo de Denunciatione judiciali, quæ habet pro fine punitionem publicam, sed de Denunciatione Evangelicâ Superiori, tanquam Patri in ordine ad profectum in spiritu, qui est finis correctionis fraternæ.

55 Hinc in præcitata *Instructione cap. 3.* dicitur, quod Superiores Societatis curare debent, ut culpâs

gra-

graves occultas, de quibus non habetur infamia, quando acciderent, prudenti charitate emendent, & paterno amore, prout dicitur in *Declarationibus 3. part. Constitutionum Societatis cap. 1. n. 15. In correctionibus est advertendum, quod primò in Charitate, ac Dulcedine, qui peccant, sunt admonendi, secundò in Charitate quidem, sed eo tamen modo, ut eis confusio, & rubor injiciatur. De publicis autem defectibus, publica debet esse pœnitentia, jis tantùm, quæ ad omnium edificationem faciunt, declaratis.*

56 In criminibus igitur gravibus Superior Regularis procedit, sicuti dictum est de aliis Judicibus, nimirum vel viâ inquisitionis specialis, suppositâ infamiâ alicujus, nimirum quod in Communitate de eo dicatur, quod delictum jam publicum, fuerit ab ipso patratum, vel de eo habeantur indicia &c. Vel viâ denunciationis juridicæ, in qua non requiritur infamia præcedens, sed posito, quod habeatur denunciatio juridica, idest facta ipsi Superiori, tanquam Judici in ordine ad punitionem, potest Superior informationes capere &c. Vel viâ accusationis, quoties qui injuriam passus est, aut alius, ad quem spectat, accusat juridicè cum onere probandi, prout inferiùs dicetur, cum de Accusatore, & Denunciatore agemus.

57 Dicendum tertio: Pro nostra Societate ordo judicialis rarò inchoari debet, quia juxta privilegia concessa, etiam potest P. Generalis dimittere e Religione delinquentem, nullo servato, quo ad accidentalia, ordine Juris, ut diximus; si tamen Superior aliquando judicaverit correctionem paternam non profecturam, & bono communi magis expedire, ut judicialiter contra Subditum procedatur, quanvis ipse Subditus jus non habeat exigendi ordinem judicialem, tunc de licentiâ P. Nostri Generalis (quæ omnino requiritur) inchoari potest Judicium; in quo ordinarii Judices sunt ipse

P. N. Generalis, aut Provincialis, aut Visitator, aut Vice-Provincialis plenè fungens autoritate. Quod si aliquis repentinus casus acciderit, poterit esse Iudex ipse Superior localis cum hoc, quod statim admoneat Generalem, & Provincialem, & interim juxta potestatem factam a Paulo III. poterit custodire delinquentem. Forma autem judicialis, quam Congregatio 6. generalis promiserat præscribendam *Can. 10. §. 5. in fine ibi: Quomodo autem ea in re se gerere debeat Superior, dicitur in Instructione.* & esflagitaverunt multæ Provinciæ, edita fuit in præcitata Instructione *cap. 5.* in quo sunt quæ sequuntur.

§ 8 Si viâ Inquisitionis specialis procedatur: primò statuatur Superior de sufficientia infamiæ prærequisitæ. Secundò, posita sufficientia infamiæ personæ particularis de particulari delicto, eligat aliquem e Societate in Secretarium, qui sit tenax secreti, & cum eo ex notitia, quam habet Superior, faciat interrogatorium ad examinandum Reum, & Testes. Tertiò vocet testes, & accepto juramento, illos interroget de delicto, & persona infamata. Accepta depositione testis examinatus subscribet, & ipse Secretarius, & ipse Iudex etiam subscribet. Quartò ex depositione testium, quia jam resultat ad minus semiplena probatio, quæ, ut dictum fuit, resultat, quoties unus testis omni exceptione major habetur, aut vehemens indicium contra Reum; vocandus est Reus ad examen, & accepto ab eo juramento de veritate dicenda, & etiam conscio facto, quod juridicè interrogetur, adeoque teneatur legitimè respondere, priùs debet moneri de infamia criminis, ita ut ipsi patefiat semiplenè probatum de eo delictum esse, & deinde variis interrogationibus curari, ut veritatem dicat. Quintò: si Reus delictum neget, & non videatur satisfacere objectis, iterum examinandi sunt testes, & novi addendi,

di, si poterunt inveniri, & permanentibus in suis dictis testibus, iterum est examinandus Reus; qui si persistat negando, assignandus est terminus ad defensionem. Non debent autem ipsi tradi nomina testium, sed singulari cautela interrogari debet Reus de particulari inimicitia inter ipsum, & aliquos, vel si putet se ab aliquo calumniatum esse. Item si Reus non est aptus se defendere, potest Superior assignare illi aliquem Sacerdotem nostrum probatæ virtutis, & prudentiæ, qui dirigat illum. Sexto: elapso termino examinandæ erunt defensiones, quæ si judicabuntur sufficienter satisfacere oppositionibus, non erit ulterius procedendum. Si verò videatur permanere in suo robore semiplena probatio, poterit Judex de consilio aliquorum prudentum statuere, an Reus sit mittendus in carcerem, si antea non erat custoditus; an verò subjiciendus quæstionibus, seu tormentis Religioso statui accommodatis, nimirum strictiori carcere, jejuniis in pane, & aqua, humi cubatione &c. Quod si post eas afflictationes, adhuc persistiterit negando, poterit Judex de consilio peritorum indicere illi purgationem canonicam ad tollendam ejus infamiam, quæ fieri potest per hoc, quod Reus afferat quinque testes a Judice probatos; coram quibus juret se esse immunem a crimine imposito, & idem juramentum dabunt testes, absente tamen Reo, dicentes, ita se credere, & his positis, absolvatur Reus. Septimo: si delictum plenè probatum sit per plures testes conformes, aut per indicia, & confessionem Rei, tunc licet possit Judex statim sententiam ferre, poterit nihilominus prorogare tempus, ut Reus afferat aliquam excusationem in ordine ad diminutionem suæ culpæ, & ideo etiam pœnæ. Tandem sententiam a Judice exceptam Secretarius coram duobus viris probatis aperiet Reo, sine alia solemnitate, & lectâ illâ, Judex subdet: Ita condemno, vel absolvo &c.

Pœna

Pœna autem ordinaria non potest imponi, nisi plenè probato delicto, cui talis pœna est stabilita. Si enim probatio est semiplena, solùm poterit arbitraria pœna imponi. Advertitur autem, quod si multa sunt opposita Reo occulta delicta, qualia sunt contra castitatem, quanvis plures testes haberi non possint de illis multis, tamen si de singulis delictis singulares testes habentur, faciunt probationem non longè distantem a plena. Octavò: quanvis Religioso damnato juxta regulam non competat appellatio, ut habetur in *Compendio privilegiorum, verb. Appellatio*. et nos suo loco dicemus; tamen si Reus de injusta sententia manifesta se sentit gravatum, poterit appellatio fieri, et interim sententia non dari executioni; Recursus autem per viam querelæ ad Superiorem majorem (qui per literas fieri debet) nunquam est negandus.

59 Si viâ denunciationis proceditur, supponitur non debere præcedere infamiam, quæ loco accusatoris subrogatur, jam enim denūciator stat loco accusantis suo modo. Primò igitur monitio secreta, & fraterna debet præcedere denunciationi juridicæ; sufficit autè, ut Superior, cui denunciatus fuit aliquis, moneat ut Pater delinquentem ipsum; quod si jam denunciator scit, ad nihil aliud tenetur. Secundò: si delictum aut sit notorium, aut quamprimum publicandum apud alios, aut sit in damnum boni communis: tunc non requiritur talis monitio, & in his delictis denunciator principaliter intendit damnum illud bono communi præcaveri, quàm Reum puniri. Tertio: si denunciator sit sine exceptione, & accedunt indicia facti, poterit inchoari judicium, & in eo procedi juxta superius dicta in via inquisitionis. Quarto: hoc est peculiare in via denunciationis, nimirum quod, si delictum etiam grave est occultum, & delatum ab uno, & a duobus aliis sine exceptione viris probatum

tum, & aliis non sit notum, quanvis possit Iudex publice punire Reum; tamen in Societate debet potius secreta poena, & salutari uti, nisi videatur ex defectu publicæ punitionis sequi damnum contra bonum commune.

60 Si viâ demum accusationis proceditur, tunc poterit inchoari iudicium, cum alius, qui est injuriam passus, aut alius, ad quem spectat, accusat juridicè, id est cum onere probandi; & in hoc casu nulla prærequiritur infamia, & poterit Iudex per Secretarium constitutum accipere accusationem, & procedere juxta ea, quæ jam dicta sunt in via inquisitionis. Atque hæc in dicta *Instructione de modo procedendi judicialiter accommodato Societati, si quando contigerit illi uti. Roma impressa in Collegio Romano 1616.* in qua citantur Doctores, & Textus Iuris in margine. Juvat hic etiam Paradigma formulæ judiciariæ in fine dicte Instructionis positum transcribere, ut eo possint, si velint, alii Religiosi uti.

PARADIGMA

FORMULÆ JUDICIARIÆ.

Primò: In nomine Domini, in Civitate N. in Collegio N. Die Mense Anno Pater Ambrosius Mirolus Provincialis Societatis Iesu in Provincia N. dixit in præsentia N. N. testium ad hæc vocatorum, se, & ratione muneris, & peculiari mandato R. P. N. teneri ad procedendum in causa Gregorii Revelini ejusdem Societatis Religiosi ratione infamiae, quæ in hac domo laborat, de quodam gravi delicto, ut aut debitâ poenâ afficiatur, si convictus fuerit, aut absolvatur, si innocens inveniatur. Propterea eo modo, quo melius de Iure, & consuetudine Religionis nostræ potest, ad componendum processum, et scribenda acta, elegit

in

in Secretarium totius hujus causæ P. Hieronymum Rinaldinum ejusdem Societatis Sacerdotem, notæ sibi virtutis, et prudentiæ; ab eoque hic præsentate exegit juramentum in verbo Sacerdotis, et de fidelitate in omnibus, quæ in hac causa facienda erunt, et de servando secreto: & dictus P. Hieronymus, tacto pectore, juramentum præstitit de utroque coram iisdem testibus ad præmissa vocatis: & omnes subscripserunt.

P. Ambrosius Provincialis affirmo, ut supra.

P. Hieronymus Secretarius.

P. N. Testis.

P. N. Testis.

Secundò: Eodem die, in eodem Collegio idem P. Ambrosius Provincialis dixit Secretario ex multorum relatione, ad suam notitiam pervenisse, prædictum Gregorium ex arca Procuratoris, illo inscio, & invito, accepisse centum aureos, & ideo ad prospiciendum bono communi, & famæ delati, & ad cognoscendam veritatem jubere se, ut testes conquirantur, & diligenter examinentur, relatis in acta eorum depositionibus: & ut ad hunc finem conficiatur Interrogatorium continens hos articulos, de quibus erunt examinandi.

Primus: an noverint Gregorium prædictum Religiosum Societatis Jesu.

Secundus: si sciverint, aut audiverint ex arca P. Procuratoris hinc ab uno mense furtivè sublatos fuisse centum aureos.

Tertius: si sciant ex quacumque cognitione prædictum Gregorium illos surripuisse. Interrogantur præterea non solum de delicto, sed etiam de infamia, suspitione, aut rumore, qui domi increbuit contra Gregorium, His exceptis subscripserunt.

P. Ambrosius Provincialis.

P. Hieronymus Secretarius.

Ter-

Tertiò: Die Mense Anno comparuit
 coram P. Ambrosio Provinciali, P. Gaspar Armellus
 ejusdem Societatis Sacerdos in testem vocatus, qui mo-
 nitus a P. Provinciali de veritate sincerè dicenda, & de
 secreto servando juravit tacto pectore more Sacerdo-
 tum, eam se fideliter dicturum, & secretum servaturum:
 tum interrogatus respondit ad singulos articulos.

Ad primum dixit: se bene nosse prædictum Grego-
 rium jam ab hinc sex annis Religiosum Societatis, et
 cum illo hoc tempore versatum esse in hoc Collegio, et
 in N. et nunquam illi fuisse inimicum, addidit etiam se
 esse ætatis suæ annorum 40.

Ad secundum dixit: se bene scire ex publica fama
 hinc ab uno mense, sublatis fuisse ex Arca Procuratoris
 centum aureos.

Ad tertium dixit: nosse se, quod multi ex gravibus
 indiciis suspicentur prædictum Gregorium illos surri-
 puisse, indicia autem contra illum esse hæc, et hæc.

Hanc depositionem a Secretario scriptam, et lectam,
 idem testis probavit, et dixit omnino ita habere, et
 subscript.

P. Ambrosius Provincialis.

P. Gaspar Testis.

P. Hieronymus Secretarius.

Deinde eodem modo examinati sunt alii testes, et sub-
 scripserunt; et quia aliqui alii examinandi erant, qui
 longè aberant, ex iis aliquos proximiores P. Provincia-
 lis jussit ad se vocari, et tali die venerunt, et examinati
 sunt P. N. et P. N. Ad alios autem magis distantes misit
 examinandos interrogatorium, commisitque P. N. Re-
 ctori Collegii N. in quo illi residebant, ut per capita
 illa eos suo nomine examinaret, prout et factum est;
 quorum dicta, et depositiones scriptæ, et ad Provincia-
 lè transmissæ insertæ sunt præsentì processui, ut apparet.

Quartò: Die Mense Anno in eodem Collegio idem P. Ambrosius Provincialis visa omnium testium depositione, advocatis etiam in consilium. P. N. et P. N. acceptoque ab iis juramento de secreto servando, consultavit, quia res videbatur solito gravior, an Reus, contra quem essent tales probationes, conticiendus esset in carcerem: et auditis omnibus, ita decrevit fieri, jussitque mihi, ut suo nomine monerem P. N. Rectorem, ut eum recluderet.

P. Ambrosius Provincialis.

P. Hieronymus Secretarius.

Quintò: eodem die ego prædictus Secretarius notificavi P. N. Rectori decretum P. Provincialis, qui dixit se paratum esse ad parendum, & dispositis omnibus necessariis, adiit ad prædictum Gregorium, & intimato decreto Provincialis, eum reclusit in suo met cubiculo.

P. Hieronymus Secretarius.

P. N. Rector.

Sextò: Die Mense Anno P. Provincialis accessit ad cubiculum Rei inclusi, & postquam paternè hortatus est eum ad veritatem dicendam, detulit juramentum super Evangelia, quod ille præstitit; tum aperuit illi crimen impositum, & ex indiciis, & depositionibus testium ostendit esse contra illum semiplenam probationem, & consequenter se legitime interrogari, & teneri ad fideliter respondendum. Deinde multa incommuni interrogavit, quæ videbantur congruere ad finem elicicndæ veritatis, postea examinavit de singulis articulis, quibus sic respondit.

Ad primum. Ad secundum. Ad tertium. Absolutè autem semper negavit crimen impositum; & ita omnes subscripserunt.

P. Ambrosius Provincialis.

Gregorius.

P. Hic-

P. Hieronymus Secretarius.

Septimò: Die Mense Anno P. Provin-
cialis expensis, & depositionibus testium, et responsio-
nibus Rei, decrevit, ut testes supradicti iterum repe-
terentur; et si quid de novo haberi poterunt, conquire-
rentur; et ita eodem die factum est; et prædicti testes
seorsim singuli confirmarunt quæ antea dixerant sine ul-
la varietate, aut inconstantia; duo autem de novo acci-
ti sic dixerunt:

Ad primum. Ad secundum. Ad tertium, et omnes
subscripserunt.

P. Ambrosius Provincialis.

P. P. N. N. Testes.

P. Hieronymus Secretarius.

Octavò: Die Mense Anno Idem P. Pro-
vincialis visis, & attentè consideratis prædictis deposi-
tionibus, iterum examinavit Gregorium, qui eodem
modo ad singulos articulos respondit negando; Qua-
propter P. Provincialis jussit Secretario, ut ex deposi-
tionibus omnibus colligeret capita, sive articulos Reo
impositos cum omnibus circumstantiis, & indiciis, quæ
contra ipsum militarent, modò ex illis testes non mani-
festarentur, qui collecti sunt, & dati Reo, & simul illi
assignati sunt pro termino ad defensiones sex integri
dies. Præterea, quia judicavit illum non esse sufficien-
ter aptum ad se defendendum, jussit, ut P. Petrus Co-
gnoscus, notæ virtutis Sacerdos, eum alloqueretur, di-
rigeret, & instrueret pro sui justa defensione; & quia
cum esset inclusus non poterat pro se testes inquirere,
nominavit in sua causa Procuratorem P. Paulum Arme-
lium, quem P. Provincialis probavit, eique jussit, ut eo
munere fungeretur.

P. Provincialis.

P. Secretarius.

Nonò: Die Mense Anno elapso jam termino ad defensiones assignato, allatæ sunt à Procuratore defensiones Rei scriptæ, & P. Provinciali oblatæ, quæ huic processui insertæ sunt. Producti sunt etiam testes pro illo N. N. N. qui seorsim examinati, hæc & hæc dixerunt &c. visis autem omnibus, & a P. Provinciali expensis, judicavit non esse satisfactum semiplenæ probationi, quæ erat contra Reum; & ut ad explorandam veritatem subjiceretur quæstionibus Religioso statui accommodatis; ut nimirum in arctiore carcere inclusus dies decem humi cubaret sine culcitra, nec daretur illi ad victum aliud, quàm panis, & aqua. Quod decretum illi intimatum est, & executioni mandatum. Post dies autem duos ille non ferens talem afflictionem corporis, confessus est, se surripuisse illos centum aureos ad talem finem &c. Tum ex eo carcere eductus, & illis afflictionibus liberatus, eandem veritatem confirmavit, & ratificavit.

P. Provincialis.

Gregorius.

P. Secretarius.

Decimò: Die Mense Anno Idem P. Provincialis citato Procuratore Rei, quæsivit ab eo, an ille excusationem aliquam afferre posset, qua culpa minueretur, ut etiam imminui posset ordinaria poena tali crimini debita; & cum nulla esset allata, dixit se quandoquidem ex officio teneretur ad punienda crimina sufficienter probata, cum jam totam hanc causam cognovisset, & perpendisset, statuere sententiam ferre, & Secretario præsentì jussit eam scribere, & deinde eam in suo conclavi coram N. N. testibus legere, & intimare, quæ est talis tenoris.

Christi nomine invocato, decernimus, & declaramus ex actis processus bene perpen is constare, Gregorium

riam nostræ Religionis fratrem verè obnoxium esse delicto furti, de quo inquisitus fuit, & licèt ex rigore Juris gravior puniri possit, tamen justis ex causis, mitius cum illo agendum duximus, assignantes tantùm pro poena carcerem sex mensium, in quibus singulis diebus Veneris jejunet in pane, & aqua. Ita pronunciamus omni meliori via, & modo, quo de Jure possumus.

P. Ambrosius Provincialis.

P. P. N. N. Testes.

P. Hieronymus Secretarius.

62 Aliæ Paradigmata, seu Formæ incipiendi processum a Judicibus Regularibus contra Religiosum subditum, sive sit infamatus, aut denunciatus in visitatione generali: sive constet de delicto in conventu commisso, & nescitur auctor: sive constet de delinquente in tali conventu, & nescitur delictum: sive habeatur denuntiatio juridica: sive constet tum de delicto, tum de delinquente: sive Religiosus repertus sit in flagranti crimine: & similes videri possunt apud Laurentium de Peyrinis in *Formulario Pralatorum Regularium. litt. P. 1.º cap. 11. usque ad 10.* Denique plura de modo procedendi Superiorum Regularium contra Subditos delinquentes videri possunt apud Sanchez *lib. 16. Consil. cap. 8. per totum* & apud Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 10. a cap. 11. usque ad 13.* In hoc autem cap. 13. satisfacit quorundam querimoniarum de consuetudine nostræ Societatis expellendi aliquos, nullâ servatâ formâ judiciâli, sed ex sola infortatione privata, & aliquando etiam non audito eo, qui dimittitur. Verùm quanvis ad Institutiones, quas scribo, sufficiens sit remittere Lectorem ad ipsum P. Suarez, tamen quia querela prædicta quotidiana est; & apud plures Instituto Societatis non bene affectos, nec ejus regiminis a Summis Pontificibus approbati conscios, magnam ingerit in eorum intellectu difficultatem, & involuntun-

214 *Lib.3. Par.1. Cap.6. de Ord. Jur. servari a Iud.*
suntate a Societate aversionem, ideo mihi liceat hæc
adjungere.

62 Sciendum est duplici modo posse Societatem
suos dimittere. primò in pœnam delicti commissi: secun-
dò propter causas bene visas P. nostro Generali, quæ
reddunt personam nostro Instituto inutilem, aut non
multò convenientem. Hoc posito: si ejectio fiat præcisè
in pœnam delicti commissi, prout accidere in solis Pro-
fessis potest, qui soli non possunt ejici inviri, nisi prop-
ter delictum, & incorrigibilitatem; tunc servari debet
ordo judicialis, non quidem quo ad solemnitates, &
apices Juris, ut dictum est supra, sed quo ad substantia-
lia, quæ sunt de Jure divino, & naturali; imò si opus fue-
rit attentis circumstantiis occurrentibus, peti potest fa-
cultas a P. N. Generali procedendi judicialiter, & ser-
vari Paradigma jam explicatum, quo uti non est licitum,
ut dixi, sine licentia ejusdem Generalis. Ratio est, quia
ejectio è Religione est gravissima pœna; ergo non potest
imponi, nisi probato delicto judicialiter, saltem quo ad
substantialia. Ergo quoties quis solùm in pœnam expel-
litur, nullo habito respectu, qui per se sufficiat ad ejici-
endum eum, prout accidit in Professo; toties non potest
ejectio fieri sine servato, quo ad substantialia, ordine
judiciali.

63 Si verò ejectio fiat secundo modo, prout accidit
in non Professis, nimirum Scholaribus approbatis, &
Coadjutoribus non formatis (Formati enim licèt non
sint propriè Professi, sunt tamen suo modo in termino, &
nullo modo in via, seu probatione) qui expelli possunt
non in pœnam, nec propter incorrigibilitatē, sed propter
commodum Religionis; quia nimirū ex retentione illius
Subditi nullam ea sperat emolumentum; tunc non opus
est ordine judiciali, non solùm quo ad solemnitates, sed
nec quo ad substantialia, sed sufficienti habita noticia,
quan-

quantum sufficit ad alia negotia gravia expedienda, devenire possunt Superiores ad dimissionem, quæ non est purè pœnalis, sed etiam conventionalis, nimirum de consensu dimissi, & Religionis dimittentis.

64 Ratio est, quia Scholaris approbatus sub hac conditione, & pacto admittitur in Societatem, ut quando vel ipse meruerit, vel Religioni videatur ad sui indemnitatem, & commodum necessaria ejus expulsio, ea justè fieri possit. ergo hæc pœna dimissionis est fundata in conventionione ipsius Religiosi, qui nunc dimittitur, & Religionis, quæ dimittit, adeoq; expulsio non est pœna legalis, idest imposita a lege delicto, quæ pœna infligi non potest Reo, nisi ejus delictum, cui illa pœna est taxata, judicialiter probatum sit; sed est pœna conventionalis, & per consequens nullus ordo judicialis est necessarius in hac dimissione, sed sufficit, ut causa dimissionis sit justa secundum Constitutiones, & de ea habeat Superior notitiam moraliter certam.

65 Est autem causa justa, quoties Subditus admonitus de delicto, non dat spem emendationis, nec ostendit sui personam futuram utilem Societati. Imò aliquoties potest esse tale delictum, ut ex eo timeatur grave detrimentum Religionis, unde ad præcavendam infamiam ipsius Religionis, non est opus, ut moneatur Subditus, sed statim ac habetur notitia moraliter certa de ejus delicto, dimitti potest. Habetur autem notitia moraliter certa, quoties Superior non facile credidit unius dicto, seu denunciationi, sed diligentiam adhibuit moralem ad veritatem acquirendam. Quod si delictum denunciatur Superiori, ut Patri, non potest Superior etiam si notitiam certam habuerit, procedere statim ad ejectionem Delinquentis, sed debet illum monere, & curare ejus emendationem, quæ est finis talis Denunciationis; itam notitia hoc modo habita sub tali conditione sit

habita, ut procureretur emendatio Subditi, non autem, ut puniatur. Quod si post debitam monitionem, nulla videatur emendatio; tunc licitè fit transitus ad Denunciationem judicialem, quia talem trāsitum meretur contumacia Subditi, & ideo deveniri ad ejectionem Delinquentis potest, dum de contumacia constat. Quod ipsum fit quoties aliàs urget ratio boni communis, ut postulet subitam ejectionem Delinquentis, quia in tali casu denunciator tenetur non dare notitiam tanquam Patri, sed tanquam Judici, ut provideatur bono communi; non negatur tamen unquam audientia Reo, ut si quam habeat excusationem, aut afferat purgationem, ea a Superiore admittatur.

66 Hinc differentia inter ejectionem Professi per modum pœnæ legalis, & ejectionem Scholaris approbati, aut Coadjutoris non formati per modum pœnæ conventionalis, hæc est, nimirum in prima requiritur certitudo, & probatio plena, in secunda sufficit probatio talis, ut sine temeritate, & prudenter judicari possit, ita rem esse, ut denunciata fuit; aut si ipse Superior, nullo Denunciante, vigilando in Subditos, talia indicia habet de modo vivendi alicujus Subditi, ut formet judicium prudens, quod iste talis non est aptus nostro Instituto, nec Religio potest in suis ministeriis eo uti. In hac enim pœna conventionali non tam consideratur ratio pœnæ, quàm id, quod expedit bono Religionis.

67 Item alia differentia est inter has causas, & pœnas, ut pœna legalis non possit infligi, nisi præcedat ordo judicialis quo ad substantialia publici judicii, iuxta ea, quæ supra dicta sunt; in pœna autem conventionali, non est necessarium eum ordinem servare, sed sufficit moralis diligentia, quæ servatis ordine Justitiæ, & Charitatis adhiberi solet a Viris prudentibus in faciendo, vel dissolvendo aliquo contractu. Atque hæc ex P. Suarez *disso Cap. 13. lib. 10. to. 4. de Religione.* CA-

CAPUT SEPTIMUM.

DE ACCUSATORE.

UT modus procedendi in Criminalibus viae Accusationis innotescat, necesse est plura de Accusatore explicare. Ideo fit.

§. PRIMUS.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT ACCUSATIO, ET DENUNCIATIO.

Dico primò: Accusatio est delatio Rei de crimine ad vindictam publicam libello facta apud Judicem competentem. Ita communiter Doctores. Unde Accusator est, qui defert crimen alicujus per libellum ad Judicem cum subscriptione ipsius deferentis. Atque hæc dicitur Accusatio publica: ad differentiam Accusationis privatæ, quæ fit non ad vindictam publicam criminis, sed ob privatam injuriam, & ad pœnam applicandam Parti læsæ. Ita ex Farinaceo Pirhing *lib. 5. tit. 1. n. 1. in fine.*

2 Dico secundò: Denunciatio, ut supra diximus, alia est Charitativa, seu Evangelica; & est delatio criminis, quæ fit Judici tanquam Patri, ad finem correctionis fraternæ. Alia est judicialis, quæ fit ad finem punitionis Rei, & ut satisfiat Communitati læsæ: & hæc alia est publica, seu civilis, quia introducta iure civili: & est delatio per Officiales publicos ad id deputatos facta apud Judicem de crimine alicujus, ut in eum fiat Inquisitio ad vindictam publicam; & est similis accusationi, sed sine inscriptione deferentis, & in hoc ab Accusatio-

E c

ne

ne differt. Alia est privata Denunciatio, quæ fit ad privatam commodum, & interesse; ut si Servus indebitè opprimatur a Domino, vel filius a Patre, aut quilibet alius a Potentiore; qui omnes denunciant opprimentes in iudicio, ut subleventur a Judice. Pirhing cum Abbate *dicto lib. 5. tit. 1. n. 87.* Ad publicè denunciandum non admittuntur privatae personæ, quia possunt, si velint, instituire Accusationem. Ita *ex l. finali. C. de Accusat. Vallenfis lib. 5. tit. 1. §. 5. n. 1.*

3 Est etiam Denunciatio Canonica, quæ Jure Canonico inducta est ad impediendum, ne quid illicitum fiat, nimirum ne ordinetur aliquis, ne fiat Beneficiarius, &c. Et alia est specialis, seu privata: alia publica, & generalis. Privata est quæ fit apud Judicem cõpetentem Ecclesiasticum sine inscriptione, de crimine alicuius immediati Superioris Ecclesiastici ad finem potissimum emendationis, ita ut si nolit monitioni acquiescere, deponatur ab officio. *Cap. Si quis Episcopus. Cap. Illa Præpositarum. de Accusatio: &c.* Atque fit per eum, ad quem spectat habere bonum Prælatum, vel Administratorem, ut is monitus, si sit incorrigibilis, deponatur ab officio. Publica, & generalis est, quæ Jure canonico omnibus permittitur, imò sæpe præcipitur; ut est in impedimentis matrimonii, in quibus quilibet potest, imò debet denunciare Judici Ecclesiastico ea impedimenta, quæ novit de illis, qui volunt contrahere; & in rebus Fidei, in quibus omnes fideles tenentur denunciare eos, qui in Fide sunt suspecti, ut infra explicabimus. Ita ex Maranta idem Vallenfis *n. 5.* & Pirhing *dicto lib. 5. tit. 1. n. 87.* ubi addit aliam speciem Denunciationis, quæ dicitur Regularis, quæ fit a Religiosis secundum suas Constitutiones. Sed merito addit *n. 88.* quod prædictæ divisionis membra coincidunt; unde solum dividi debet Denunciatio in Charitativam, & Judicialem, & Judicialis in publicam, & pri-

& privatam, modo jam explicato.

4 Dico tertio: Ad formam accusationis requiritur primo: ut accusatio fiat in scriptis, ad hoc ut constet quid debeat Accusator probare, & ne possit aliquid mutare in eo, quod proposuit. Potest tamen ex consuetudine fieri verbis, dummodo ea, quæ Accusator dicit, scribat Notarius; ut notat Clarus *quest. 12. n. 7.* apud Lessium *lib. 2. de Justit. cap. 30. dubit. 1. n. 2. versu. Primum.* Secundo: ut ponatur dies, & annus ipsius institutionis Accusationis, quanvis hoc non sit necessarium. Tertio: debet in accusatione poni nomen Accusatoris, & Accusati, quanvis si nesciatur nomen, possit ex habitu, & aspectu describi. Quarto locus, & tempus, quo commissum est delictum, aliter accusatio esset inæquæ, & ipso Jure nulla; quanvis non sit necesse diem, & horam in libello, id est in scriptis ponere, sed sufficit mensis, & annus, nisi Accusatus id petat ad sui defensionem; potest enim se defendere probando se eo die, & hora non fuisse in tali loco, ubi dicitur deliquisse; & ideo tenentur Accusatores ponere in scriptis diem, & horam delicti docet cum Gomezio, Claro, & Emmanuele Soarez, Lessius *dicto cap. 30. dubit. 1. n. 5.* dicens esse communem sententiam. Denique inscriptio Accusatoris, qua se obligat ad pœnam talionis, debet poni in libello accusationis; quanvis hodie, ne terreantur homines ab accusando, & sic remaneant crimina impunita, non soleat inscriptio, qua Accusator se obligat ad pœnam talionis, id est ad eam pœnam, quam meretur delictum accusati, apponi in libello in Curiiis sæcularibus; nam in Ecclesiasticis ex Cap. *Qualiter, & quando. il. secundo. de Accusat.* videtur esse necessaria. Dicitur enim: *criminalis Accusatio, qua ad diminutionem Capitis, id est degradationem intenditur, nisi legitima precedat inscriptio, nullatenus admittatur.* Solet nihilominus in Curiiis sæcularibus, si non

eadem poena, aliqua tamen minori, arbitrio Judicis puniri Accusator; qui crimen non potuit probare. In Denunciatione verò nec requiritur inscriptio Denunciantis, nec Denuncians facit se Partem, sicut Accusator. Prædicta requisita in Accusatore colliguntur ex variis legibus; quas adducit Pirhing *lib. 5. tit. 1. m. 2.* in cuius fine ex aliquorum Doctorum sensu ait, quod hodie loco accusationis successit simplex querela, quæ differt ab illa in hoc, quod in solemnibus libello, qui offertur, non ponatur inscriptio.

§. SECUNDUS.

QUI POSSIT ACCUSARE, ET IUDICIA-

Dico primò: Omnes possunt accusare, qui non sunt expressè ab accusando repulsi. Et quidem si crimen est publicum, quilibet de populo accusare potest: si est privatum, ille solum ad quem spectat; nimirum, qui iniuriam passus est, vel damnum. Lessus *lib. 2. de Iust. cap. 30. n. 19.* Dicitur autem publicum, quod ad publicam utilitatem spectat; ut puniatur, ut est crimen læsæ Majestatis divinæ, nimirum hæresis, blasphemia, oversio Templorum &c. & crimen læsæ Majestatis humanæ. Item publicum crimen dicitur, quod leges protali habent, ut homicidium, parricidium, adulterium &c. quæ sunt in damnum Reipublicæ. Dicitur verò privatum crimen, quod cedit in damnum alicujus private persone, ut est furtum, rapina, injuria &c. Ita, *ex l. prima ff. de Publicis Iudiciis, & l. fin. ff. de Privatis Delictis.*

6 Dico secundò: Prohibentur Clerici accusare laicos criminaliter, & laici similiter Clericos. *ex Can. Si-*

ent Sacerdotes. 2. quest. 7. & quidem ad publicam vindictam, sive agatur de causa sanguinis, sive non, accusare Clerici non possunt. Si verò ad propriam injuriam, vel Ecclesiæ suæ prosequendam, possunt, dummodo non sit imponenda poena sanguinis, quando Clericus accusat laicum. Ita cum aliis Pirhing dicto lib. 5. tit. 1. n. 4. ver. Secundo prohibentur. & Vallensis lib. 5. tit. 1. §. 2. n. 3. Excipiuntur crimina publica enormia, & excepta, ut est crimen læsæ Majestatis, hæresis, Simonia &c. De quibus possunt laici quicumque accusare Clericos, sicut & in crimine dilapidationis bonorum Ecclesiæ, ex Claro, & Farinaceo adductis ab eodem Pirhing in fine.

7. Dico tertio: Accusare non possunt pupilli propter ætatem ex l. Qui accusare possunt. ff. de Accusationibus C. c. Can. Prohibentur. 2. quest. 1. nisi suam, vel suorum parentum injuriam prosequantur. l. 2. §. Pupillus. ff. de Accusat. Quod si pupillus sit major, quam infans, id est sit in ætate supra septem annos, quamvis impubes, id est non adhuc 14. annum compleverit, potest auctoritate Tutoris accusare. Si verò sit pubes, sed non dum habeat 20. annum, non potest solus sine auctoritate Curatoris accusare, nisi suam, aut suorum injuriam prosequatur; cum auctoritate tamen Curatoris omnes maiores, dummodo 14. Annum expleverint, accusare possunt. Ita ex Claro, Pirhing lib. 5. tit. 1. n. 4. verso Tetra. Aliquis.

8. Dico quarto: Accusare non possunt mulieres propter sexus fragilitatem. eadem l. Qui accusare. ff. de Accusat. Et eodem Can. Prohibentur. 2. quest. 1. nisi suam, suorumque injuriam prosequantur. Unde est, quod possit accusare occiforem mariti sui ux. l. Centis. ex. causa. ff. de Accusat. & in aliis causis exceptis, id est in quibus omnes accusare possunt, ut supradictum est.

9. Dico quinto: Accusare prohibentur utroque Jure Infames, & quidem Jure Canonico ex Can. Infames. 6.

quest. 1. in fine, & civili ex l. Qui accusare. ff. de Accusat. nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur. Advertit Pirhing n. 5. cum Claro, & Farinaceo, quod ex Jure canonico prohibentur accusare, non solum qui sunt infames infamia Juris, sed etiam infamia facti, & insuper criminofus, quanvis non fit defacto accusatus, & diffamatus; de Jure tamen civili non repellitur ab accusando, qui delictum fecit, per quod est ipso jure infamis, nisi fuerit accusatus de illo.

10 Dico sextò: Excommunicatus excommunicatione majori, sicut repellitur ab agendo in judicio. *Cap. Intelleximus. juncta Glossa de Iudiciis, & Cap. 1. de Exceptionibus in 6. ibi: repellat agentes.* ita excluditur ab accusando, quia idem est Actor in Civilibus, ac Accusator in criminalibus. Quod servandum esse etiam in foro laicali, & etiam si suam, vel suorum injuriam prosequatur, docet cum Claro, & Farinaceo, Pirhing *loco citato num. 6.*

11 Dico septimò: Repelluntur ab accusando Parentes Filii, Patronos Liberti, Dominos Servi, & Vassalli, excepto crimine læsæ Majestatis divinæ, & humanæ. Item Pagani, & Judæi non possunt accusare Christianos, nec Hæretici Catholicos etiam in criminalibus exceptis. Item Pauperes non possunt accusare, nisi sint probate vitæ. Item Milites, qui stipendiis vivunt, & promiserunt propter salutem Reipublicæ se non evitatuos mortem. Item Magistratus, & Principes ab accusando repelluntur propter eorum Dignitatem. Item alii propter turpem quæstum, qui scilicet nummos accipiunt, ut accusent, vel non; & qui duo judicia adversus duos Reos subscripta habent. Item Socius criminis non potest Socium de eo accusare. Item accusatus criminaliter, pendente accusatione, non potest reaccusare in pari, vel minori crimine Accusatorem suum, nisi suam, vel suorum

rum injuriam prosequatur. De majori autem crimine, potest Accusatus ante litis contestationem accusare alium, non verò postea. Ita *ex præcit. Can. Prohibentur. 2. quest. 1. & l. Qui accusare. ff. de Accusatio.* Pirhing *dicto lib. 5. tit. 1. n. 6.* Vallensis *lib. 5. tit. 1. §. 2. per totum.*

12. Dico octavò; excluduntur ab accusando illi, qui semel accusarunt aliquem de tali crimine, & postea destiterunt ab accusatione, qui non possunt eundem de eodem crimine accusare. *L. Accusationi. C. De his qui accusare non possunt.* imò perpetuum silentium tali accusatori imponitur. *Cap. Licet. de Accusat. ibi: Super prædictis silentium duximus imponendum, nec te de cetero eis super his accusare liceat.* Similiter nemo potest accusare aliquem de crimine, de quo absolutus est per sententiã definitivam. *Cap. De his criminibus. de Accusat.* nisi fortè ex collusione, idest fraudulenta, & latente conventionione inter Reum, & primum Accusatorem, secundus dicat malè illum fuisse absolutum: quæ collusio præsumitur, quoties primus Accusator conversatur cum Accusato, vel post litem contestatam amplius nec compareat Accusator, nec Accusatus. Ita ex Maranta, & Abbate, Vallensis §. 2. n. 1. Qui n. 9. advertit quod hodie munus accusandi apud sæcularem Judicem deferatur Procuratoribus Fisci, & apud Judicem Ecclesiasticum Clericis, qui Promotores, aut Procuratores Fiscales, vel Syndici dicuntur, aut Nuncii, qui tamen se inscribere non debent, cum in exhibitione officii videantur non esse suspecti de calumnia.

13. Dico nonò: Inimicus Accusati repellitur ab accusando, si inimicitia sit inter eos gravis, & repellitur etiã in crimine excepto. *Glossa in Cap. Meminimus. de Accusat. in expositione casus in fine.* ubi sic: *nota quod inimicus non admittitur ad accusandum etiam in crimine excepto.* Imò & familiares Accusatoris, nimirum, qui cum eo con-

ver-

versantur, & sunt amici, repelluntur. *Cap. Repelluntur. de Accusat.* Similiter qui tulit testimonium in causa criminali contra aliquem, non potest eundem in eadem causa accusare; quia præsумitur inimicitia orta inter eos, ut colligitur *ex Cap. Cum P. de Accusat.* quod si testimonium quis tulerit coactus, & de mandato Judicis, & non sponte sua, tunc poterit accusare, quia non præsумitur inimicitia. Ita Abbas *in Cap. Cum P. n. 14. in fine.* Quæ hucusque dicta sunt habentur *in practicato Canonæ: Prohibentur.* & *L. Qui accusare.* & ut memoria teneantur his versibus continentur.

*Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus,
Suspectus, Quæstu corruptus, sortilegusque,
Infamis, Servus, Pauper, cum Milite Princeps,
Libertus, Socius socium, nec non Inimicus,
Clericus Ecclesiam nullus deferre valebit.*

14 Dico tandem: accusari quicumque possunt, si sint usu rationis capaces ad delinquendum. Pirhing *cum aliis lib. 5. tit. 1. n. 23.* Excipiuntur tamen Absentes, qui de capitali crimine accusari non possunt, ne quis condemnetur inauditus. Item aliqui ratione Dignitatis accusari non possunt, ut Papa, Imperator, & Rex, & Alii durante officio, nec possunt accusari; ut Magistratus populi, Legatus Imperatoris &c. *L. Hos accusare. ff. de Accusat.* Sunt variæ quæstiones hîc resolvendæ; ideo sit.

QUÆSTIO PRIMA.

UTRUM AB ACCUSATORE, VEL DENUNCIATORE præmitti debeat fraterna monitio?

15 **D**ico primò: quando peccatum est publicum, potest sine peccato fieri denunciatio, vel accu-

S. 2. *Qui possit accusare, vel accusari. Quæst. 1. 225*

accusatio; & similiter quotiescumque crimen est probabile in iudicio, nulla prærequiritur monitio secreta ad hoc, ut Reus desistat, ut satisfaciat &c. Ratio est quia in tali casu propter bonum publicum, ut scilicet delicta puniantur, concessa est accusatio, aut denunciatio iudicialis. Ergo Reus non potest rationabiliter conqueri, quod non fuerit admonitus, cum iam scire debeat se esse accusandum, vel denunciandum. Item quoties peccatum est publicum, non sufficit, ut peccator corrigatur, sed requiritur publica satisfactio. Ergo non prærequiritur secreta monitio ante accusationem, aut denunciationem iudicalem. Ita Lessius *lib. 2. de Iustit. cap. 30. dubit. 2. n. 10.* Sanchez cum innumeris, quos citat *lib. 6. Consil. cap. 2. dub. 5. n. 2.*

16 Dico secundò: Si delictum est occultum, & speratur emendatio Rei, & satisfactio ab ipso, si qua danda esset; tunc tenetur quisque ex lege charitatis, antequam accuset, aut denunciât iudicialiter, monere proximum, ut desistat a crimine. Si verò crimen sit tale, ut non vergat in damnum privatum ipsius Rei, sed Reipublicæ, ut est occulta hæresis alicuius, aut occulta machinatio contra Principem, & similia, ex quibus pendet publicum incommodum, tunc nulla est necessaria charitativa monitio, sed debet Reus occultus Superiori tanquam Iudici denunciari, vel accusari; quia majus est periculum, quod impendit Reipublicæ, quàm sit damnum privatum, & infamia, quod ex accusatione impendit ipsi Reo, qui, ut pars Reipublicæ, debet cum proprio detrimento prospicere bono totius. Ita Lessius *lib. 2. cap. 30. de Iust. dub. 2. n. 12.* Layman *lib. 3. tract. 6. cap. 3. n. 6.* cum Divo Thoma, & Sylvestro. Pirhing *lib. 5. tit. 1. n. 18.*



FF

QUÆ.

QUESTIO SECUNDA.

AN ACCUSATOR POSSIT DESISTERE. AB.

Ab accusatione incepta, & an iudex possit repellere Accusationem, & repellere.

17) Dico primò: Accusator in causa propria potest ab Accusatione desistere, & Reus etiam pretio oblato ipsi Accusatori potest petere; ut desinat. Quia unicuique liberum est juri suo cedere. In causa autem criminali ante litem inchoatam, si crimen est tale, ut non sit obligatio accusandi, potest etiam quis ab accusatione desistere; si verò est causa inchoata, non potest sine licentia Judicis; quia propria auctoritate non potest se liberare ab onere probandi, quod suscepit; imò si jam Accusatus, fuit in tormentis positus, aut jam sic factus infamis; nec potest Accusator desistere sine consensu ipsius Accusati. Quod si sine Judicis, & Rei consensu desistit, imponam in dicitur S. C. Turpilliani, si crimen est publicum, vel in poenam arbitriariam Judicis, si est privatum; ex L. 1. C. Ad Senatus Consultum Turpillianum. & L. Si quis. ff. eodem tit. Lessius lib. 2. de Iust. cap. 30. dabit. 3. n. 18. Pithing lib. 3. tit. 1. n. 19. & alii.

18) Dico secundò: Tenetur Accusator desistere, si cognoscat se errasse in accusando, vel incipiat dubitare, & dubium perseverat an sit verè Reus ille, quem accusavit, vel si videt se non posse crimen probare. Ratio est quia in talibus casibus prosequi accusationem est calumniatio, quod est illicitum. Ita Lessius n. 14. & Pithing n. 20.

19) Dico tertio: Potest Iudex repellere Accusatorem, atq; etiam ex hoc esse Accusator desistere ab accusando; primò: si Accusator non sit legitimus, id est sit animi-

S. 2. *Qui possit accusare, vel accusari. Qu. 2. §. 3. 227*
 criminolosus, aut ex alio defectu impotens accusare. *Cap. Si legitimus. de Accusat. C. 1.* Secundo: si videt Judex libellum accusationis laborare quo ad aliquod substantialiale. Tertio: si accusatus sit aliquis, qui non potest puniri sine magna perturbatione Reipublicæ, tunc Judex Supremus, seu Princeps potest inchoatam accusationem abolere, Judex autem inferior potest non admittere, & repellere, non quidem jure ordinario, sed ex tacita Principis voluntate; si autem fuit inchoata accusatio, poterit suspendere, & interim Principi notificare, damnum Reipublicæ, quod eveniret si ea accusatio prosegueretur. Quarto: si persona accusata, est valde utilis Reipublicæ, supremus Princeps potest accusationem abolere; inferior autem Judex, si non agitur de injuria Parris, potest accusationem vel non admittere, vel admissam impedire. Si autem agitur de injuria Parris, non potest. Ratio est, quia non ad Judicem inferiorem principaliter spectat, sed ad Principem promotio boni publici; ad inferiorem autem spectat administratio justitiæ, & officii sui; ideoque non potest, cum agitur de injuria Parris, se eximere sub prætextu majoris boni publici ab administrando officio suo dicendi jus Parris; poterit tamen Principi notificare, quod ipsi videtur expedientius. Ita Lessius *lib. 2. de Justis ap. 30. dub. 3. n. 16.* & Cardinal. de Lugo *tom. 1. de Jure, §. Inst. disp. 37. sect. 7. n. 74.* cum aliis.

QUÆSTIO TERTIA,

UTRUM MONACHI POSSINT ACCUSARE ABBATEM.

20 **R**espondeo affirmativè, quia licet aliis exteris accusare non possint, quia sunt mortui mundo, nec habent velle, & nolle, tamen possunt

Abbatem malum accusare, quia perinet hoc ad utilitatem Monasterii; sicut etiam alios externos accusare possunt cum licentia Abbatis, si conducit accusatio ad utilitatem Monasterii. Ita in *Cap. Ex parte. de Accusat. dummodo non sint excommunicati, vel inimici Abbatis, vel conspiratores. Pendente autem accusatione, quia nondum Abbas est privatus officio, tenentur obedire Abbati, non tamen si præciperet eis, ut desisterent ab accusatione, quia hoc præceptum esset injustum. Ita cum Abbate in dictum Cap. Ex parte. n. 4. de Accusat. Pirhing lib. 5. tit. 1. n. 10.*

21. Insuper tenetur Monasterium ad subministracionem expensarum ad litem, nisi Monachus accusans haberet aliunde pecuniam; cessat enim tunc ratio assignata in dicto Cap. Ex parte. de Accusat. nimirum quod Monachus non habet proprium, ex quo possit expensas præstare. Et idem dicit Abbas in dictum Cap. Ex parte. n. 9. ubi notat, quod si Monachus prosequatur causam suam, id est causam suæ electionis in aliquam dignitatem extra Monasterium, non debet Monasterium subministrare expensas. Ipsi autem Abbati accusato debet etiam expensas subministrare Monasterium, ut se defendat.

22. Præterea notat idem Abbas dicta n. 9. quod antequam admittatur Monachus ad accusandum Abbatem, debet ad cognitionem causæ præcedere cognitio: num bono, aut malo zelo moveatur. ex *Can. Querendum. 2. quest. 7.* ubi sic: *Querendum est in iudicio cujus sit conversationis & fidei is, qui accusat, & is qui accusatur, quoniam hi, qui non sunt recte conversationis, & fidei, & quorum vita est accusabilis, & quorum vita, & fides neficitur, non permittuntur Majores natu accusare. Videatur prædictus Abbas in dictum Cap. Ex parte. de Accusat. & Pirhing lib. 5. tit. 1. a n. 10. usq; ad 15.*

QUÆSTIO QUARTA:

UTRUM ACCUSATIO FIERI POSSIT PER

Procuratorem, aut accusari absens, &

Quomodo procedendum contra absentem contumacem.

23 **D**ico primò: In causis criminalibus, nec accusandum, nec ad Reum defendendum, admittitur regulariter Procurator. *ex Can. In criminalibus. 5. quæst. 3. & Can. Qui accusare. 3. quæst. 9. & L. Accusatore defuncto. §. Ad crimen. ff. de Publicis Iudic.* Et ubi agitur de pœna capitali, vel afflictiva corporis admittere Procuratorem esset reddere iudicium eluforium, quia si Reus sciret, se condemnandum, non comparet, sed per Procuratorem prosequeretur litem, adeoque nunquam damnari posset. *ex L. Absentem. ff. de Pœnis. & L. Absentem. C. de Accusat. in quibus dicitur non damnandum esse absentem.* Idipsum dicitur *in Can. Absens. 3. quæst. 9.* Nec damnari potest Procurator, quia non damnatur, nisi auctor sceleris. *ex L. Sancimus. C. de Pœnis.* ubi sic: *Sancimus ibi esse pœnam, ubi & noxia est, peccata igitur suos authores teneant.*

24 Dico secundò: potest Procurator admitti ad excusandam absentiam Rei, & ad opponendas exceptiones dilatorias, & similes, quæ ante litis contestationem solent proponi, nimirum, quod Accusator sit infamis, vel alio modo inhabilis, aut quod Iudex non sit competens. *Eadem L. Accusatore. §. Ad crimen. de Publicis iudiciis; & etiam deducitur ex Cap. Veniens. de Accusat. ibi: Nec Procuratores ejus in causa possemus recipere criminali, est autem concessimus Auditores, ut se possent illum aliquatenus excusarent.* & docet Abbas *in dictum Cap. Veniens. in*

25 Dico tertio: Potest Procurator admitti in causis criminalibus, quando non agitur de poena capitali, aut corporis afflictiva, sed solum pecuniaria, seu quando non agitur criminaliter, sed civiliter. Ita Glossa in Cap. 1. v. *Criminalis. de Iudiciis. in 6.* & est assertio communis; & ratio est clara, quia in talibus causis poena non debet tangere ipsam personam Rei, sed ejus bona; ergo nihil interest Parti, aut Fisco quod Reus sit praesens, & compareat per se ipsum, an per Procuratorem.

26 Dico quarto: Dantur casus, in quibus possit Procurator admitti, & ideo in prima conclusione dixi regulariter non admittitur in causis criminalibus. Et primo: si accusatus est in carcere detentus, vel in alio loco extra territorium Judicis. Et ratio est, quia in tali casu non potest eludi iudicium criminale, adeoque cessat ratio supra assignata. Secundo: quando Reus comparere per se ipsum non potest, vel quia v. g. est tota Universitas accusata, quae tota per se ipsam comparere non potest, vel quia prohibetur a Jure, ut compareat, ut est monialis Rea, quae e Monasterio exire non potest. Tertio: si agatur de crimine contra Reum criminaliter, sed alius habet interesse proprium, potest Procurator admitti; v. g. agitur contra Servum, contra Monachum, contra Filium, poterit Dominus Servi, Abbas Monachi, Pater illius defendere Reum, quia isti agunt de suo interesse, adeoque vel per se, vel per Procuratorem comparere possunt, Ita cum Abbate in Cap. *Veniens. de Accusat.* Pirhing lib. 5. tit. 1. n. 34. Quarto: in crimine injuriarum Personae illustris, quae per Procuratorem excipere potest, non tenetur per se ipsam comparere. Quinto: in crimine suspecti Tutoris admittitur Procurator. Videatur dictus Pirhing, & Abbas in dictum Cap. *Veniens.*

27 Notandum, quod in casibus, in quibus de jure non admittitur Procurator ex parte Rei, aut Accusantis,

si ad-

si admittatur, non opponente Parte, quanvis Glossa in Cap. 1. v. Criminalis: de iudiciis in 6. affirmet valere iudicium; tamen alii cum Abbate in dictum Cap. Veniens. n. 23. de Accusat. verius existimant iudicium fore nullum; quia consuetudo declarat, quod eo ipso, quod agitur de poena afflictiva corporis, siue ex parte Rei, siue ex parte Accusantis fiat iudicium per Procuratorem, erit nullum.

28. Dico quintò: si Reus absens est contumax, id est vocatus ad iudicium, venire recusat, quid faciendum sit de Jure civili habetur in L. 1. ff. de Requirendis Reis, vel absentibus damnandis. & in L. 1. §. 2. C. de Requirendis Reis. De Jure verò Canonico statuitur, quod si lis est contestata, potest deveniri ad sententiam condemnatoriam absentis contumacis, quoties de delicto constat, & executio sententiæ fieri potest in absente, ut est privatio Beneficii, aut depositio ab officio; *Can. Decem. m. s. 3. quest. 9. & Cap. Veritatis. de Dolo, & contumacia.* Si verò sententiæ executio non potest in absente, quia poena est degradatio, & traditionis in manus Curiaæ Sæcularis, aut carceris perpetui, quæ æquiparatur morti, non potest deveniri ad sententiam condemnatoriam, quia frustra daretur, cum exequi non possit. Est autem interim excommunicandus, & si post annum in excommunicatione persistat, ita ut infra annum non compareat, habetur pro convicto; ideoque contra eum potest sententia condemnatoria ferri, ea nimirum quæ potest executioni mandari. Hoc ipsum fit contra Accusatorem, qui desinit ab accusatione, & post rem inum præfixum non venit ad proseguendam accusationem. Si autem Reus absens, sicut & Accusator intra tempus præfixum veniant, audiuntur. Ita ex Abbate Pinking lib. 5. tit. 1. n. 36. ver. Verum. ex *Can. Rursus. & Can. Quicumque. 1. 1. quest. 3.* Quod si lis non fuerit contestata, nec deveniri

potest ad sententiam condemnatoriam, nec ad testium receptionem; quia *ex Can. Absente. & Can. Revera. & Can. Absens. 3. quest. 9.* habetur quod nulla sit sententia contra absentem, nec absens aliquis judicari potest: *quia divina, & humana hoc prohibent Leges.* Poterit tamen si Reus absens sit infamatus viâ inquisitionis procedi contra Reum modo dicto in superioribus. Videatur Glossa in *Cap. Veritatis. §. Probatum post medium, vers. Vel melius. de Dolo: & contumacia.*

S. T E R T I U S.

DE EFFECTIBUS ACCUSATIONIS, SIVE in Reo, sive in Accusatore.

29 **D**ico primò: Principalis effectus Accusationis in Reo, est ut ipsi legitimè convicto imponatur poena ordinaria, si ea est jam taxata a lege, vel arbitraria, seu extraordinaria, idest per sententiam Judicis arbitrio infligendam.

30 Dico secundò: Effectus alius pœnalis accusationis criminalis est, ut accusatus, vel denunciatus judicialiter de crimine, non possit, pendente accusatione, vel denunciatione, promoveri ad dignitatem aliquam. *Cap. Omnipotens. de Accusat.* nec ad Ordines: nec potest esse testis in causa criminali, nisi in criminibus exceptis; nec esse procurator alicujus, nec alium accusare. Non tamen privatur exercitio juris jam antea acquisiti. Abbas in *dictum Cap. Omnipotens. n. 3. & Pirhing lib. 5. tit. 1. n. 42. in fine. & Fagnanus in dictum Cap. Omnipotens. n. 8. de Accusat.*

31 Notandum tamen, quod accusatio debet esse legitima, ut accusatus, pendente accusatione, promoveri
non

non possit ad honores, & dignitates. Item accusatio debet esse de crimine gravi, & criminaliter, non civiliter ad proprium interesse, ut impediatur accusatus a promotione ad honores, & dignitates. Videatur Fagnanus a n. 13. usque ad 19. & Pirhing toto n. 43.

32. Movent hic Doctores quæstionem, an si quis, pendente accusatione, fuerit promotus, & deinde declaratur Innocens, teneat promotio? Et vera responsio est, quod si declaretur Accusatorem calumniosè accusasse ad impediendam promotionem Accusati, tenet promotio; si verò Accusator probabili credulitate ductus accusavit, non tenet promotio; non quia promotus sit infamis, aut criminofus, sola enim accusatio criminofum non facit. *Can. ultimo. 15. quæst. ult.* Sed quia contra Juris dispositionem promotus. Ideoque post declarationem innocentia, requiritur nova promotio. Ita cum pluribus Fagnanus in *Cap. Omnipotens n. 24. de Accusat.*

33. Dico tertio: Accusator calumniosus, qui per suam accusationem iniquam fuit causa occisionis Innocentis; præter poenam rationis, vel aliam arbitariam, debet ex *Cap. Accusasti. de Accusat.* jejunare quadraginta diebus in pane, & aqua, quod jejunium vocatur Carina a carentia hominum, quia iste talis reducitur ad vitam solitariam. Ita Glossa in dictum *Cap. Accusasti. v. Carina.* & per septem annos sequentes poenitentiam agere; si verò accusatus non fuit occisus, sed mutilatus, debet Accusator calumniosus per tres quadragesimas poenitentiam agere. Notat cum Abbate Pirhing *lib. 5. tit. 1. n. 40. versu notandum 2. in fine.* quod quando imponitur jejunium in pane, & aqua pro certo numero annorum, non intelligitur quod poenitens debeat quotidie jejunare in pane, & aqua, sed tribus feriis Canonice in qualibet hebdomada, nimirum Feria secunda, quarta, & sexta.

§. QUARTUS Salvo obsequio
 DE MODIS, QUIBUS TOLLITUR, AUT
 extinguitur Accusatio criminalis.

34 Dico primò: Accusatio criminalis tollitur per præscriptionem 20. annorum a die commissi delicti. *l. Querela. Co. ad legem Corneliam. de Falsis. omnis igitur accusatio criminis, quod transit, & non est permanens (prout est v. g. hæresis, aut matrimonium contra Canones initum) si transeunt 20. anni, non potest amplius prosequi; & nota quod præscriptio 20. annorum est pro accusationibus criminalibus; nam pro civilibus, requiruntur 30. anni. Pirhing cum aliis. lib. 5. tit. 1. num. 46.*

35 Dico secundò: Per mortem Accusatoris antequam sententiam, extinguitur accusatio, quæ non transit ad hæredes. *l. Libellorum. §. Si Accusator. ff. de Accusationibus.* ubi dicitur, quod mortuo Accusatore, cancelatur accusatio, postulante Reo, non tamen absolute, sed ita ut intra 30. dies alius accusare possit. Item juxta primam, & secundâ lecturâ Bartholi prædictæ *L. Accusatore defuncto. in princip. ff. de publicis judiciis.* potest Judex accusatore defuncto, processum prosequi, & finire. Quod Glossa *Verbo judicante.* intelligit intra 30. dies juxta *L. Libellorum præcitatam.*

36 Dico tertio: Per mortem Rei extinguitur omnis poena corporalis, ita ut eam hæredes non debeant sustinere, adeoque cessat omnis accusatio criminis criminaliter. *l. Defuncto. ff. de publicis Judiciis.* Dixi criminaliter, quia si de crimine agitur civiliter, vel de poena pecuniaria applicanda Fisco, dicendum est, quod si Reus moriatur ante sententiam condemnatoriam, etiam post

litem contestatam, non debet talis poena solvi ab hæredibus. *Ex Judiciorum. ff. de Accusat.* Si autem mortuus est post sententiam condemnatoriam, debent hæredes pecuniam solvere applicandam Fisco. Quod si poena pecuniaria est applicanda Parti læsæ, civiliter de crimine agenti, non tenentur hæredes ad solutionem pecunie applicandæ ipsi Parti læsæ, nisi mors Rei fuerit post litem contestatam, etiamsi adhuc condemnatoria sententia non fuerit pronunciata. Ratio est quia solutio, ut poena, non transit ad hæredes, quia actio poenalis ex delicto, vel quasi delicto descendens Authorem delicti solum insequitur *ex citat. Ex Judiciorum. in fine.* & Glossa *v. poena.* & *v. secuta.* At post litem contestationem est actio ex quasi contractu, cum litem contestatio sit quasi contractus inter Reum, & Actorem, quæ actio transit ad hæredes Defuncti. Ita ex variis Juribus, & Doctoribus *Pithing. dicto in 46. in fine.* *Ex v. ad litem contestatam.*

CAPUT OCTAVUM.

DE REO. §. QUONOMO QUONOMO

Reus in criminalibus est, qui accusatur, ut dictum est, & de eo plura occurrunt explicanda.

§. PRIMUM.

DE VERITATE DICENDA A REO.

Suppono, quod aliquando Judex per generale prædictum præcipit, ut criminis, quod est factum notorium, auctor se prodatur; aliquando vero in judicio Reum accusatum interrogat; & hæc interrogatio fieri potest servato ordine Juris, et non servato

illis His postis non potest non manifestare non
 in iudicio. Per mandatum generale etiam cri-
 minis notorii, auctor occultus non tenetur se prodere,
 seu manifestare, quia licet crimen, id est factum, sit pu-
 blicum, tamen actio huius hominis, est adhuc occulta;
 sed iudex non habet potestatem iudicandi de occultis.
 ergo non potest per mandatum generale obligare Reum
 occultum, ut manifestet se fuisse authorem illius delicti,
 quod, quia est factum permanens, est publicum. Acque
 ita cum Soto, Corduba, Navarroz, Sylvestro, Armilla,
 Solanis Sanchez lib. 6. *Confess. cap. 3. de lib. 28. in 4. q. 2. c. 2.*
 illi. Neque obstat. *Quidam maligni, quest. 1.*
 ubi Papae Gregorius excommunicationem fulminavit
 contra illum, qui bellum famosum noctu posuit in loco
 publico Civitatis contra suam. Noratium Castellanum,
 cui se prodere nuntiatus. *Canon Quin. de quibusdam.*
His Authoritatibus. de Poenit. dist. 1. ubi dicitur: non tibi
dico, ut te prodas. Præterea poterat esse necessaria in eo
 casu manifestatio Reo ad resuscitandam vitam, quam læ-
 ferat, & ideo si contumax fuisset ille Reus, incurrisset
 excommunicationem. Sed quoties non est necessaria ta-
 lis manifestatio, quia nimirum potest ille Reus se corri-
 gere, & satisfacere sine manifestatione sui, non videtur
 quomodo obligari possit ad hanc manifestationem. Non
 taneam. Poterit utique Iudex post mandatum generale
 procedere per viam Inquisitionis, & hoc sufficit ad sa-
 tisfaciendum scandalo populi.

4. Dico secundum Reum interrogatum de crimine,
 quod probari non potest, non peccat contra Iustitiam,
 obgando, & dicendo, quod Accusator calumniatur, &
 mentitur. Ratio est, quia Reus interrogatus de crimine,
 potest se defendere quacunque via, dummodo non dicat
 mendacium, sed dum dicit Accusatorem in casu nostro
 inferre sibi calumniam, & mentiri, non dicit mendacium.

.olli

s 30

ergo

ergo &c. Minor probatur, quia de eo, quod probari non potest, præsumitur calumnia, & quod in iudicio non probatur, præsumitur falsum. ergo Reus dicens Accusatorem dicere falsum in casuposito, verum dicit juxta leges. Atque ita cum Navarro, Sylvestro, & Petro Navarra, Lessius lib. 2. de Jusfit. cap. 3. dabit. 2. n. 6. cum Card. Delugo ca. 2. de Jusfit. disp. 40. sec. 2. n. 31.

5. Dico tertio: Reus interrogatus a Judice, non servato Juris ordine, non tenetur dicere veritatem, nec tenetur juramentum calumniæ præstare, nisi cum se dicentem veritatem in omni parte litis. Est communis sententia cum Divo Thoma 2. 2. quest. 69. ar. 2. in corpore. ubi sic: *Dicendum, quod aliud est veritatem tacere: aliud est falsitatem propagare: quorum primum in aliquo casu licet. Vnde enim aliqui s. tenent omnem veritatem confiteri, sed illam solum, quam ab eis potest. Et debet requirere Judex secundum ordinem Juris.* Id ipsum dicit Sanctus Doctor eadem quest. 69. art. 1. in corp. *propè finem.* Et probatur: quia Judex non servato ordine Juris, non habet potestatem obligandi Reum ad crimen aperiendum. Servatur autem ordo Juris in interrogando Reo ex eodem Divo Thoma *ibidem*, quem communiter sequuntur, quoties: *precessit infamia super crimine, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel actione precessit probatio semiplena.* Unde tunc Judex non iuridicè interrogat, quoties interrogat Reum de crimine, de quo non est infamatus, nec graviter indiciatus, nec ulla probatio contra eum habetur.

6. Notandum quod assertio procedit in interrogatione Judicis tendente ad punitorem, nam si tendit ad impediendum aliquod illicitum, v. g. ne fiat matrimonium cum impedimento, ne ordinetur illegitimus, ne promovetur Indignus &c. tunc tenetur interrogatus aperire veritatem, quia & Judex habet auctoritatem

interrogandi ad impediendum illicitum, & Subditus, interrogatus nullam causam habet occultandi suam criminem, cum quo susciperet illicitè ordines, aut promoveretur ad Beneficium &c.

Ex quibus Judex interrogans tenetur aperire Regnum Causæ, & probationes, quas habet, iudicia, & testes; ut videat Reus se juridicè interrogari, adeoque esse obligatum in conscientia aperire veritatem, ut mox dicam.

7 Dico quartò: Quavis plures Doctores cum Panormitano in Cap. Cum super. de Confess. n. 20. sustineant, quod Reus Judici juridicè interroganti, si pœna infligenda delicto sit capitalis, & temporalis, non tenetur fateri veritatem; teneatur autem si pœna sit spirituales, ut excommunicatio; tamen vera sententia est, quod absolute, & sine ulla distinctione pœnæ, quæ timetur, debet Reus legitime interrogatus, cui constat de tali legitimitate interrogationis, fateri veritatem. Ita Divus Thomas 2. 2. quæst. 69. art. 1. Caetanus, Sotus, Henriquez, Covarruvias, & alii, quos citat, & sequitur Lessius lib. 2. de Just. cap. 31. dubit. 3. n. 12. Sanchez cum pluribus, quos citat lib. 6. Consilior. cap. 3. dub. 29. n. 4. Ratio est, quam assignat Divus Thomas, quia quod fit contra debitum justitiæ, peccatum est; sed Reus juridicè interrogatus a Judice facit contra debitum justitiæ negando veritatem, quia ad justitiam spectat, ut Subditus Superiori obediat in jis, ad quæ se extendit ejus auctoritas. ergo peccat Reus non confitendo; adeoque tenetur fateri veritatem. Utrum autem mortaliter peccet, & semper teneatur, dicam in conclusione quinta.

8 Dixi Reus, cui constat de legitimitate interrogationis, quia si dubitat prudenter, num Judex juridicè interroget; quavis quilibet in dubio debeat obedire,

Su-

Superiori, tamen si agitur de proprio, vel alieno damno, nemo tenetur in dubio Superiori obedire, adeoque in tali casu non tenetur fateri veritatem. Ita cum Soto, Corduba, Sarmiento, Salzedo, & aliis multis idem Sanchez *lib. 6. Consil. cap. 3. dub. 31. n. 2.* & Layman *lib. 3. trac. 6. cap. 5. n. 4. versu dico 3.*

9. Noto primò: quod etiam stante quod teneatur Reus sub gravi fateri veritatem, adhuc in re parvi momenti, non peccat graviter, qui juridicè interrogatus negat veritatem, si nullum accedit juramentum. Ratio est, quia parvitas materiæ excusat a peccato mortali.

10. Noto secundo: Quod qui est innocens, & non commisit crimen, de quo agitur, v.g. homicidium: si interrogetur de aliquo alio, ex quo inferri possit ipsum esse authorem illius delicti, non tenetur fateri hoc aliud, v.g. an hic gladius sit suus, an ipse transivit per eam viam in tali terra, & similia, ex quibus posset suspicari se homicidium illud fecisse. Ratio est, quia licet Judex juridicè interroget, tamen ex falsa præsumptione procedit, posito quod interrogatus sit innocens.

11. Noto tertio: Quod ut a Reo exigat Judex juramentum de veritate dicenda in omni parte causæ, requiritur in causa criminali id, quod requiritur ad torturam; est enim tortura conscientiæ juramentum ad veritatem eliciendam, non minùs quàm tortura corporalis; si ergo non habentur indicia sufficiens ad torturam, non tenetur Reus jurare.

12. Dico quintò: In causa capitali, si spes est aliqua Reo evadendi mortem, aut aliud grave malum per negationem criminis, non peccat mortaliter illud negando, si negatio sit sine juramento, etiamsi juridica sit interrogatio. Est sententia Lessii *dicto cap. 31. dub. 3. n. 16.* cum Petro Navarra, & Emanuele Sà, & etiam Thomæ Tamburini *in Decal. lib. 3. cap. 4. §. 3. n. 5. qui n. 7. dicit,*

cit, quod etiam si non habeat spem evadendi mortem, adhuc non obligatur dicere veritatem sub mortali. Accedit, quod potest dici, quod Judex obliget Reum sub pœna, non verò sub culpa; adeoque Reo neganti bene infligitur pœna tormentæ, non verò Reus peccat graviter. Videatur Delugo *to. 2. de Justit. disp. 48. n. 14.* Probat-
 tur autem Conclusio, quia præcepta humana non obligant cum periculo vitæ, aut gravis incommodi; ergo etiam si justè præcipiat Judex, non tamen Reus tenetur sub gravi obedire cum periculo vitæ suæ, aut gravis incommodi.

13 Ex hac Conclusionè infert Lessus, quod possit Reus jurare non ad mentem Judicis, sed uti aliqua amphibologia, vel restrictione mentali; vellet tamen ipse, ut Summus Pontifex, vel Princeps supremus facerent legem, ne exigeretur juramentum calumniæ a Reis in crimine capitali ob periculum perjurii. Addit etiam, quod juramentum calumniæ volitum a lege 1. & 2. C. de Jure jurando propter calumniam dando. non sit de dicenda Veritate, sed de non negando calumniosè, id est de non committenda calumnia in causa. Sed quidquid sit de hoc; certum est hodie restrictionem mentalem esse prohibitam, & juramentum cum tali restrictione esse perjurium. Ideo sit.

§. SECUNDUS.

DIGRESSIO DE RESTRICTIONE MENTALI.

14 **S**uppono primò: Quod assertiones prædictæ non concedunt licitum mendacium, sed dicunt, quod Reus non teneatur fateri veritatem juxta sententiam Divi Thomæ 2. 2. in artic. 2. quæst. 69. citata;

rate; adeoque si non mortaliter peccat in casibus positis negando veritatem, peccat certè venialiter, nisi utatur aliquo modo conveniente ad celandam veritatem, absque mendacio, quem modum nunc tradere oportet. Ecce verba Divi Thomæ. *Sic ergo Rea, qui accusatur, licet se defendere veritatem occultando, quam confiteri non tenetur, per aliquos convenientes modos; puta quod non respondeat ad qua respondere non tenetur; non autem licet ei vel falsitatem dicere, vel veritatem tacere, quam confiteri tenetur.*

15. Suppono secundo: Quod in propositionibus damnatis ab Innocentio XL. feria V. die secunda Martii 1679. invenitur 26. dicens: *Si quis vel solus, vel coram aliis sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causâ, sive quocunque alio sive juret se non fecisse aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel altam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec est perjurus.* Item invenitur 27. dicens: [*Causa justa utendi his amphibalogiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas &c.*] Item invenitur 28. dicens: *Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali prestare juramentum, quod de mandato Regis in similibus solet exigi; non habito respectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.* Supposita igitur taliû damnatione propositionum; videndum est, quomodo possit Reus veritatem celare sine peccato, & non esse perjurus, si juravit juramento calumniæ, ad quod faciendum, ut dixi, non potest obligari, nisi ostendatur contra eum probatio. Verùm alii communiùs dicunt licitè exigì a Reo posse tale juramentum in principio causæ, quia per illud juramentum solum promittit Reus dicere ve-

ritatem, quando postea legitimè interrogabitur; quod si non legitimè interrogetur, ad nihil tenetur. Item dum jurat, se bonam causam tueri, verum jurat; quia dum non constat ipsi de probatione contra ipsum, bonam causam defendit saltem formaliter, adeoque licitè potest juramentum hoc, quod dicitur calumniae exigi a Reo in principio causae. Juramentum hoc autem continet primò: quod Reus putat se bonam causam tueri. Secundò: quod interrogatus a Judice veritatem dicet. Tertio: quod non adhibebit scienter falsas probationes. Quarto: quod non provocabit litem fraudolenter. Quintò: quod nihil promiserit alicui, aut promittet causam libris. De hoc juramento redibit sermo cum de modo procedendi in causis civilibus agemus, interim pro responsione præcedentis difficultatis.

16. Dico primò: Summus Pontifex damnans prædictas propositiones. declarat, quod mentitur ille, qui cum restrictione mentali aliquid profert ex quocunque sine, vel quocunque modo id faciat, quoties verba, quae profert, non significant id, quod re vera fuit. v. g. si quis viderit Petrum domi, & interrogatus an viderit Petrum, respondet non vidi, & intelligit in sua mente, non vidi in Platea, ubi revera illum non vidit, mentitur, & si jurat, est perjurus. Hinc etiam si habeantur causae mendicantibus ea restrictione mentali, adhuc non licitae ipsarum restrictionem, quia cum verba prolata cum tali restrictione non sint mendacia, nulla potest dari causa licitativa; adeoque Regi vel Judici interroganti non malis artibus quis promotus fuerit ad officium, & hic respondet cum juramento, se non muneribus, aut malis artibus promotum fuisse ad officium, intelligendo aliquid aliud in sua mente, cum tamen ipse malis artibus fuerit promotus, est perjurus. Hæc est statuta Summi Pontificis eas res propositiones prohibens. Verum ante quam justissimam dam-

nationem rationibus confirmem; oportet explicare ipsam restrictionem mentalem; ideo.

17 Dico secundò: Tunc fit restrictio mentalis, quoties additum, per quod vera esset propositio prolata, retinetur in mente proferentis, ita ut nullo modo cognoscatur ab audiente, quia nullum signum ponitur verificativum talis additi; v. g. dicit Paulus Petro: *vidisti me Joannem?* & Petrus respondet: *non vidi.* & intelligit in sua mente, *in cubili*, in quo verè illum non vidit, quamvis viderit in foro. *ly in cubili*, quod verificat propositionem, est solum in mente sua, & non denotatur Paulo per aliquod signum; quapropter Paulus audiens credit Petrum dicere se absolute non vidisse Joannem; quod tamen est falsum.

18 Vocant aliqui hanc mentalem restrictionem, purè mentalem, ad differentiam alterius mentalis restrictionis, quam dicunt impurè mentalem, & est illa in qua additur aliquod signum, vi cuius potest audiens, si advertat, cognoscere id, quod loquens dixit, v. g. Joannes interrogat dicens: *Petrus transiit me Franciscus?* & Petrus tangens pedè lapidem, vel manū pectus, dicit: *non transiit hac Franciscus,* & per *ly, hac*, intelligit lapidem, vel pectus; in quo casu audiens advertere potest loquentem dicere, quod Franciscus non transiit per pectus ejus, ut est verum, non audent dicere, quod non transiit hac via, quod est falsum.

19 Verum meo judicio hæc divisio mentalis restrictionis in mentalem purè, & impurè, non debet admitti. Ratio est quia quoties aliquod genus dividitur in species, toties species debent participare verè, & propriè illam rationem genericam. v. g. dividitur animal in rationale, seu humanum, & irrationale, seu brutale, tam homo, quam bruta habent verè, & propriè rationem animalis; quod ipsam in reliquis divisionibus patet. ex.

20 si restrictio dividitur in purè mentalem, & in impurè mentalem, debet restrictio impurè mentalis habere rationem veræ restrictionis mentalis; sed hoc est falsum; quia restrictio mentalis tunc habetur, quoties aliquid restringitur in mente necessarium ad veritatem propositionis; sed in ea, quam vocant impurè mentalem restrictionem, nihil restringitur in mente, quod necessarium est ad veritatem propositionis, cum omnia manifestentur, aliqua enim manifestantur verbis, aliqua signis. Ergo non potest hic modus respondendi vocari restrictio mentalis. ergo malè dividitur restrictio mentalis in purè, & in impurè mentalem.

20 Dicendum igitur tunc dari restrictionem mentalem, quando nec verbo, nec signo manifestantur omnia, quæ requiruntur ad veritatem propositionis; quando verò partim verbis, partim signis omnia manifestantur, non dari restrictionem mentalem. Hoc posito.

21 Probatur restrictionem mentalem esse mendacium; quia humana loquela fit per voces, aut signa externa, non verò per conceptus internos mentis, qui videri non possunt ab alio homine. Loquimur igitur per voces, aut signa, quæ conceptus mentis manifestant audienti, & objecta, quibus significandis impositæ sunt voces, & ad quos explicandos signa quædam adhiberi solent ex conventionem hominum inter se. ergo quoties verba non explicant illa objecta, quibus significandis sunt imposita, sed sunt illis objectis difformia; nec manifestant illum conceptum, quem proferens retinet in mente sua, nec aliud signum externum ponitur ad talem conceptum internum manifestandum, toties mendacia sunt; sed verba ista *non vidi Joannem*, non manifestant conceptum internum, quem proferens habet in mente, nimirum *in cubili*, & verba illa sunt imposita ad exprimendam absolutam negationem visionis, non autem ad signi-

significandam visionem Petri in cubili. Ergo cum ipse proferens viderit absolute Joannem, talia verba mendacia sunt, & consequenter, si addatur juramentum, fit perjurium.

22. Probo nunc, quod quoties partim verbis, partim signis externis omnia exprimentur, non habetur mendacium; quia loquela humana non solum per verba, sed etiam per alia signa externa, & circumstantias, quae significat conceptus internos, & objecta constatur, ut est certum apud omnes; nam circumstantiae solent determinare significationem verborum, cum idem verbum dictum in una circumstantia sit iocosum, in alia sit offensivum. Item sapissime loquimur per signa, & praecipue nos Siculi; imò consensum internum in matrimonio Sacramento exprimi posse per natus, admittunt omnes Theologi, & Canonistae. Ergo qui aliquid profert verbis, & aliquid indicat signo aliquo, ita ut ex verbis illis, & tali signo constetur una propositio conformis objectis, & menti suae, verum dicit, nec mentitur, & ideo si jurat, non fit perjurium; sed qui tangens v. g. pectus suum, dicit *non fuit hic Franciscus*, profert verba conformia objectis, & conceptui interno, seu menti suae, quia *ly hic*, quanvis possit significare *in hac via*, tamen per eam tactionem pectoris determinatur ad significandum *in hoc pectore*. ita ut sensus sit, *Franciscus non fuit in hoc pectore*; quod revera ita est. Ergo sit dicendo, & faciendo non mentitur; & quanvis interrogans, an fuerit in hac via Franciscus, possit decipi audiens illum dicentem tangendo pectus suum: *non fuit hic Franciscus*. putans per *ly hic* significari hanc viam, tamen hoc per accidens est, & ex sua inadvertentia, non verò ex eo, quod respondens non manifestaverit omnia.

23. Hinc non prohibetur a Summo Pontifice prohibente propositiones praedictas, iste modus loquendi non

verba, & signa; quia in hoc modo loquendi nihil retinetur in mente, quod pertinet ad veritatem loquutionis, non explicatum; cum partim verbis, partim signis omnia explicantur. Id autem quod Summus Pontifex prohibet, est restrictio mentalis, per quam illud, quod redderet locutionem veram, retinetur in mente loquentis, & nullo modo explicatur; adeoque quod dicitur, & exprimitur, falsum est.

24 Dico itaque quarto: Quoties aliqua habetur causa occultandi veritatem, nimirum quia timetur damnum ex manifestatione, vel quia debet servari secretum, vel quid simile, tunc sine nullo scrupulo poterit quisque uti hac amphibologia, quæ sit sine restrictione mentali. Ratio est, quia ita loqui non est mentiri, ut probatum est, adeoque non cadit sub prohibitione.

25 Dieb' quinq' ista locutio occultans cum causa veritatem sine restrictione mentali, adeoque non prohibita, fieri potest variis modis, & primo: adhibendo verba æquivoca, nimirum, quæ habent significationes omnino diversas. Ita interrogatus, an occidit Gallum, id est hominem in Gallia natum; quem revera occidit, potest respondere dicens; *non occidi Gallum*, id est Gallum Gallinaceum, & sic respondens non mentitur, quia vox illa *Gallum* utramque significationem habet in Latino Idiomate; unde interrogans si ultra non progredietur exquirendo, de quo Gallo respondens loquatur, tribuat imprudentia sua si decipiatur. Similiter interrogatus an sciat Petrum furatum fuisse, potest sine mendacio respondere *nescio*, quia verbum, *scio* in lingua Latina significat scientiam, id est notitiam evidentem, & significat notitiam quamcunque. Si ergo respondens non habeat notitiam evidentem de furto Petri, verum dicit, dum respondet, *nescio*; usurpando illud verbum in significatione, quam habet, nimirum Carentiam scientiæ,

seu

seu evidentia. In lingua sacra Italica, *non so, non so, non so*, non potest quis dicere: *non lo so, nielu faccio*, quia haec verba significant notitiam qualemcunque; adeoque qui in vis non habeat notitiam scientificam de furto Petri, si aliqualem notitiam habeat, falsum dicit, dicendo: *non so, non faccio*. Secundo officii potest adhibendo metaphoram, aut allegoriam; metaphora enim ex Divo Augustino lib. *contra mendacium. cap. 10.* non est mendacium, neque in ea intercedit restrictio mentalis. Ita dicentes: *ofsculo manus tuas, sermo tuo sanus*, & similia, non dicimus mendacium; quia Tuam metaphoram, vel hyperboles, quae ab omnibus intelligunturque non subestio nisi

26 Tertiè potest occurrere veritas sine restrictione mentali, & sine mendacibus respondendo ad mentem interrogantis: est autem responsio ad mentem interrogantis dare responsum aptum ad interrogationem, quam interrogans debet facere, si rectè velit interrogare, seu ad intentionem, quam habere debet in interrogando. Ita qui petit a Confessario an sciat tale peccatum Petri, quod Confessarius fecit ex Sacramento Confessionis Petri, bene respondet, *nescio*, quia interrogatio, quam rectè potest quis facere, & intentio, quam debet habere, dum interrogat, est, an Confessarius quod homo, sui re illud peccatum, non verò an sciat, uti Confessarius, ergo Confessarius, qui ex Confessione scit peccatum Petri, honestè verò, ut homo, dicens *nescio*, interrogationi respondet, quam ille debet facere, nec potest credere, quod interrogans quaerat a se an sciat illud peccatum, ne Confessarius est; frustra enim est talis petitio. Quod si quis sceleratus velit a Confessario, ut habet, scire, nunquam sit in officio Petri, ad hoc potest Confessarius uti jure suo respondendi jure mentem legitimam, quam interrogans habere debet, sed de facto non habet, & ideo stultitiam, & impudentiam facit interrogatio, dum vult

a Con-

277. Confessario, ut Confessario, responsionem.

Quarò: potest quis uti amphibologia, per quam fiat suppositio materialis vocum, idest per quam voces stant pro seipsis, & non pro re significata, v. g. quando dicimus: *Dies est nomen quinta declinationis*, in qua propositio: *vox dies*, non stat pro luce diurna significata, sed pro ipsa voce *Dies*. Hinc interrogatus, an fuerit furatus, an occiderit &c. potest respondere. *Dico: non sum furatus; dico: non occidi*. idest affirmo me dicere hæc verba: *non occidi*, & ideo non mentitur, quia verè ea verba pronunciat. Et quanvis P. Joannes Cardenas infra citandus non approbet hanc amphibologiam, quam tradit Caramuel, tamen dum non probatur, quod in ea sit restrictio mentalis, non videtur damnanda. Quod si responsio esset per hæc verba: *dico quod non sum furatus; dico quod non occidi*: certè non evitaretur mendacium, quia sic non affirmatur dici illa verba, quod esset verum; sed affirmatur non fuisse factum furtum, quod est falsum.

28. Quintò potest evitari mendacium in occultanda veritate per circumlocutionem, qua nihil affirmatur nec negatur de presenti, e. g. postulanti mutuas pecunias, si quis respondet: *Gauderè illas habere pro tuo solatio*. nec affirmat de presenti eas habere, nec negat, Mulier simpliciter, quæ jam in sacramentali confessione fuit absoluta, potest Marito interroganti de adulterio respondere de censi: *Munda sum sine peccato hoc sum*, & verum dicit, dum non negat adulterium suum, sed utitur ea circumlocutione, cum qua stat veritas, quia jam non est cum tali peccato, nec est illo maculata. Jurare tamen non potest, quia ad juramentum requiritur certitudo facti: ipsa autem non habet certitudinem de suamundatione per sacramentum, nec ullus hominum certò scit num validum, & formatum. Sacramentum suscepit, sed solum piè, & probabiliter credimus fuisse for-

datum, & quia ad simplicem affirmationem sine juramento sufficit probabilitas; ideo stat doctrina data, quod possit mulier de ejus adulterio interrogata post Sacramentum Poenitentiae susceptum sine mendacio respondere: *Munda sum ab adulterio*. Item possunt famuli quatuor Domini jubent, ut venientibus dicant, se non esse domi: dicere eos exisse è domo, non determinando tempus, quod verum est, quia saepe Domini e domo exierunt; si tamen vel maritus mulierem iterum interrogaret de tempore, quo mundam esse dicat: & qui voluit Dominum, replicarent dicentes: *estne extra domum nunc*. Certè non posset dicere mulier: *semper munda fui*. nec famuli: *Dominus est extra domum*. Si autem interrogantes nihil addant, tribuant propriae inadvertentiae, quod decipiantur.

Ex dictis sequitur, (quod stante sententia quod Reus non obligetur sub gravi, & semper fateri veritatem Judici juridicè interroganti, sed possit negare suum crimen, quando agitur de poena capitali, aut gravi;) ad hoc ut sine mendacio, & absque usu restrictionis mentalis prohibita, suum crimen neget, & juramentum, si fuerit necessarium, & ab eo exigatur, praestet, recurrere debet ad aliquem ex modis explicatis; neque enim per damnationem supradictarum propositionum damnatur aliud, nisi usus restrictionis mentalis, & declaratur perjurium juramentum factum cum tali restrictione. Unde male dixit Filguera, quod maneat prohibitum omni Reo occultare veritatem Judici legitime interroganti, ut benedocent Joannes Cardenas *dissert. 19. cap. 8. n. 89.* & Lumbier *in observatione varundem propositionum.*

30. Est insuper addendum, quod ratio adducta in 28. propositione: *quia non tenetur fateri crimen occultum*. Non manet damnata, nisi in quantum etiam censetur ab Authoribus illarum propositionum favere restrictioni

mentali; ideoque rectè nos utimur tali ratione, non admittentes quod Rous possit occultare veritatem Judici legitime interroganti cum restrictione mentali; sed solum volentes, quod possit crimen occultum (idest nondum plene probatum, sed semiplene; aut taliter, ut possit de iure juridicè interrogari juxta superius dicta) negare, sine restrictione mentali ulla, adeoque non dicimus quod mendacium tollitur per restrictionem mentalem; sed ostendimus modos, quibus sine ulla mentali restrictione possit veritas occultari, & mendacium non dici.

Denique causæ justæ, quæ assignantur in præpositione suprascripta, in quibus veritatis occultatio licita, manent adhuc justæ, quo ad occultationem veritatis, & solum per prohibitionem Pontificiam declarantur, quod non sunt justæ in ordine ad usum restrictionis mentalis; quæ jam declaratur esse mendacium. Ratio est, quia Summus Pontifex dicit id, quod proposita dicit, nimirum *causa justa utendi his amphibologiis est, quoties* &c. sed per *ly. his amphibologiis*, veniunt restrictiones mentales, de quibus loquitur propositio ad quam referuntur *ly. his*. ergo Summus Pontifex dicit eas esse causas justas pro illis amphibologiis, in quibus, ut veræ sint, requiritur mentalis restrictio, non autem pro illis supra explicatis, in quibus nulla intercedit mentalis restrictio, ut veræ sint, sed omnia quæ ad eam veritatem requiruntur, manifestantur ab eo, qui illis videtur, vel partim verbis, partim signis, vel quia sensum illorum rei veræ habet vox, qua utitur. Atque hæc de restrictione mentali notare fuit necessarium, quia Auctores ante Innocentium XI. scribentes ad eam recurrunt pro evadenda sententia dicentes: Rem posse negare veritatem, quando timeret sibi damnum grave ex manifestatione. Nunc autem talis recursus est damnatus, ideoque ad usum ex modis assignatis sine ulla mentali restrictione, recurrendum est. |

§. TER-

S. TERTIUS.

EXPLICANTUR RELIQUÆ QUÆSTIONES DE REO.

31 **Q**Uæritur primò: An Reus possit sine peccato manifestare crimen occultum Testis, aut Accusatoris, ut ab eo se defendat.

Respondeo: si talis manifestatio est necessaria ad sui defensionem, quia nimirum sic Testis, aut Accusator rejicitur tanquam criminofus impotens testificari, & non habentur alii testes potentes facere probationem contra ipsum Reum; potest; quia in tali casu non excedit fines justæ defensionis talis manifestatio; & Testis aliunde, sicut Accusator, jam cedit Juri suo, eo quod accusat, aut testificatur in judicio. sciens, quod Accusatus curabit eos esse inhabiles demonstrare. Si verò non est necessaria manifestatio ad defensionem, Reus manifestare crimen occultum Testis, aut Accusatoris, non potest; & quanvis aliqui doceant, quod talis manifestatio non necessaria sit peccatum solum contra Charitatem, non verò contra Justitiam, tamen placet sententia Cardinalis Delugo 10. 2. de Justis. disp. 45. sec. 2. n. 22. dicentis esse contra Justitiam; quia sicut si quis vult me occidere, & ego possum vitare occisionem mei alio modo, non possum sine injustitia eum occidere; ita si Reus potest se defendere alio modo, non potest infamare Testem, aut Accusatorem. Controversum autem erat apud Auctores scribentes ante Innocentium XI. an posset sine peccato mortali Reus opponere falsum crimen Testi, ad sui defensionem: & multi sustinebant non esse peccatum mortale, quos refert Diana parte 3. tract. 5. miscell. resol. 4. Verum hodie stante damnatione Innocentii XI.

harum propositionum, quarum una n. 43. dicit: *quidni nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere?* & altera n. 44. dicit: *probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat, & si hoc non est probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.* Stante, inquam, harum propositionum damnatione, sustineri non potest, quod Reus objiciens falsum crimen Testi, non peccet mortaliter, sed solum posset inquiri: an peccet mortaliter contra Justitiam. Imò Cardinalis Delugo *to. 2. de Justitia. disp. 46. n. 25.* ait Dianam non bene citare eos Doctores, quasi dixerint non esse peccatum mortale, sed vult eos solum dixisse, non esse peccatum mortale contra Justitiam; & defendit ipse Delugo, tanquam probabile, quod non esset contra Justitiam n. 26. & n. 27. solvit objectiones. Legatur ipse. Interim dico: quod hæc sententia dicens esse mortale, sed non contra Justitiam; per prohibitionem prædictarum propositionum non manet damnata, quia jam concedit, quod mortaliter peccet, si Reus opponens falsum crimen Testi, siue calumniatus opponens falsum crimen Calumniatori, & solum negat, quod sit contra Justitiam, seu cum obligatione restituendi. Sed Papa non damnat hoc, sed damnat eos, qui dicunt esse veniale, non verò mortale: ergo sententia dicens esse mortale, sed non contra Justitiam, ideoque sine obligatione restituendi, non est damnata. Utrum autem talis sententia sit verè probabilis, aliis relinquo examinare. Videri potest Cardenas *dissert. 26. cap. 3. n. 23.*

33 Omitteudum non est, notare hic, quod sententia, quæ sustinemus n. 32. de manifestatione veri criminis occulti ad infirmandum Accusatorem, vel Testem si est necessaria ad defensionem Rei, nullo modo manet damnata per damnationem prædictarum propositionum. Nam non est for-

formaliter dāna; quia p̄positiones loquuntur de falso crimine Calumniatoris; non autem de vero occulto. Neque virtualiter; quia ex hoc, quod possit, urgente causa, manifestari crimen occultum alicujus, non sequitur per bonam consequentiam, quod possit imponi falsum crimen Calumniatori. Et ratio est, quia semper est peccatum mortale falsum dicere in materia gravi. ergo nunquam potest esse medium licitum ad propriam defensionem. Et contra manifestare crimen occultum alicujus, non semper est peccatum. ergo ex primo non inferitur hoc secundum. Manifestari autem potest crimen occultum alterius primò: ad vitandū integrave malum proprium, quia non tenemur servare famam proximi cum proprio damno. Secundo: ad vitandū malum impendens Reipublicæ. Tertio: quando proximus p̄sumitur cedere iustitiae, ut est in casu nostro Testis, & Accusator, ut supra diximus.

34. *Quaeritur* secundo: An Reus licitè possit fugere, & carceribus, & manibus custodientium illum? Respondetur, quod si Reus damnatus ad mortem, sive ad aliam poenam, sive sit damnandus, fugere licitè potest; dummodo non inferat vim Ministris, sed ipsam carcerem aperiendo, & vincula dirumpendo; dixi, dummodo nō inferat vim Ministris; quia solum injustè damnato ad mortem licitum est Ministris resistere, justè autem damnato, nunquā est licitum vim inferre Judici, aut Ministris justitiæ; Imò etiam in causa civili, si Reus è carcere fugiat cum animo solvendi, ut primum potest debita, neque peccat. Ita Sanchez cum pluribus aliis lib. 6. *Consil. cap. 4. dub. 7. 8. & 9. & 17.* Ratio quando agitur de mortis poena, est, quia Judex non habet potestatem p̄cipiendi Reo, ut expectet mortem, sed ut patienter sustineat. ergo si Reus evadere potest mortem, non peccat contra Judicis p̄ceptum. In civilibus autem

etiam ratio est, quia quisque habet jus acquirendi propriam libertatem. ergo si vult damna compensare. Ceteris ditoribus, aut Fidejussoribus, non est cur peccet, si fugiat a carcere. Videatur Lessius *lib. 2. de Justit. cap. 32. dubit. 36*. Reliquæ quæstiones, quæ potius spectant ad Theologos morales quàm Canonistas, videri possunt apud ipsam Sanchez *ditto lib. 6. Consilior. cap. 4. per totum*, & Cardinali Delugo *de Justit. to. 2. disp. 40. ses. 49*. De Reo fugiente e-carceribus Sancti Officii Inquisitionis loquemur suo loco.

CAPUT NONUM.

DE TESTIBUS, ET PROBATIONIBUS.

NON potest, ut dictum est, Judex nisi ex scientia publica sententiam condemnatoriam ferre, quæ scientia vel ex Testibus, vel ex confessione Rei in judicio, vel ex apprehensione Rei in flagranti crimine ab ipso Judice cum duobus aliis, vel tribus presentibus, habetur. Modus autem frequentior, quo non solum de crimine, & delinquente scientiam publicam acquirit Judex, sed etiam in causis civilibus de veritate facti controversi, ut dicemus suo loco, est per Testes. Ideo sit

§. PRIMUS.

DE NUMERO TESTIUM, QUI REQUIRUNTUR ad plenam probationem.

Dico primo: In causis criminalibus, duo Testes idonei requiruntur, & sufficient ad plenam probationem, ideoque ad damnationem Rei. Est sententia communis Theologorum, & utriusque Juris Doctorum

nam ex Cap. Cum offi. de Testam. & l. Unus numerus ff. de Testibus.

2 Dico secundòs Ita duo ad minus in causa criminali. h. requiruntur, ut unus non sufficiat. Cap. Licet univ. ff. in fine. de Testibus. On. Atestat. & ita duo requiruntur, ut ex Jure civili, aut Canonico, aliquoties plures requirantur. L. 1. §. Quamquam de Testibus. ubi sic. Quotquam quibusdam legibus amplissimus numerus testimonium definitus est &c. & ex Sacris Canonibus ad damnandum Cardinalem Episcopum requiruntur 7 testes, ut dicitur in l. 1. de Cap. no. no. & in diebo Cap. dicit. Universalia sic habetur quia licet quedam sint causas, que plures, quam duo testes exigant, nulla est talis causa, que nonius a Testimonio [quod sit legitima,] promittitur, quod ab illo bono & iusto. Dico tertio. Duo testes requiruntur ex Jure civili, & Canonico, præter Accusatorem, vel dñm, qui nō rem Accusatoris supplet, nimirum Fiscalis Procurator; quia Judex non potest ferre sententiam contra aliquem sine Accusatore, vel Fisco; Non est autem hoc necessarium Jure Divino, nec Jure Naturæ, nec Jure Gentium, ut bene probat Lessius lib. 2. de Justit. Cap. 30. dubit. 4. n. 19. Unde si Accusator deponit eumodo, quò debet Testis, & accedat alius Testis, quantum est ex Jure divino, naturali, & Gentium, potest aliquis condemnari. Dico quarto. Uniduo testes plene probent, prima debent esse Jurati. Cap. Nuper de Testibus. ibi respondemus quod nullus testimonio, quatenus unquam Religiosus existat, nisi juratus deponat, in alterius præjudicium debet crediti. Juramentum autem, quod debet Testis præstare est ad dandum veritatem totam in causa præsentem, quam novit, nulla adjecta falsitate. Can. Hæreticus §. 1. quæst. 99. Dico quinto. Debetur secundo testificari de eodem facto, quia a aliquo non sunt confecti, sed singulares Testes, Quod

non erunt duo, sed unus Testis non sufficiens ad plenam probationem.

Debent tertio dicere id, quod sensu externo ipsi perceperunt nimirum viderunt v. g. hunc commisisse homicidium, furum &c. aut audiverunt hunc blasphemantem, aut haresim dicere; si autem testificentur se ab alio audivisse, eum furatum esse &c. non faciunt plenam probationem, sed solum indicium ad inquirendum. *Can. Testes per quamcumque. 3. quest. 9.*

Debent quarto esse omni exceptione majores, nimirum tales, ut contra eos non sit exceptio, id est in eis non sit defectus aliquis, propter quem inhabiles sunt ad testificandum in judicio, adeoque isti, qui nihil habent, quod possit eis opponi, dicuntur Testes idonei, illi autem, qui habent quod ipsis opponatur, dicuntur non idonei, seu minus idonei. Sit igitur

§. SECUNDUS.

DE TESTIBUS IDONEIS, VEL NON.

Dico primò Testes idonei sunt omnes, quibus non interdicitur a lege testimonium perhibere. *L. 1. §. Adhiberi in fine. de Testibus.* In gene-

re autem conditiones, requiritur in Testibus, ut sint idonei dicantur *in Cap. Forus de Verbor. signif. ibi: Testes, autem considerantur conditione, natura, & vita. Conditione, si liber, non servus, nam saepe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis; natura, si vir, non aeterna, nam varium, & mutabile testimonium semper a femina producit, vita, si innocens, & integer actu, nam si vita bona caruerit, fide carebit.* ex quibus in specie

§. 6. Dico secundò Prohibetur testimonium dicere a Jure Canonico mulier in criminalibus, ex *Cap. Fernu-*

ritato, & *Can. Mulierem. 33. quest. 5.* In Jure autem civili non excluditur foemina a testificando in judicio sive in civilibus, sive in criminalibus. *L. ex ro. ff. de Testibus. ibi: Colligitur etiam mulieres in judicio testimonii dicendi Jus habere. nisi fuerit damnata publico judicio, quia tunc repellitur.* In testamento autem ex eodem Jure civili. *L. Qui testamento haeres. §. Eum. ff. de Testamentis, & qui testamenta facere possint, &c.* excluditur a testimonio dicendo; in legatis autem ad pias causas, est communis opinio, quod possit mulier esse testis, quia non requiritur solemnitas Juris; Contrarium tamen est etiam probabile. Ita *Vallensis lib. 2. tit. 20. §. 1. n. 21.* Denique admittitur in civilibus foemina ad testimonium ferendum, sicut in causis matrimonialibus. *Glossa v. Non foemina. in supracit. Cap. Forus. de Verb. Signific.* Item si de crimine civiliter agatur etiam contra Clericum, aut si agatur per viam Inquisitionis, aut Denunciationis, vel Exceptionis. *Cap. Quoniam aliqua. de Testibus, & Attest. Glossa ibi: v. Mulieres. Vallensis ibidem.*

7 Dico tertio: Minor 20. annis in criminalibus non potest esse testis. *L. In Testimonium. ff. de Testibus.* Ejus autem dictum facit indicium sufficiens ad capiendas informationes. In causis civilibus, qui jam sunt puberes admittuntur ad testimonium dicendum. *Lessius lib. 2. de Just. cap. 30. dub. 5. n. 37.* *Vallensis cum Farinaceo, & Mascardo lib. 2. tit. 14. §. 1. n. 26.*

8 Dico quarto: Qui est graviter inimicus Rei non potest esse testis. *L. Testium fides. ff. de Testibus. ibi: vel an inimicus sit ei, adversus quem testimonium fert.* Neque admittitur in criminalibus exceptis, in quibus testes minus idonei admittuntur, qualia sunt crimen laesae majestatis, haeresis, simoniae &c. *Vallensis ibidem n. 18.*

9 Dico quinto: Furiosi non habentes lucida intervalla, & amentes excluduntur a testificando tam in ci-

vilibus, quàm in criminalibus, quia non possunt jurare non habentes usum rationis. Similiter pupilli excluduntur. *L. Inviiti. in fine. ff. de Testibus.* ubi Glossa verbo. *Sed nec pupilli.* notat, quod in crimine excepto potest pupillus, si est pubes, dicere testimonium.

10 Dico sextò: Ascendentes, & Descendentes Accusatoris, item Collaterales ejusdem, & Affines usq; ad quartum gradum, prohibentur esse testes. Item Domettici, & Familiares ejus, qui testes producit, repelluntur. *L. Testes eos. ff. de Testibus. & Cap. In litteris. de Testibus, & Accusat.* Possunt tamen Consanguinei, & Affines Rei aliquoties admitti ad defendendum Reum; ejusque innocentiam probandam, ut ait Clarus *quest. 24. n. 12.* apud Lessium *lib. 2. de Just. cap. 30. dubit. 5. n. 38.* Sicut etiam in causa matrimoniali possunt Consanguinei, & Affines esse testes suorum in ordine ad faciendum, vel dissolvendum matrimonium. *Cap. Vidatur nobis. Qui matrimonium accusare possunt.* Quod si quæratùr an matrimonium sit contractum, & Sponsa affirmet, Sponsus ad eam dicitur, & nobilitior neget, non admittuntur ad testificandum Pater, & Mater Sponsæ. *Cap. Super eadem Testibus, & Arrestis.*

11 Dico septimò: Infames infamia Juris, quales sunt qui de aliquo crimine sunt damnati: non possunt esse testes tam in civilibus, quàm in criminalibus. *Cap. Ex parte. & Cap. Testimonium. de Testibus, & Arrestis.* Restituti autem ad famam, & honores, admittuntur. Infames autem infamia facti, *ex dicto Cap. Testimonium,* etiam repelluntur tam in causa civili, quàm criminali. Si autem sint de crimine emendati, & eos non comitentur infamia, admittuntur in causa civili, & cum de crimine civiliter agitur.

12 Dico octavò: Qui semel in judicio falsum testimonium protulit, semper est repellendus. *dicta Cap. Ex*

parte. de Testibus, & Attest. ibi: Quidam verò in causa, alia fuissent convicti de perjurio. & dicto Cap. Testimonium. eodem titulo. ibi: Præterquam pro reatu perjurii.

13. Dico nonò: Socius criminis excluditur a testificando. Cap. Veniens. de Testibus, & Attestat. ibi: Ea quod ille, qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non possit. Quod si fuerit crimen exceptum, poterit admitti: & in delictis, quæ fieri non possunt sine socio, etiam admittitur; itaque depositio jurata socii, citata Parte, faciat semiplenam probationem; unde si alius accedat Contestis fit plena probatio. Ita eum Gomezio, & Panormitano, Lessius lib. 2. de Justit. cap. 30. dubit. 5. num. 39.

14. Dico decimò: Persona vilis, de qua habetur suspicio, quod possit pecuniâ corrumpi, non admittitur ad testificandum. si autem sit honesta, quæ talem suspicionem probabiliter non ingerit, admittitur.

15. Hæretici, Judæi, & Infideles non possunt esse testes contra Catholicum Christianum. Can. Non potest & Can. Paganus. & Can. Si hæreticus. 2. quæst. 7. At verò pro Christiano Catholico valet testimoniū hæretici. eodem Can. Si hæreticus. ibi: Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget, pro orthodoxo quidem etiam hæretici testimonium valeat; contra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat.

16. Dico undecimò: Judex, Assessor, Executor, Advocatus, & Procurator non possunt produci Testes in illa causa, in qua patrocinium præstaverunt; aut cognoverunt. L. Mandatis. ult. ff. de Testibus. & Cap. Romana Ecclesia. de Testibus, & Attest. in 6. Verùm si ille contra quem aliquis fuit Advocatus velit, hunc in Testem, poterit admitti. Vallensis lib. 2. tit. 20. §. 2. n. 19. in fine.

17. Notandum, quod Testes minus idonei admittuntur tamquam idonei, quando delictum fuit commissum

in loco, & tempore, quibus Testes idonei haberi non possunt, v. g. nocturno tempore, in silva, in monte &c. Lessius *n.* 41. Item juxta aliquos Doctores Testis minus idoneus, simul cum Teste valdè fide digno possunt facere plenam probationem. Alii tamen negant. Videatur Pirhing *lib. 2. tit. 20. n. 114.*

18. Dico duodecimò: Cæcus non potest esse Testis, quia regulariter requiritur visus, potest autem de iis, quæ ante cæcitatem vidit, testificari; in iis autem, quæ debent de auditu deponi, potest deponere cæcus, si vocem loquentis cognoscat, & Judex prudenter æstimet cæcum non fuisse deceptum auditu. Pirhing ex variis Textibus, & Doctoribus *lib. 2. tit. 20. n. 6.* Muti autem, & simul Sürdi testificari non possunt, nisi scribere, aut nutibus explicare suos conceptus internos sciant; hoc autem procedit in civilibus, nam in criminalibus, muti Testimonium non recipitur, nisi in casu, quo veritas aliter hauriri non posset, & Testimonium per scripturam deponeretur. Pirhing *n. 7.*

19. Dico tandem: Excluduntur a testimonio dicendo primò: Servi strictè sumpti, seu Mancipia. Secundò: illi, qui pecuniâ sunt conducti, ut testimonium ferant, etiamsi ad ferendum verum testimonium, acceperint. Tertiò: excommunicati excommunicatione majori. Quartò: qui accusati sunt de crimine aliquo, & adhuc pendet accusatio. Quintò: Incarcerati propter crimen, quod irrogat notam infamæ. Sextò: Banniti, seu proscripti ob crimen famosum: Concubinarij publici: Adulteri manifesti: Blasphemi de blasphemia damnati: Malefici: Sodomitæ: Hæretici, & Spurii. Videatur *Can. 3. Si Testes. causa 4. quæst. 2. & 3.* ubi ex legibus civilibus numerantur omnes, qui testes esse prohibentur. Legi item potest Pirhing *dicto lib. 2. tit. 20. a n. 10. usq; ad 33.*

S. TERTIUS.

DE IIS, QUI POSSUNT VEL NON, CO-
gi ad dicendum Testimonium.

20 **D**ico primò: Stante citatione Judicis tenentur Subditi comparere, ut testimonium perhibeant, ita ut si moniti & legitime citati nolint comparere, compelli possint; aliter delicta manerent impunita, & causæ civiles non terminatæ. Et quidem in causa civili constat ex Cap. 1. & 2. de Testibus cogendis, vel non. In criminali autem ex Cap. Pervenit ad nos, & doc. sic. Compelluntur autem vel per censuras Ecclesiasticas, ut ex dictis Canonibus, vel captis pignoribus, vel multa inflicta. Hinc si quis juraverit, se non esse testificaturum contra aliquem etiam vocatus in judicio, adhuc compelli potest, si necessarium est suum Testimonium; quia tale juramentum non est obligatorium, cum sit contra bonos mores. Cap. Non est obligatorium. de Regul. Jur. in 6. & dicitur in Cap. Pervenit ad Audientiam de Testibus cogendis. & docet cum Lessio, Pirhing lib. 2. tit. 20. n. 187. & tit. 21. n. 9. Quod si non fuerit talis ad judicium vocatus, non posset sponte contra suum juramentum testificari. Hinc

21 Dico secundo: non solum qui novit delictum et confessione Sacramentali, cujus sigillum est inviolabile, & supernaturale, sed etiam qui aliquid novit secreto naturali, quia scilicet id patefactum fuit ipsi causâ perrendi auxilii, vel consilii, vel ad salutem animæ, vel corporis, nimirum, ut Medico, Obstetrici, Advocato &c. non potest testimonio suo delictum illud confirmare, etiamsi de illo esset infamia, aut semiplena probatio, & ipse Medicus vocetur a Judicé. Est sententia Corquæ,

Na-

Navarri, & aliorum, quos sequitur, & citat Lessius *lib. 2. de Iust. cap. 30. dubit. 6. n. 45.* Ratio est quia avertentur miseri homines peccatores a perendo consilio, adeoque multa mala sequerentur, si scirent, quod id, quod bona fide patefaciunt Medico, aut Advocato, ut remedium accipiant, inserviat ad ruinam.

22 Neque obstat quod diximus, quod etiam facto juramento de non testificando, tenetur vocatus legitimè a Judice testificari; quia diversa est ratio de eo, qui sponte sua fecit illud juramentum, & de eo, qui crimen novit uno ex modis dictis ab ipso peccatore. Nam juramentum illud de non testificando etiam si vocatus sit, & obligatus a Judice, est contra bonum publicum. Servare autem secretum in casu nostro, magis conducit ad bonum publicum, quàm detectio criminosi; quia, ut dixi, clauderetur via miseris quærendi sibi auxilium, & remedium. Cum igitur in primo casu prævaleat bonum publicum, contra quod est illud juramentum, ideo non obligat jurantem, & ipse a Judice compulsus aperire debet veritatem. Quod ipsum dico universaliter, nimirum quoties testificatio est necessaria ad evertendum malum grave imminens publicum, aut privatum alicui Tertio, toties nec secretum, sub quo fuit ab aliquo data noticia criminosi, nec juramentum de ipso secreto servando, obligat; adeoque testificari debet qui scit illud crimen, ex quo illud damnum imminet, apud Judicem inquirentem. In nostro autem casu, cum manifestatio veritatis noceat bono publico, non potest Judicis præceptum obligare ad illam, sed manet obligatio secreti, non obstante Judicis præcepto. Atque hæc est vera sententia, ut ait cum Lessio *dicto n. 45. versu secundò.* & Molina *to. 5. de Iustit. disp. 5. Cardinalis Delugo to. 2. de Iust. disp. 39. sec. 2. n. 12. versu. Loquendo de aliis.*

23 Sunt autem aliqui, qui cogi non possunt ad di-

cen-

§. 3. De his, qui cogi possunt, vel non, ad testificand. 263
 cendum testimonium, & referuntur in *Can. Si Testes.*
quest. 2. & 3. §. Item 4. l. Julia, prout numerantur par-
 tim in dicta *l. Julia*, & partim in *l. Inuiti. ff. de Testibus.*
 Hi autem sunt primò Senes, nimirum majores 70. annis
 juxta *Glossam in dictum Can. Si Testes. v. Senes.* Secun-
 dò Valetudinarii, idest qui morbo laborant. *Glossa verò*
in Cap. Si quis testium. v. Valetudinarii. de Testibus. dicit,
 quod ad Senes, & ad Infirmos possit Judex mittere No-
 tarium ad hoc, ut in domo propria examinentur. Hoc
 autem intelligo, urgente necessitate; nam cessante ne-
 cessitate, non video cur cogi possint. Quod confirmo ex
 ipsa *Glossa*, quæ obijcit sibi; *numquid inuiti senes sunt*
compellendi & dicit, quod possint propter peccatum. juxta
Can. Quisquis meta. 11. quest. 3. Peccatum autem non
 committitur a non volente testificari, nisi quando est
 necessarium ejus testimonium; & in tali casu omnes pri-
 vilegiati coguntur testificari, sed non tenentur personæ
 liter accedere ad Judicem. Hinc datur hoc discrimen,
 inter privilegiatos, & non privilegiatos; nimirum quod
 primi non coguntur, nisi probetur necessitas, vel osten-
 datur, quod male sibi se subtrahant; cum enim privile-
 gium habeant, debet probari ab asserente, quod male
 sibi se subtrahant, & non ob privilegium. E contra se-
 cundi, idest non privilegiati, si nolint testificari, debent
 ipsi probare impedimentum, & assignare causam. Ita
 cum Abbate, & Farinaccio *Pinhing trib. 2. tit. 2. non. 2. l. 1.*
 p. 24. Tertio Milites, qui sunt in expeditione bellica,
 & quicunque causâ Republicæ absunt, aut sunt legiti-
 mè impediti, ne veniant ad Judicem: non possunt in vici-
 compelli, sive in causis civilibus, sive criminalibus; quia
 lex concedens hoc privilegium loquitur indistinctè.
 Quod si prædicti velint testificari, admittuntur, quia
 privilegio quisque uti potest, vel non.

25 Quarto Parentes contra filios, & Filii adversus

Parentes nec inviti, nec volentes possunt esse testes, sicut nec Gener, & Nurus, Socer, & Socrus, Vitricus, & Noverca, Privignus, & Privigna, Patruus, & Amita, Auunculus, & Matertera, Sobrinus, & Sobrina. Neque Liberti contra Patronos, nec Patroni contra libertos, nec Uxor contra Maritum, nec Maritus contra Uxorem cogi possunt ad ferendum testimonium. Consanguinei alii collaterales, & Affines, quanvis nec cogi possint ad testificandum contra Coniunctos in causa civili, aut criminali, tamen si velint, in civilibus causis admittuntur; sicut etiam Frater cōtra Fratrem. Competit privilegium prædictum, ut non cogantur ad ferendum testimonium Consanguineis, & Affinibus in primò, secundò, tertio, & quarto gradu, non autem remotioribus. Ita cum Farnaceo Pirhing *loco cit. n. 23.*

26 Quintò Clerici a Iudice laico nec vocari, nec cogi possunt ad testificandum sive in causa civili, sive in criminali. *Can. Statutum. 2. quest. 6. juncta Glossa v. Ad Testimonium.* Quod si adesset necessitas; tunc vel Episcopus rogatus a Iudice sæculari, examinabit Clericum, & deinde mittet depositionem ejus ad Iudicem: vel dabit licentiam Clerico jurandi in manibus alterius ex commissione sui ipsius Episcopi coram Iudice sæculari. *Can. Quamquam. 14. quest. 2.*

27 Sextò Clericus adversus suam Ecclesiam cogi non potest ad testimonium ferendum, propter conjunctionem, quam habet cum illa. Verùm si necessaria est ejus testificatio, & producat Clericus ut testis pro Ecclesia sua, debet etiam testificari contra ipsam Ecclesiam, si veritas ad id obliget; quia jurant testes dicturos veritatem pro utraque Parte litigantium. Atque hæc de Testibus nobis sufficiant. Videri possunt scribentes in *Tit. de Testibus, & Attestat. & præcipuè noster Pirhing lib. 2. tit. 20. n. 21.*

28 Unum non est omittendum, nimirum, quod ex hucusque dictis colligitur, quod contra Testes tripliciter objici potest exceptio, seu triplici ex causa potest Reus se defendere repellendo Testes contra ipsum productos. Primò: contra ipsas personas Testium, allegando quod non erant idonei, vel absolutè, vel in causa. Secundò: allegando contra examen, quod non sit legitime factum, ad quod requiritur primò, quod fiat a Judice competente. Secundò: post liris contestationem. Tertio: citata Parte adversa. Quarto: ante conclusionem in causa, seu renunciationem Partibus factam productioni Testium. Quintò: quod Testes recipiantur, & examinentur Jurati. Sextò: non simul, sed seorsim, & in secreto &c. Itaque si aliqua ex his circumstantiis in examine defuerit, fieri potest contra Testes exceptio. Tertio: excipitur contra Dicta, seu depositiones ipsorum Testium, nimirum, quia non sunt concordantes, sunt ambiguae, obscurae, falsae, inverisimiles, singulares, idest non super tota causa, aut extra articulos, de quibus interrogati fuerant &c.

S. QUARTUS.

DE PURGATIONE CANONICA, ET VULGARI.

29 **Q**uoties aliquis laborat infamiâ, & ejus delictum probari nequit, injungitur ei Purgatio canonica, quia cum fatius sit purgatum esse, quam suspectum, ideo Ecclesia in suis Ministris, & Fidelibus desiderans crimina abolere, & delere suspicionem omnem contra illos, voluit, ut quoties aliquis est infamatus de aliquo delicto, quod probari non potest, obligetur se purgare. Ita Gonzalez Tellez *in lib. 5. decretal.*

tit. 34. cap. 16. n. 8.

Est igitur Purgatio excusatio criminis objecti; & duplex est alia Canonica, alia Vulgaris. Canonica est *ex cap. 2. 3. & 4. de Purgatione Canonica.* Innocentiæ alicujus criminis, de quo quis est diffamatus canonicè facta demonstratio. Canonicè dixi, quia a Sacris Canonibus approbatur, reiecta Vulgari, de qua infra.

30. Dico primò: Canonica Purgatio fit hoc pacto: in primis Reus tactis Sacrosanctis Evangeliiis iurat se crimen, de quo est diffamatus, nec per se, nec per aliam personam a se missam, nec suo nomine alium, ipso sciente, illud crimen commississe. *Cap. Quoties. de Purgatione Canon. ibi: jurabit Episcopus primè super Sancta Dei Evangelia, quod pro Ecclesia Sancti Petri Presbytero P. danda, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo, se sciente, pretium recepit.*

31. Dico secundò: Debet qui se purgat, non solum esse fide dignus, (non enim cuicumque iuramentum prædictum defectur) sed debet adhibere Compurgatores, qui super eadem Evangelia iurent, se existimare, quod Purgans verum iuret: *eodem Cap. Quoties. in fine. de Purgat. Canon. & Cap. de Testibus. eodem tit.* Hi autem Compurgatores aliquando duodecim, vel quatuordecim, ut in *Cap. Inter sollicitudines. de Purg. Can.* aliquando septem, aliquando pauciores, vel plures arbitrio Judicis, pensatis qualitate personæ se purgantis, & delicti objecti, esse debent, ut in *Cap. Ex turarum. eodem tit. ibi: cum septima, aut quinta manu sui ordinis (sicut expedire cognoveris) per Purgationem Canonicam innocentiam suam ostendat.* ubi illud verbum *sicut expedire cognoveris.* explicant aliqui, quod possit Iudex etiam Compurgatores omittere, si ita iudicaverit. *Vallensis lib. 5. tit. 34. num. 3.*

32. Dico tertio: Prædicti Compurgatores debent esse

esse honestæ vitæ, de nullo crimine condemnati, & quæ se purgantem familiariter noverint. *Cap. Cum dilectus. Cap. Constitutus, & Cap. Cum P. de Purgat. Canon.*

33 Dico quartò: Si diffamatus de crimine, deficiat in Purgatione, eo quia tempore præfixo noluit iurare, vel quia nullos Compurgatores potuit invenire, est damnandus tanquam confessus. *Cap. Inter sollicitudines.* in fine ibi: *Quod si forsitan in purgatione defecerit, eum Ecclesiastica disciplina mucrone percellas, & ab Officio, & Beneficio depositum ad agendam pœnitentiam in arctum Monasterium detrudere non omittas.*

34 Dico quintò: Non conceditur talis Purgatio, ut ab initio innui, nisi quando crimen non potest aliunde probari; si enim de crimine obiecto habetur vehementis suspicio, cum indiciis ad torturam, non indicitur Purgatio. *Cap. Si quis de gradu. de Purgat. Canon.* sicut si crimen est notorium, non conceditur Purgatio, sed devenitur ad depositionem e proprio gradu. Ita in dicto *Cap. Si quis de gradu.*

35 Dico sextò: Hæc Purgatio a Sacris Canonibus approbata, erat in usu apud plures Nationes, ut ostendit Gonzalez Tellez *lib. 5. Decret. tit. 34. cap. 16. n. 5.* & hodie adhuc viget in Curiis Ecclesiasticis, & in causis Regularium usitata est, sicut in causis de Heresi; imò in pluribus locis etiam in Foro sæculari, ut testantur Julius Clarus, Diaz, & Lopez apud Vallengem *lib. 5. tit. 34. num. 7.*

36 Dico septimò: Effectus Purgationis Canonice est, ut diffamatus restituatur in pristinum statum. *Cap. Inter sollicitudines. de Purgat. Canon.* ibi: *Purgatione verò recepta, Beneficium ei restituere non postponas.* Ut autem innocentiam suam qui fuit purgatus confirmet, debet bonis exemplis famam suam restaurare, ut sic infamia, in qua fuit, convertatur in bonam famam; ut dic-

tur eod. Cap. Inter sollicitudines. ibi: Deinceps vitam suam bonis adornans operibus, ut infamia convertatur in bonam famam, & omne scandalum, & suspicio deleatur.

37 Dico octavò: Purgatio vulgaris fuit introducta instigante Generis humani Inimico; ea enim erat Duellum, seu Monomachia; solebant enim controversiæ decidi per Campiones, seu Pugiles, qui alieni dissidii componendi causâ suam operam locabant. *tit. 2. legum Longobardorum cap. 77. 83. 92. & 110.* Item solebat fieri hoc pacto purgatio, ut si alter accusabat alterum de crimine, quod non poterat probare: provocaret ad Duellum; ita ut qui cecidisset in confictu, haberetur pro Reo, & alter pro Innocente. Item per aquam frigidam, vel ignem, ita ut qui sustineret ignem in manu, vel in alia parte corporis absque adustione, haberetur pro innocente. Videatur Gonzalez Tellez *lib. 5. Decretal. tit. 35. cap. 2. n. 3. & cap. 3. n. 5.*

38 Dico nonò: Hæc Purgatio vulgaris nec in causis civilibus, nec in criminalibus est admittenda. *Cap. Dilecti Filii. de Purgat. vulgari. & ex variis aliis textibus probata manet prædicta assertio communis, ut ostendit præcitatus Gonzalez Tellez. cap. 3. n. 3. & n. 7.* Et ratio est, quia Purgatio per Duellum continet homicidium: per ignem, aut aquam calidam, aut ferrum candens, & similia, continet tentationem Dei, a quo postulatur miraculum sine necessitate. ergo nullo modo est licita, cum sit superstitiosa ex Divo Thoma 2. 2. *quest. 95. art. 8. ad 3. & 3. par. quest. 80. art. 3.* quem sequuntur Theologi docentes non solum Monomachiam esse peccatum, & prohibitam in Sacris Canonibus, & a Tridentino *sess. 25. de Reformat. cap. 19.* sub gravissimis poenis, sed etiam Tentationem Dei esse peccatum mortale. Videatur Lefsius *lib. 2. de Iustitia. cap. 45. dubitat. 1. n. 3. & 4.* & Sanchez *lib. 2. in decal. cap. 34. n. 12.*

CA-

CAPUT DECIMUM.

DE MODO PROCEDENDI IN
CIVILIBUS.

Judex in civilibus non procedit, nisi postulatus, imò
debet, si potest, Partes ad concordiam revocare,
cum ad ipsum pertineat lites dirimere. *L. Quidam exi-
stimaverunt. ff. de Rebus creditis.* Rogatus igitur Judex
si ad concordiam nolle venire Actorem videt, & opus
esse litem instituere, in primis citare debet Partem ad-
versam. Ideoque nobis primò de Citatione; deinde de
libelli oblatione, & sic deinceps de reliquis ad formam
Judicii requisitis agendum erit.

§. PRIMUS.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT CITATIO.

1. **C**itatio est fundamentum, & principium ordi-
nis Judiciarii, sine qua totum Judicium con-
ruit; nec Princeps potest defectum citationis supplere.
Clemen. Pastoralis. §. Caterum. de Sent. & Re. Judic. Di-
verso autem modo dicitur Judicium incipere a Citatio-
ne, ac a litis contestatione. Nam a Citatione ita inci-
pit, ut litigantes possint ab illo Judice discedere, & co-
ram alio litigare. A litis verò contestatione ita incipit
coram Judice judicium, ut non possit ille Judex amplius
recusari. *L. Ubi. ff. de Judic.*

2. Est autem Citatio actus legitimus, quo Reus ex
mandato Judicis Juris experiundi causa, idest, ut expe-
riatur: an Actor habeat, nec ne Jus, in Judicium vocatur.
Dixi ex mandato Judicis, quia quamvis olim permissus
erat

erat Actori Adversarium in Judicium vocare ; hodie tamen non fit, nisi autoritate Judicis per Ministrum publicum, seu Apparitorem, aut per Edictum publicè affixum. Ita Van Espen *par. 3. tit. 7. cap. 2. n. 4.*

3 Est autem Citatio vel realis, vel verbalis. Realis est, quando apprehenditur Reus, & per Apparitorem, qui eum capit, ducitur, ad Judicium. Verbalis est, quando per verba Persona vocatur. Et alia est privata, quæ fit per Apparitorem euntem ad domum illius personæ, Alia est publica, quæ fit per Præconem, aut Edictum publicè affixum. Hæc autem fit, quoties, qui citari debet, non potest inveniri, vel quia locus, ubi est, non est tutus, aut est remotus, aut citandus ipse est vagabundus, aut impedit, ne ad ipsum veniat citatio verbalis per Apparitorem. Item quoties Contradictor est incertus, vel incerti sunt Creditores, ut accidit quando quis vult adire suspectam hæreditatem defuncti, cujus Creditores ignorantur. Tunc enim omnes citari debent, quorum interest, & non possunt aliter citari, nisi per Edictum publicum.

4 Item Citatio alia est peremptoria, alia simplex. Est simplex, seu dilatoria, quæ non constituit citatum contumacem, nisi postquam tertio; & justo intervallo non minus, quàm decem dierum, facta sit. *L. Tres Denunciations. Cod. Quomodo, & quando Iudex. & L. Et tertium. cum sequent. ff. de Iudic. & ubi.* Hodie verò intervallum unius citationis, & alterius extenditur ad triginta dies *ex Autent. Qui semel. Cod. Quomodo, & quando Iudex. ibi: Qui si causam prosequi differat, Reo postulante, tribus edictis citetur per intervalla triginta dierum.* Potest autem Iudex pro necessitate causæ, & conditione personarum, & circumstantiis loci, vel temporis intervallum illud minuere, vel augere. *L. Nonnumquam. ff. de Iudic. & Cap. Consuluit. de Offic. Delegati in fine.*

Pe-

Peremptoria est, quæ si præfixa die in Jus vocatus non venerit, constituit eum contumacem. *dicta L. Et Tertium. & dicta L. Nonnumquam. ff. de Iudic. & ubi.* Dicitur autem citatio peremptoria, quia perimit disceptationem, id est ultra non patitur Adversarium tergiversari. Item peremptoria citatio *ex dicta L. Nonnumquam.* aliquoties datur post trinam monitionem simplicem, aliquando post unam, vel alteram, aliquando statim, & dicitur una pro omnibus, prout expediens fore judicaverit Jdex. Quod si Reus absens post edictum peremptorium non venerit, iterum ex benignitate citatur; & si venerit, siue non agitur causa, & sententia secundum leges profertur. Si vero Actor ad cujus instantiam datus fuit terminus peremptorius, non comparuerit die præfixo, cassatur illa citatio, & perimitur instantia ejus, non tamen fertur sententia definitiva; unde adhuc potest litigari. *L. Et post edictum. ff. de Judic. & ubi.*

5. Denique Citatio alia est Juris, alia Hominis. Juris est, quando in Jure habetur terminus definitus, intra quem debeat quis coram Jdce sistere. Hominis est, quando a Jdce per Nuncium quis vocatur in Jus. Nec minus afficit citatio Juris, quàm Hominis. *Clement. 2. de Pœnis. ibi: Ne citati ad Apostolicam Sedem ab Homine, vel a Jure, venire &c.*

§. SECUNDUS.

DE REQUISITIS AD LEGITIMAM CITATIONEM.

6. **D**ico primò: Ut legitima sit Citatio, requiritur, ut fiat ad instantiam Partis, quoties inter duos litigantes agitur, seu quoties Jdex utitur officio mercenario; nam si utatur mero, & mixto imperio,

272 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 10. de Modo proced. in civilib.*
rio, potest ex se citare. Ita cum Maranta, Vallenfis. *lib. 2. tit. 2. §. 3. n. 5.* Debet autem Iudex faciens citare, esse competens, alias Citatio non arctat citatum, qui potest impunè non obedire. *Cap. Ut animarum. de Constit. in 6. in fine.* ibi; *Cum extra territorium Jus dicenti non pareatur impunè.* Item debet Iudex speciale mandatum, aut commissionem dare Apparitori ad citandum, nisi Reus sit in flagranti crimine repertus; quia tunc Apparitor habet mandatum generale a lege, ut realiter citer, idest capiat Reum.

7 Dico secundò: Ut Citatio sit legitima, requiriprimò, ut exprimatur nomen, & cognomen Iudicis, ad hoc ut videat Reus si est competens. Secundò nomen, & cognomen ipsius Rei, ne fiat æquivocatio. Tertiò nomen, & cognomen ejus, ad cujus instantiam fit Citatio, ut citatus videat, quòd Iudex non ex se procedit, & simul decernat, an velit litigare, vel cedere. Quartò summaria notitia causæ, ut possit Reus cogitare, quid respondere debeat. Quintò locus Iudicii, ut videat Reus, si sit competens, & tutus; nam ad locum non tutum non tenetur accedere, sed potest appellare. Sextò dies, & terminus assignatus ad comparandum. Hec omnia ex textibus confirmata videri possunt apud Vallengem *lib. 2. tit. 2. §. 3. a n. 5. usque in finem.* & Pirhing *lib. 2. tit. 2. n. 216. & sequent.*

8 Dico tertiò: Legitimam Citationem facere potest quilibet Iudex sive Ordinarius, sive Delegatus, sed cum hac differentia, quòd Delegatus citare solum possit verbaliter, seu per literas citationis, non autè per Edictum, nisi fuerit Delegatus supremi Principis; nec potest per Citationem realem, nisi habeat commissionem specialem. Ordinarius autem habet facultatem citandi realiter, & verbaliter. Ita cum Maranta, Pirhing *n. 226.*

S. TER-

§. TERTIUS.

DE EXECUTIONE, ET EFFECTU CITATIONIS.

9 **D**ico primò : Nuncius, seu Apparitor exequi tenetur Citationem perquirendo Reum; quod si eum non inveniat: vel Procuratori, si quem Reus habet, vel Domesticis, vel Vicinis significabit, relicto citationis exemplo; deinde relationem faciet, quæ in actis referri debet, ut appareat exequutio legitime facta.

10 Dico secundò : Primus effectus Citationis est, constringere citatum ad comparendum; ita ut si post trianam Citationem, vel unam peremptoriam, non compareat, fiat contumax, & puniatur juxta ea, quæ dicuntur in *tit. de Dolo, & Contumacia*. Potest autem Citatus exceptione justa se defendere; vel quia Magistratum gerit, vel quia propter loci Religionem se movere non potest, vel alio modo, juxta ea, quæ dicuntur in *Legibus sub tit. 4. De in Jus vocando. lib. 2. Digestorum*.

11 Dico tertio : Citatio perpetuat Jurisdictionem Judicis Delegati; ita ut si contingat Citatum mutare domicilium, & fieri extra territorium Judicis, qui citavit, adhuc sistere debet ante illum, quo ad eam causam, *Cap. Proposuisi. de Foro Compet. Cap. Gratum. de Offic. & Potest. Judic. Deleg. & L. Si quis postea quam. de Judiciis*. Et ratio est quia, ut dicitur in dicto *Cap. Gratum*. per Citationem est negotium inceptum; & ideo finiri debet coram eodem Judice. Quod ipsum habet a fortiori locum in Judice Ordinario, coram quo sistere debet qui fuit ab ipso citatus, etiam si domicilium mutaverit, & incaperit esse alienæ Jurisdictionis.

12 Dico quartò : Citatio interrumpit præscriptio-

M m

nem

274 *Lib. 3. Fas. 1. Cap. 10. de Modo proced. in civilib.*
nem 30. annorum . *L. Finali . Cod. de Annali exceptione.*
& inducit pendentiam litis , ita ut nihil innovari possit
juxta ea, quæ dicuntur. *in lib. 2. Decretal. tit. 16. Ut li-*
se pendente, nihil innovetur . Videatur Pirhing lib. 2. tit.
2. n. 228. per totum.

S. QUARTUS.

DE LIBELLI OBLATIONE.

13. **D**ico primò: Reo citato, nec potente Jurif-
dictionem Iudicis declinare, ideoq; com-
parente, debet Actor libellum Iudici offerre. Est autem
Libellus, brevis scriptura clara, & ordinata continens,
ac demonstrans Iudici, & Parti intentionem Actoris; At-
que hic est libellus civilis, seu postulationis, seu con-
ventionalis, idest pro causa civili. Libellus verò crimi-
nalis est continens intentionem Accusatoris; & hic li-
bellus qualis esse debeat, & qua forma; dictum est supra
Cap. 7. n. 4.

14. Dico secundo: Debet coram Iudice, sive Ordina-
rio, sive Delegato, sive etiam Arbitrario talis libellus
offerri, sive criminaliter, sive civiliter agatur, & copia
ejus in scriptis (Actoris expensis) Reo dari, ut ipse re-
spondeat; & non tenetur statim respondere, sed tempus
viginti dierum conceditur. *Ausent. Offeratur. Cod. de*
Litis contestat. & Can. Industria accusatis. 3. quest. 3. S.
Offeratur.

15. Dico tercio: Libellus debet esse, ut dixi, clarus;
unde si obscurus sit, repellitur. Obscurus autè est vel ra-
tione generalitatis, vel æquivocationis, vel petitionis
alternativæ, vel quia conditionalis. *Cap. Significanti-
bus. de Libelli oblatione.* Suffinetur autem libellus generalis
in causis summaris, Parte non opponente, secundum

ali-

aliquos; in causis ordinariis non sustinetur; potest tamē a libellante declarari non verò a Procuratore, vel hēre dē, nisi habuerint speciale mandatum. Vallensis cum aliis lib. 2. tit. 3. n. 3.

161 Dico quartò: Libellus alternativus sustinetur primò in actione hypothecaria, quando scilicet Actor petit, ut restituatur ei res obligata, quæ est Titii debitoris, & possidetur a Cajo; quia in tali actione hypothecaria potest Possessor retinere rem, & debitum offerre Creditori ex L. Si Creditor. ff. Quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur. Adeoque Actor petit vel rem Debitoris sibi obligatam, vel id, quod ei est debitum, petit ab eo, qui rem possidet, & vult illam retinere. Similiter sustinetur libellus alternativus in emptione, quoties debitor petit ab Emptore, ut restituat rem venditam, vel suppleat quod deficit pretio. Et non contra, si venditio fuit injusta; in arbitrio emptoris est, vel venditionem rescindere, vel supplere justum pretium. Cap. Cum dilecti. de Emptione, & Vendit. §. Quia vend. Item sustinetur alternativus libellus quando incertum est, an res existat; ideoque petitur ab Actore, aut quod restituatur, si existat, aut decem æquivalens. Item si petitur quod declaretur contractus nullus, aut si validus est, restituatur quod debetur. Videri possunt Vallensis lib. 2. tit. 3. n. 4. & Piching lib. 1. tit. 3. n. 2.

QUESTIO PRIMA.

QUID CONTINERE DEBEAT LIBELLUS CONVENTIONALIS?

17 Dico: Quid continere debeat exprimitur hoc versu

Quis, quid, coram quo, quo Jure petatur, & à quo.

Et ideo est quidam sillogismus Libellus conventionalis habens pro quasi majore causam agen-

di, seu petendi, seu medium concludendi; Pro qua-
 si minore narrationem facti, in qua ostenditur reperiri
 eam causam justam; & conclusionem, seu petitionem,
 quæ sequitur ex illis præmissis. Dixi, pro quasi majore,
 & pro quasi minore, quia Causidici non servant strictam
 formam dialecticam. v. g. Ego Paulus dedi Petro cen-
 tum nummos mutuos; & quia mutuarius tenetur sol-
 vere, peto a te. Judice, ut ille solvat.

18 Quæritur hic utrum debeat exprimi in Libello
 causa proxima, an verò sufficiat remota? Pro cujus in-
 telligentia, & resolutione, distinguere oportet Actio-
 nem, in realem, & personalem. Personalis Actio, quæ di-
 citur Condictio, est in qua petitur, ut Adversarius det,
 aut faciat aliquid, ad quod est obligatus sive ex con-
 tractu, vel quasi contractu, sive delicto, vel quasi deli-
 cto. v. g. ut reddat 100. quos debet ex venditione; aut
 satisfaciat pro damno illato, &c. Actio realis, quæ dici-
 tur etiam petitio, & vindicatio, est, quoties petitur res
 aliqua, quæ detinetur ab Adversario, qui supponit esse
 suam; & petitur, ut declaretur non sua; & ex hac de-
 claratione sequitur deinde quod restituatur. De his
 Actionibus, & de aliis subdivisionibus Actionum,
 agunt Doctores in *S. Omnium actionum. Instit. de Actio-
 nibus.*

Jam in utroque genere Actionum datur causa proxi-
 ma, & remota. In Actione personali causa remota est
 contractus, aut quasi contractus: delictum, aut quasi de-
 lictum; quia ex illis in Reo oritur obligatio ad aliquid
 faciendum, vel dandum. Causa verò proxima est ipsa-
 met obligatio orta ex contractu, &c. In Actione verò
 reali, causa remota est id, ex quo ortum fuit dominium
 in rem, quæ petitur: e. g. donatio, venditio, vel alius
 titulus. Causa proxima est ipsummet dominium acqui-
 situm. His postis,

19 Dicendum cum Pirhing, & aliis, quos affert *lib. 2. tit. 3. n. 9. & 12.* quod in actione reali sufficit exprimere causam proximam, e. g. peto rem, quia Dominus sum. In actione verò personali exprimenda est causa remota, e. g. peto quinquaginta a Petro ex contractu venditionis, mutui, &c. nec sufficit dicere, quia ille est obligatus solvere, ut constat ex *Cap. Finali. de Libelli oblatione.* ibi: *nollent exprimere in porrecto Libello conventionali, quare sibi dicta pecunia deberetur.* Ratio diversitatis est; quia personalis obligatio potest ex multiplici causa oriri, ideoque, si non exprimitur causa determinata, Libellus est incertus, & obscurus, adeoque repellendus. E contra dominium ejusdem rei in solidum penes plures esse non potest ex *l. Possideri. §. Ex contrario. ff. de acquiren. vel amittenda possess. & l. Sicut certo. §. Si duobus. ff. Commodati.* Ideoque dum dicitur res esse sua, non habetur incertitudo in Libello.

20 Dico præterea, quod potest Actor in suo Libello plures Actiones simul cumulare, sive agat ex diversis causis ad diversa contra eundem: sive ex eadem causa; & ad idem contra diversos; & in tali casu debet Adversarius ad omnia respondere, & Judex diversas sententias proferre, quia tot sunt Libelli, quot Actiones, & facta; & cum diversorum, & separatorum diversa, & separata sit ratio, ideo diversa requiruntur sententiæ, *Vallensis lib. 2. tit. 3. n. 7.*

QUÆSTIO SECUNDA.

UTRUM POSSIT LIBELLUS MUTARI,
VEL EMENDARI?

21 **S**upponendum: aliud esse Libellum mutari, aliud emendari. Mutari dicitur, quocumque causa

causa expressa petendi mutatur, & alia exprimitur, vel quando factum narratum, aut Actio proposita mutatur. Emendari verò dicitur, quoties aliqua ambiguitas, vel obscuritas declaratur, salva actione proposita, & facto, & causa expressa.

22 Dico cum communi, quod ante litis contestationem mutari potest Libellus, tam in civilibus, quam in criminalibus; quia non dum est verè, & propriè inceptum Judicium; debent tamen Reo novæ dilationes concedi pro deliberatione litis futuræ; & item si damnum passus sit ob hanc mutationem, debet ab Actore compensari. Post litis verò contestationem mutari non potest Libellus, quia est quasi contractus, per quem quis obligatur ad id, quod in Judicio petitum est, si per sententiam succumbat. Potest utique Actor uti alio Libello, & novâ instantiâ cum refusione expensarum juxta *Cap. Examinata. de Judic. in fine.* Videatur Pirhing *lib. 2. tit. 3. a n. 17. usque ad 20.* in quo addit ex variis Juribus, & Doctoribus, quod porrecto Libello ab Actore, tenetur ipse prosequi litem usque ad sententiam Judicis, si Reus conventus ita postulet, & maximè si expensas fecit litigando. Quod si Reus conventus nil damni passus sit, poterit Actor litem deserere.

§. QUINTUS.

DE MUTUIS PETITIONIBUS, SEU DE RECONVENTIONE.

23 **S**olet plerumquo Reus post Libellum porrectum ab Actore, etiam ipse contra Actorem aliquid petere, & sic eum oblato Libello suo reconvenire. Atque ideo est Titulus *de Mutuis petitionibus*, quæ nil aliud sunt, nisi conventio ex parte Actoris, & reconventio ex parte

parte Rei; adeoque uterque sit Actor, & Reus quo ad diversa coram eodem Judice; nec enim coram alio facienda est reconventio, ne Actoris actio eludatur per hoc, quod ad alium Judicem trahatur. Atq; hoc est etiã verum, quoties Judex, coram quo Reus est conventus, non fuerit comperens respectu Actoris, v. g. si Clericus laicum convenit coram Judice laico in causa civili (de qua hic est sermo) & laicus reconveniat Clericum: poterit hæc reconventio fieri coram ipso Judice laico, ut diximus *lib. 1. cap. 12. n. 126.* Atque ita ex pluribus Juribus Vallensis *lib. 2. tit. 4. S. 1. n. 3. 4. & 5.* & ipse Pirrhing, qui contrariam sustinet opinionem, concedit *lib. 2. tit. 4. n. 13.* posse in praxim deduci nostram opinionem.

24 Dico primò: Reconventio potest fieri non solum coram Judice ordinario, sed etiam coram Delegato. *Cap. Prudentiam. de Mutuis petitionibus.* Si autem Delegatus sit datus de consensu utriusque Partis, non habet locum coram eo reconventio, sicut neque coram Judice Arbitrario, seu Compromissario, quia tunc ille Judex solum cognoscere potest de his, quæ de consensu Partium in compromissum deducta sunt, ut constat ex *Cap. Cum dilectus. de Arbitris.* ibi: *Coram Arbitris tamen reconvenire non potest, cum Arbitri judicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eas extiterit compromissum.*

25 Dico secundò: Reconventio fieri potest, etiam in causis Summariis, quoties utraque causa Summaria est. *Clem. Sape. §. Verum. de Verb. signific.*

26 Dico tertio: In causis criminalibus criminaliter intentatis non potest Reus reconvenire Accusatorem super pari, vel minori crimine; quia innocentia non ostenditur per objectionem criminis, sed per sui manifestationem. At de majori crimine, aut ut suam, suorumve

in-

280 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 10. de Modo proced. in Civil.*
injuriam prosequatur Reus, potest Accusatorem reconvenire, quoties Judex est competens utriusque. Sicut etiam quoties civiliter tantum est Reus de crimine conventus, potest etiam civiliter de alio crimine Accusatorem reconvenire coram eodem Judice, si est competens utriusque. Ita ex variis Juribus Pirhing *lib. 2. tit. 4. n. 15*. Præterea Reus criminaliter conventus, non potest civiliter reconvenire Accusatorem, quanvis Reus civiliter conventus possit Actorem criminaliter reconvenire. e. g. objiciendo quod falsos testes contra se produxerit; & tunc suspenditur Actio civilis, donec finiatur causa criminalis.

27 Dico quartò: In causis Appellationis non habet locum Reconventio, quia Judex appellationis aditur ex necessitate propter gravamen, seu injuriam, quam putat appellans sibi factam a Judice, a quo appellat, & ideo non potest coram Judice appellationis reconveniri. Ita ex variis Juribus Vallenlis *lib. 2. tit. 4. §. 2. n. 5.* & Pirhing citatus *n. 16.* cum Abbate, & Maranta.

28 Dico quintò: Nec habet locum Reconventio in causa spoliationis, idest quoties quis fuit spoliatus ab Adversario suo, nimirum privatus possessione rei, quam habebat, & trahit Spoliatorem in Judicium, perens, ut restituatur sibi res illa. In tali, inquam, causa, nisi prius fiat restitutio non potest Spoliator reconvenire Spoliatum, nisi de alia Spoliatione per modum exceptionis, ut habetur in *Cap. Super Spoliatione. de Ordine cognitionum*. Et nos infra explicabimus, cum de Ordine cognitionum agemus.

29 Dico sextò: Nec habet locum Reconventio in causis executivis, quando scilicet petitur executio Instrumenti confessionati; quia habet vim sententiæ. Ita in Instrumento debiti, vel in Deposito, quod habet paratam executionem in bonis debitoris, non admittitur

tur

tur reconventio, quia non debet differri liquidum pro illiquido. Potest tamen fieri reconventio, quo ad prorogationem Jurisdictionis, nimirum, ut postea coram eodem Judice recognoscatur eadem causa. Ita ex Maranta Pirhing n. 16. ver. *Quarto*.

30 Dico septimò: Denique non habet locum reconventio in his causis, in quibus Judex conventionis cognoscere nequit; adeoque sunt causæ, quarum natura & qualitas reconventioni repugnat. e. g. si coram Judice laico Reus reconveniat Actorem de re spirituali, aut Ecclesiastica, de qua cognoscere nequit laicus. Videri potest prædictus Pirhing lib. 2. tit. 4. per totum.

31 Dico octavò: Reconventio fieri debet ante litem contestatam, vel paulò post; *Clemen. Sept. S. Verum. de Verbor. signif. ibi: Pro parte agentis, & etiam Reus, si quid petere voluerit, est in ipsa litem contestatio petitis facienda.* Cæterum ex *Cap. Dispendia. S. Reus quæquid de Rescrip. in 6.* conceditur Reo reconventio contra Actorem durante Judicio eodem, idest usque dum data non fuerit sententia, vel conclusa fuerit causa; cum hoc tamen, quod si reconventio fiat in progressu judicii, non possit causa conventionis ambulare pari passu cum causa reconventionis; sed finitâ causâ conventionis ad eam deveniatur. E contra si ante litem contestatam, vel paulò post fiat reconventio; Judex utramque causam conventionis scilicet, & reconventionis simul tractabit ita ut prius respondeat Reus primò conventus positionibus, seu articulis Actoris, & deinde Actor reconventus articulis Rei reconvenientis, & sic deinceps usque ad sententiam, quam Judex tradet in eadem Scriptura; ita ut prius scribatur sententia in causa conventionis, deinde in causa reconventionis; & una post aliam immediatè legatur. Quod si aliter fecerit Judex, nimirum si pronunciet tantum in una, & non in utraque causa;

quavis sententia valebit, tamen ab ea appellari poterit. Et ratio est, quia favor Res postulat, ut non prius condemnetur Reus Actor, quam Actor ipsi Reo. Ita eum Bartholo, & Maranta, Pirhing lib. 2. tit. 4. n. 19. & Vallenfis, adductis Juribus lib. 2. tit. 4. §. 3. n. 2.

32^o Dico non: Actor reconventus, si nolit respondere Libello reconventionis non prohibetur, patitur hanc poenam, ut Reus ad ejus Libellum conventionis respondere non teneatur, nisi vicissim offerat se respondere velle Libello ipsius reconventionis. cap. 1. §. 2. de Mutuis petitionibus.

33^o Dico tandem cum communi: non potest Actor reconventus a Reo a se convento, iterum reconvenire ipsum Reum reconventorem, quia secus daretur processus in infinitum mutuarum petitionum, & Judex aggravaretur nimium petitionum concertatione, & magno sibi ipsi inigantes nocerent.

S. SEXTUS.

DE LITIS CONTESTATIONE.

34^o **S**upponendum, quod Judicium proprie a Litis contestatione incipiat, qua post citationem, & Libelli oblationem, datus inducitur, seu dilatoribus necessariis sequitur, & quavis a citatione dicitur incipere Judicium, ut supra notavimus, quoad effectus, tamen verè & proprie, qui sunt ante litem contestationem, preparatoria sunt Judiell, non ejus inceppio, quia ante litem contestatam non dicitur quis agere, vel petere, sed divelle agere, vel petere. Ita communiter Doctores. *Cap. Super Questionum cum Glossa cor. litem contestatam. de Offic. Judic. Delegat.* Hoc potest

35. Dico primò: Litis contestatio est fundamentum Judicii per petitionem Actoris coram Judice propositam; & congruam Rei responsionem factam animo contestandi litem, seu ut clarius est, animo litigandi; nam æquè obscurum est *ly. Contestandi litem ac litem contestatio.* Postquam igitur oblatuſ fuit Judici ab Actore Libellus, & Reo citato exhibitus a Judice, tenetur ipse Reus elapſo tempore concesso ad deliberandum, & exceptiones dilatorias, aut fori declinatorias opponendas, comparere, & petitioni Actoris respondere coram Judice, nisi velit cedere liti.

36. Dico secundò: Debet Reus purè respondere, quia actus legitimus, qualis est litem contestatio, nec diem, nec conditionem admittit, juxta *Regulam 77. In ris in ff.* Ideoque ad ea, quæ dicit Actor in suo Libello dicens coram Judice: *repeto narrata, & petita, & affirmo vera esse.* (quæ dicitur contestatio affirmativa ex parte Actoris) debet, Reus respondere dicens: *negò narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur esse vera; vel affirmo: petita fieri non debere; vel peto me absolvi ab instituta actione.* Atque hæc dicitur litem contestatio negativa. Vel simpliciter negare debet, quod ab Actore petitum est; atque hæc est litem implicita contestatio. Fieri etiam potest contestatio litem per verbum dubitativum, quoties fit per Procuratores, aut hæredes, qui possunt ignorantiam in alieno facto allegare dicentes: *non credo, aut nescio an narrata sint vera.*

37. Dico tertio: Coram Judice fieri debet responsio prædicta; non est tamen necessarium, ut sint præsentés, tam Actor, quam Reus, sed sufficit si Reus, absente Actore, respondeat etiam in scriptis, quia jam sufficienter dicuntur præsentés in Judicio & Actor per Libelli oblationem, & Reus per responsionem illam. Ita cum Abbate Pirhing *lib. 2. tit. 5. n. 31.*

38 Dico quarto: Si Reus ante petitionem Actoris in iudicio factam, confiteatur debitum suum, non fit litis contestatio, nec requiritur sententia definitiva Iudicis, sed solum præceptum, ut solvat. *l. Si debitori. ff. de Judic.* Item si extra iudicium quis perat ab alio rem suam, & hic neget esse suam, non fit litis contestatio, quia iudicium incipere non potest sine Iudice.

39 Dico quinto: Neque fit litis contestatio per responsiones ad Positiones Actoris. Si enim Actor solum exponit, & non petit, non vult agere. Sunt autem Positiones quædam breves narrationes, seu assertiones aliqujus facti. Fit igitur litis contestatio, quando super eas assertiones Actor petit a Iudice, ut sententiam proferat, & Reus negat esse petitionem justam, ac veram, adeoque Actor assumit eam probare, & Reus se defendere, & probare oppositum.

Ex his Positionibus Actoris eruantur Articuli, nimirum illæ assertiones, quas Reus conventus negat, & probare debet Actor; atque hæ ponuntur in Libello articulado, cui compellitur Adversarius ad respondendum. Plura videri possunt apud Doctores, & præcipue apud Pirhing *lib. 2. tit. 5. an. 11. & deinceps.*

S. SEPTIMUS.

DE EXCEPTIONIBUS.

40 **E**Xceptio est exclusio actionis, vel intentionis agentis. *l. Exceptio. ff. de Except. præscript. & præjudic.* Ideoque Exceptio alia est Facti, seu intentionis, alia Juris. Prima est, qua excluditur factum, seu intentio Actoris; e. g. si agens agit ex mutuo, & Reus negat accepisse mutuum; vel dicit jam solvisse; hæc dicitur Exceptio facti, seu intentionis, qua exclu-

di.

ditur in agente intentio agendi; non enim excluditur actio, seu Jus agendi, quia nulla de Jure in tali casu actio datur, sed excluditur intentio Actoris; vel ut alii dicunt, excluditur ipsum factum, adeoque vocant Exceptionem facti.

Exceptio verò Juris est, qua Reus excludit Jus Actoris, seu actionem a Jure competentem. e. g. habetur contractus, per quem Titius est obligatus Paulo, & Paulus agit, ut solvatur debitum, adeoque habet actionem ex contractu, Titius verò dicit se metu cadente in constantem Virum, vel dolo captum fecisse contractum. Hæc dicitur exceptio Juris, qua excluditur Jus aliqui cōpetens Actori ad agendum, adeoque excluditur ipsa actio de Jure aliqui competens ex contractu.

41 Hæ Exceptiones Juris aliæ sunt dilatorix, & temporales, aliæ peremptoriæ, & perpetuæ. eadem l. *Exceptio. §. Sanè. & l. Exceptiones. de Exception. &c.* Dilatoriæ sunt, quæ principalem causam non perimunt, sed solùm differunt, adeoque non semper obstant Actori. Peremptoriæ sunt, quæ Jus Actoris perimunt, & elidunt, & ideo semper Actori obstant.

42 Jam dilatoriæ Exceptiones, vel respiciunt personam, & dicuntur Fori declinatoriæ, v. g. si opponitur incompetentia Judicis, familiaritas cum Actore, inimicitia ejus cum Reo, vel ejus Parentibus &c. Hæ Exceptiones non perimunt Actori Jus ad agendum, sed differunt, quatenus obligant ad agendum coram alio Judice. Debent autem similes Exceptiones proponi ante omnem actum judicialem in principio litis; quia faciunt ad impediendum processum, & declinandum Judicium; adeoque dum proponuntur, non fit litis contestatio, quia in illis faciendis deficit responsio Rei ad Libellum, & animus litigandi. Quod ipsum dicendum de Exceptione peremptoria, quæ non inducit litis contestationem

stem, ut statuitur in *Cap. Si oblatio. de Litis contestat. in 6.* nisi Reus ita Exceptionem proponeret, ut Libello responderet coram Iudice, & simul cōtradiceret. Videatur *Pirking lib. 2. tit. 5. n. 20.*

43 Aliæ Exceptiones respiciunt personam Actoris, vel Procuratoris; aliæ verò personam Rei. Aliæ demum qualitates Causæ, & Actionis. Respiciunt personam Actoris, si faciant ad probandum, quod agere non possit, quia nimirum est Servus, Religiosus, Filius familias, Minor 25. annis, &c. Procuratoris: si faciant ad probandum, quod non habeat mandatum, vel quod non sit legitimè constitutus, &c. Respiciunt autem personam Rei conventi, si ipse proponat, se ab Actore spoliatum fuisse, & ideo antequam teneatur Libello respondere, Beneficium restitutionis implorare. Denique respiciunt qualitates causæ, & actionis, quoties proponitur defectus in Libello, vel in Citationem &c. His positis.

44 Dico primò: Ita omnes dilatoriæ exceptiones debent regulariter proponi ante litem contestatam, vel intra terminum præfixum a Iudice *ex Cap. Inter Monasterium. de Senten. & re Judic. & Cap. Cum causa. de Appellat.* ut possint etiam aliquæ post litem contestatam proponi; & tales sunt, quoties de novo emergunt, vel Reus juramēto affirmat nunc ad sui notitiã pervenisse id, quod in modū exceptionis proponit: vel talis sit exceptio ut retroactum processum reddat nullum, qualis est, quæ Procuratoris mandatum probat nullum, aut Jurisdictionem in Iudice non fuisse. Ita *ex Cap. Pastoralis. de Exceptionibus. & Cap. Cum venerabilis. S. Licet autem. eod. tit. Cap. In nostra. de Procurat. Vallensis lib. 2. tit. 25. n. 11.*

Exceptio verò excommunicationis Actoris ita proponi debet, vel ante, vel post litem contestationem, ut Reus non differat malitiosè eam opponere; nam si malitiosè differat, damnatur ad compensationem expensarum

tum inutiliter factum ab Actore. *Cap. Exceptionem de Exception. ibi: Qui si tam miseris, ut Actor laboribus, & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus.* Quod ipsū dicitur in *Cap. 1. de Exceptionibus. in 6.* ubi additur, quod intra octo dies debet Reus probare Actorem esse excommunicatum; quod si non probaverit, Judex procedere potest in causa, & Reum ad expensas damnare.


Item Exceptio excommunicationis habet locum in prima instantia, non autem in appellatione; si enim Actor causā cadat, & interponat appellationem, non potest contra eam opponi exceptio excommunicationis, quia, ut dicitur in *Cap. Significaverunt de Exception. Omnis legitima defensio excommunicato in factis reservatur.*

45 Dico secundò: Peremptoriae exceptiones sunt, ut dixi, quae omne Jus Actoris perimunt. e. g. Solutio jam facta, Pactum, Juramentum, Transactio, Praescriptio, & similes; si enim Actor per eam debitum, Reus opponit se solvisse, aut transegisse &c. talis exceptio perimit Jus in Actore ad agendam, atque ideo haec exceptiones semper opponi possunt usque ad sententiam. *L. Pro scriptura. Cod. de Except. Or.* Quaedam autem ita sunt peremptoriae exceptiones, ut idem impediant, & ideo ante licet contentiam propositi possant. Praeterea aliae sunt quae etiam post definitivam sententiam propositi permittuntur. Primus generis sunt Res iudicatae, Transactio, Res finitae: ut dicitur in *Cap. in de Litis contestat. in 6.* Nam si causa fuerit iam terminata per contentum iudicium vel inter Litigantes jam sit facta transactio, seu conciliatio bonae voluntate, aliquo pacto, aut recepto, aut promisso utriusque, aut si fuerit res finita, id est ex iudicio consensu, & praesertim per iuramentum confirmato causa finita fuit, vel iam longo tempore fuerit sopita: non debet iterum causa fieri, ne lites terminatae reviviscant, & in infinitum protrahantur; adeoque proposita aliqua

288 *Lib. 3. Pa. 1. Cap. 10. de Modo proced. in civilib.*
ex his exceptionibus, si vera esse videatur, impeditur
ingressus litis, & Judicii processus.

Secundi generis exceptiones, nimirum quæ etiam
post sententiam definitivam opponi possunt, numeran-
tur a Glossa in *L. Tamen si. ff. Ad Senatus Consultum Ma-
cedonianum*. nimirum quando opponitur nullum fuisse
judicium, vel ratione Judicis, vel ratione Partis, vel
rei, de qua dicitur, vel quia sit judicatum falsis instru-
mentis, vel aliâ causâ. Atque hæ exceptiones impediunt
executionem sententiæ. Ita Glossa v. *Utentur. in dictam
L. Tamen si. ff. Ad Senatus Consultum Macedonianum*.

46 Dico tertio: Sicut exceptio Rei excludit actionem,
ita exceptio Actoris, quæ dicitur Replicatio, excludit ex-
ceptionem Rei; ideoque quoties exceptio opposita a
Reo contra Actorem, est insufficientis, toties Actor re-
tundit eam per Replicationem, contra quam datur ex
parte Rei Duplicatio, & contra hanc ex parte Actoris
Triplicatio, & contra Triplicationem Quadruplicatio,
& sic deinceps, donec finis imponatur disputationi Li-
tigantium per conclusionem. Ita in *L. 2. ff. de Exception.*
ubi sic: *Exceptio Actorem excludit, Replicatio Reum; sed
contra Replicationem solet dari Duplicatio, & contra Du-
plicationem Triplicatio, & contra Triplicationem rursus
Quadruplicatio, & deinceps multiplicantur nomina; dum
aut Reus, aut Actor objicit. Debet autem Iudex termi-
num ponere ne in infinitum abeat lis, & in Iure Cano-
nico ex Cap. Licet dilectus. de Testibus. in fine. non ad-
mittitur multiplicatio exceptionum quo ad Testes refu-
tandos. Ne si producendi quartos contra tertios, & sic de-
inceps licentia tribuatur, negotium diutius contingat.*



S. OCTA

§. OCTAVUS.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

47 **I**Nter Exceptiones peremptorias præcipua est Præscriptio, & quanvis pluribus in locis Iuris civilis, Præscribere, videatur accipi pro Excipere in genere, ut videre est apud Vallengem *lib. 2. tit. 26. §. 1. n. 1.* tamen specialiter Præscriptio est exceptio peremptoria contra Actorem per hoc, quod Reus rem possederit per tempus a lege definitum, & per hoc acquisierit legitimè dominium in eam rem: vel usus fuerit aliquo Iure pro tanto tempore sufficiente ad hoc, ut illud Ius sibi competat: vel quod Actor abstinuerit ab usu rei pro tanto tempore: & per hoc ipsi amplius non competit ille usus, seu Ius utendi. Atque dominium hoc ex usu temporis continuati a lege taxati, dicitur proprie Usucapio *L. 3. ff. de Usucapionibus*. Verùm hodie confunditur Usucapio cum Præscriptione, & æquè latè parent, cum non minùs per Usucapionem, quàm per Præscriptionem acquiratur dominium; Atque ideo Præscriptio rectè definitur: Adjectio domini per continuationem possessionis tempore a lege definito; sicut definitur Usucapio *dist. L. 3. ff. de Usucapion.* Ita idem Vallengis *n. 4. vers. Dico: & n. 6.*

QUÆSTIO UNICA.

QUENAM REQUIRANTUR AD USUCAPIONEM, & PRÆSCRIPTIONEM.

48 **S**uppono, quod non Jure naturæ, sed positivo-inducta sunt Usucapio, & Præscriptio; & qui-

quidem jure merito, ex eo, quia utilia sunt, & necessaria, ut lites extinguantur, & Possessores rerum non teneantur perpetuo timore; & item ut Domini curam habeant propriorum bonorum, scientes, quod si tempus præscriptum labatur, alius acquirat per usum, & possessionem earum dominium. Multa tamen requiruntur ad dominium acquirendum per Usucapionem, & per Præscriptionem. Et ideo

49 Dico ad Usucapionem, & Præscriptionem quatuor requiruntur, nimirum Possessio, Bonafides, Titulus, & Continuatio temporis, quæ si habeantur, & res est capax Præscriptionis, Possessor est verè Dominus rei, quæ quondam fuit alterius.

Requiritur primò Possessio *ex L. Sine Possessione. 25. ff. de Usucapionibus. & Regul. 3. Jur. in 6. Sine Possessione Præscriptio non procedit.* Possessio hæc debet esse iuridica, quæ dicit animum retinendi rem, ut suam, habilitatem in persona ad possidendum, & carentiam talis animi in antiquo Domino, quæ carentia præsumitur ex eo, quod defacto illam non possidet, & ab aggradienda, vel tentanda Possessione pro tanto tempore destiterit.

Requiritur secundo Titulus, nimirum causa habilitas ad acquirendum dominium, v. g. emptio, donatio, &c. Non est tamen necesse, ut Titulus sit verus, quia sic jam fuisse ab initio sua illius, qui Præscriptionem, aut Usucapionem præten dit, sed sufficit putatus, & quod iusto errore credatur verus. Hujusmodi Titulus non requiritur in Præscriptione, quæ fit per longius tempus, nimirum per 100. aut 50. aut 30. annorum, sed in ea, quæ fit per brevis, nimirum 10. vel 20. annorum. Nam in Præscriptionibus illis longioris temporis, sufficit bona fides sine Titulo.

Requiritur tertio Bonafides, quæ res possidetur sine peccato, id est, quia invincibiliter putatur propria; nam
 si quis

si quis scit rem non esse suam, non præscribit. ex Reg. 2, Jur. in 6. Possessor mala fidei non præscribit nullo tempore. & Cap. Finali. de Præscriptione. & ex L. Si aliena. ff. de Usucapionibus. & L. Si Is qui. §. Si quis bona fide. ff. eod. tit. ibi: Quia initium secunda possessionis vitiosum est.

50 Notandum primò est, quod Bonafides fundari potest, vel in ignorantia facti, qua quis v.g. putavit Donatorem rei non esse incapacem dominii: vel in ignorantia Iuris, qua quis. e.g. sciens Donatorem esse Religiosum, vel filium familias putavit posse rem accipi a Religioso, vel filio familias. Iam bona fides ex ignorantia facti, requiritur ad Præscriptionem; quia leges, a quibus conceditur ipsa Præscriptio, declarant ignorantiam Iuris non sufficere ad bonam fidem requisitam ad præscribendum. Ita in L. Nunquam in Usucapionibus. 31. ff. de Usucapion. C. c. & L. Juris ignorantia. 4. & 7. ff. de Iuris, & facti Ignorantia. ubi Vivianus sic habet: Duas ponit regulas. prima: quod Iuris error non prodest usucapere volenti, ut si quis a pupillo credens licere vendere. Secunda: quia facti prodest, ut quia credo vendentis esse, cum sit aliena. Quod ipsum replicat in L. 7. Atq; idem docet Molina tom. 1. tract. 2. de Iustit. d. sp. 64. conclus. 1. ubi plures adducit textus, & rationes. & Lessius lib. 2. de Iust. cap. 6. dub. 5. n. 14. Non reticeam quod Ioannes Medina citatus ab iisdem Molina, & Lessio, sustineat utramque ignorantiam, facti scilicet, & Iuris prodesse in conscientia ad bonam fidem sufficientem ad Præscriptionem; & Cardin. De Iugo de Iust. tom. 1. disp. 7. sect. 3. n. 32. cum aliis, quos citat, id ipsum doceat, ac proinde dico, quod si ignorantia est Iuris dubii, probabile est, quod sufficiat; si verò est Iuris clari, non est dicendum quod sufficiat.

Addendum hic est; quod ignorantia invincibilis, licet semper sufficiat ad tollendum peccatum, non tamen

sufficit ad validandum actum; Unde qui cum impedimento dirimente ignoranter contrahit Matrimonium, quanvis non peccet, invalidè contrahit. Ita in casu nostro poterit ignorantia Juris excusare a culpa in accipienda re, non tamen validare retentionem.

51. Notandum secundò, quod qui cum dubio utrùm res sit sua, incipit possidere, non inchoat Præscriptionem, nisi facta diligenti inquisitione, deponat dubium, & rem suam esse opinans retineat, & ab eo puncto incipit præscribere. Quod si jam possidens bona fide, incipiat dubitare, & deinde deponit rationabiliter dubium, sicuti continuat possessionem, ita & Præscriptionem. Ita cum Covarruvias, & Joanne Medina, Lessius *lib. 2. de Just. cap. 6. dubit. 3. n. 10. & 11.*

52. Notandum tertio, quod hæres universalis defuncti, qui mala fide rem possidebat, quanvis bona fide possideat hæreditatem, non tamen præscribit, quia habet idem Jus, quod habebat defunctus, cum quo facit unum; sed defunctus non poterat præscribere, ergo &c. Viderur hæc ratio militare pro hærede etiam mediato, idest hærede illius, qui immediatè fuit hæres defuncti; quanvis aliqui velint, quod solum militat pro hærede immediato. Certum tamen est, quod hæres particularis, quia non succedit in omnia Jura, & obligationes defuncti, potest præscribere. Ita *ex L. Cum heres. 11. de Diversis tempor. præscrip. & S. Diutina. Instit. de Usucapion. Lessius lib. 2. de Justit. cap. 6. dubit. 13. n. 42. & 43. & Pirhing lib. 2. tit. 26. n. 68.*

53. Notandum quarto, quod si res incipiat possideri cum peccato, quod non sit contra Justitiam, aut si peccatum cõtra Justitiam sit leve ex inadvertentia; & ignorantia, non impeditur Præscriptio, quia *in Cap. Finali. de Præscription.* solum requiritur bona fides, quæ excludat peccatum mortale. *ibi: Quæ absq; mortali peccato*

non

non potest observari.

54 Notandum quintò, quod non semper requiritur eadem bona fides: nam in servitutibus affirmativis, idest in quibus tribuitur Ius ad aliquid faciendum circa re alterius, ut est Tigni immittendi: Aquæ ductus &c. incipit Præscriptio a primo die, quo quis utitur bona fide tali Iure. At in Servitutibus negativis, idest in quibus datur Ius ad impediendum, ne alius aliquid faciat, v.g. ne attollat altius domum: ne venetur in tali silva, &c. incipit Præscriptio ab eo die, quo quis prohibet, vel impedit, ne alter id faciat.

55 Requiritur quartò Tempus ad præscribendum, quod quidem varium est pro varietate rerum. Nam ad præscribendum in res mobiles privati hominis, vel etiã Ecclesiæ, requiritur triennis possessio, si habetur titulus, si verò non habetur titulus, requiruntur 30. anni. Res autem immobiles si sint privatorum, ut præscribantur, requiruntur cum titulo 10. anni inter præsentés, idest qui habitant in eadem Civitate, vel Provincia. 20. autem inter absentes, idest qui habitant in diversis Provinciis. Sine titulo res immobiles eorundem præscribuntur tempore 30. annorum. Si autem sint res Ecclesiæ Romanæ requiruntur 100. anni. Si aliter Ecclesiæ, vel Monasterii, aut Causæ piæ, 40. anni. Monasteria verò Sancti Benedicti, & aliorum Religiosorum communicantium in privilegiis, habent ne præscribantur res eorum immobiles, nisi 60. annis. De his videri possunt textus apud Lessium *lib. 2. de Instit. cap. 6. a dubit. 7. usque ad 16.* Contra res aliquas nunquam præscribitur, ut sunt Iura propria Clericorum, Immunitas Ecclesiæ, Res furto acceptæ, Res usibus publicis deputatæ, Res Fisci, Res alienari prohibitæ, Res dotales, & similes. De quibus Vallenfis. *lib. 2. tit. 26. §. 8.*

De Præscriptionibus, & Usucapionibus agunt omnes
Iuris

294 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 10. de Modo proced. in Civil.*
Iuris civilis, & Canonici Interpretes *in tit. 3. de Usurpationibus, seu Usurpationibus. lib. 41. Digestorum. & in tit. 26. lib. 2. Decretalium. de Prescription.* Videri etiam possunt ex Theologis, qui simul sunt Iurisperiti, Lessius *lib. 2. cap. 6. per totum. & Molina tom. 1. de Justit. tract. 2. a disp. 60. usq; ad 80.*

S. N O N U S.

DE IURAMENTO CALUMNIÆ.

56 **P**ost factam litis contestationem voluit Iustinianus *L. 2. Cod. de Iurejurando propter calumniam dando.* ut Actor, & Reus in primordio litis jurarent, & quidem Actor. *Non calumniandi animo litem movisse, sed existimando bonam causam habere.* Reus verò quod putans se bona instantia æti, ad reluctandum pervenerit. Verùm ut testatur Petrus Gudelinus *lib. 4. de Iure novissimo. cap. 8. n. 22.* quem refert Van Espen *part. 3. tit. 7. cap. 4. n. 4.* hodie in Curiis sæcularibus non solet exigi tale juramentum in principio litis, sed in aliquibus Curiis exigitur toties, quoties Iudex judicaverit ad Partis instantiam in progressu litis, super certos articulos, aut propositiones, juramentum, quod olim dicebatur malitiæ, & hodie etiam vocatur Calumniæ; ita ut hodie non fiat illa distinctio inter unum, & aliud, nimirum, quod juramentum calumniæ sit id, quod datur in principio de tota lite, & semel; malitiæ verò quod super certis articulis, & in progressu litis ad instantiam Partis datur toties, quoties opus fuerit. *Cap. In Appellationis. §. In omnibus. de Iuramen. Calumnia. in 6.* Atque ideo teste Van Espen *loc. cit. n. 19.* tam in Curiis sæcularibus, quàm Ecclesiasticis juramentum Calumniæ confunditur cum Juramento malitiæ.

Est

Est autem propriè juramentum malitiæ, quo juratur a litigantibus se non petituros, vel accepturos extraordinarias Dilationes ad calumniandum, nec impertinentes exceptiones, ac productiones ad processum, sive judicium differendum, aut ad Partes vexandum, proposituros, & allegaturos. Juramentum autem calumniæ est quo jurans credit se habere bonam causam, & quod diciturus sit veritatem, & non utetur falsa probatione, & non petet dilationem in fraudem, & non donabit Judici aliquid pro victoria obtinenda; quæ omnia continentur his versibus.

Illud juretur, quod lis sibi justa videtur,

Et si queratur verum, non inficietur.

Nisi prouidetur, nisi falsa probatio detur,

Ut lis surdeat, Dilatio nulla petetur.

In Curia antea Ecclesiasticis perseverat usus juramenti Calumniæ, & aliquid diximus lib. 2. cap. 3. §. 5. de Diuersis in. 224. & 225. & peti potest non solum in causis civilibus, criminalibus, & mixtis ordinariis, sed etiam in summariis. ex *Clemen. Sapo. de Verbor. Significat. ibi. Citationem merito & a praesentationem Juramenti de calumnia, vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem hujusmodi.* (id est de procedendo in causa simpliciter, & de plano) intelligimus non excludi.

Hoc juramentum non exigit a Clericis debere, colligitur ex *Cap. 1. de Juramen. Calum.* Verùm non servatur hodie hæc exceptio, sed a Judice Ecclesiastico exigitur a Clericis prædictum Juramentum. Coram autem Judice seculari cum licentia Episcopi, & in manibus Personæ Ecclesiasticæ debet jurare Clericus. Atque hoc ipsum in causa civili, & profanæ neque servatur, sed etiam in manibus Judicis laici jurant Clerici. Ita *Wao Espen par. 3. tit. 7. cap. 4. n. 19. per totum.*

58 Denique Iuramentum Calumniæ dari potest per Procuratorem, nisi Judex voluerit, ut a persona principali præstetur; debet autem Procurator habere speciale mandatum ad illud præstandum; & etiamsi persona principalis juraverit, adhuc tamen ipse Procurator requisitus a Judice, debet etiam suo nomine jurare. Ita *ex dicto Cap. In Appellationis. §. Procuratores. de Iuramento calumnie in 6.*

S. DECIMUS.

DE DILATIONIBUS.

59 **P**ost præstitum iuramentum solent peti induciæ, seu Dilationes ab Actore ad probandam suam intentionem, & a Reo ad exceptiones proponendas, & petitioni respondendum. Est autem Dilatio genericè sumpta Judicialis, de qua loquimur, (datur enim Dilatio extra Judicialis, quoties e. g. Creditor extra iudicium concedit Debitori tempus ultrà præscriptum ad solvendum, & datur etiam judicialis specificè, de qua mox) est, inquam, justum temporis intervallum concessum a Judice, vel a lege, vel ex conventionem Partium ad aliquem actum judicialem commodius peragendum; ideoque triplex est, Legalis scilicet, Judicialis specificè, & Conventionalis. Legalis est, quæ a lege, vel statuto, vel Curix stylo, vel consuetudine sine ministerio Judicis conceditur. *l. 2. ibi: Tempus Iudicati. & 4. §. Si quis condemnatus. ibi: Minorem tempore legitimo. ff. de Re judicata. ubi. Glossa ver. Tempus iudicati,* addit, *quod erat olim duorum mensium, hodie quatuor.* Judicialis Dilatio specificè, prout distinguitur a Legali, & Conventionali, est tempus concessum a Iudice ex permissione legis, vel ex ejus præcepto. *Cap. Cum sit*

fit

fit Romana. de Appellation. ibi: Nisi forte Iudex &c. recisus tempus fuerit moderatus. & dicitur etiam dicta l. 2. Qui pro tribunali cognoscit, non semper tempus iudicati servat, sed non nunquam prorogat, non nunquam coarctat. Denique conventionalis Dilatio est tempus, quod ex Partium conventionem accipitur ad aliquem actum iudiciale perferendum. l. de Die ponenda. ff. Qui satis dare cogantur.

60 Verum quia in iudicio late sumpto, tria considerantur tempora: nimirum primum tempus, in quo fiunt preparatoria usque ad litem contestationem. Secundum a litem contestatione usque ad sententiam definitivam. Tertium a sententia definitiva usque ad executionem; ideo Dilationes Iudiciales specificè tres sunt, nimirum quæ dantur in primo tempore, & dicuntur Dilationes citatoriarum, & deliberatarum; quæ dantur in secundo, & dicuntur probatarum; & quæ dantur in tertio, & dicuntur executoriarum. Dixi Iudiciales specificè, quia quanvis possint dici legales, utpote statuta a lege; tamen hodie a consuetudine loci dependent, & a iudicis arbitrio. Unde omnes Dilationes a Iure statuta, dicuntur hodie arbitrariae, ut ait Vallengis *lib. 2. tit. 8. n. 4. ex supradicto Cap. Cum fit Romana. de Appellat. ubi conceditur Iudici prorogare, vel coarctare Dilationes legales.*

61 Jam citatoria Dilatio est, quæ datur Reo ad comparandum, de qua supra locuti sumus. Deliberatoria verò est, quæ datur eidem Reo post visum Actoris Libellum, ad deliberandum: utrum velit litigare, vel non. Actori autem non datur Dilatio deliberatoria, quia habuit tempus, quantum voluit, ut veniret ad Iudicem instructus de modo, quo Actionem suam proponeret. *l. Si quando Cod. de Dilationibus.* Ubi assignatur hæc ratio ad Dilationes concedendas illi, qui in iudi-

298 Lib. 3. Pars 1. Cap. 10. de Modo proced. in Civil.
cium vocatur: quoniam instructus esse non potuit. Idem
dicit Glossa v. Plenè in Cap. Præterea. de Dilationibus ;
per hæc verba: Sed Actori dilatio ab initio dari non debet,
quia instructus venire potuit.

62 Dilatio probatoria est, quæ datur Actori post
litem contestatam, & præstitum juramentum Calumnia,
sèu Malitiæ, ad probandam suam intentionem, & Reo
ad probandam suam exceptionem. Hæc Dilatio est pe-
remptoria, in civilibus; adeoque semel datur in singulis
actibus Iudicii, vel singulis negotiis. Unde quanvis non
apponatur verbum, *Peremptoriè*, tamen subintelligitur.
l. 1. Cod. de Dilation. in fine, ibi: Non facile amplius, quam
semel. & l. Finali. ff. de Feriis, & Dilation.

63 Quanvis autem, ut supradixi, hodie omnes Di-
lationes, sint Iudici arbitrariæ, tamen est servanda æqua-
litas, ita ut tantum temporis concedatur Actori, quan-
tum Reo petenti; quia Iudex non debet potius uni,
quam alteri ex Partibus inclinari. Cap. 1. de Sentent. &
re judic ita in 6. ibi: Stateram gessent in manibus, lance
appendent æquo libramine. In causis autem criminalibus
capitalibus Reo tres Dilationes, Accusatori duæ dari
possunt. l. Finali. ff. de Feriis, & Dilationibus & c. ubi sic:
In pecuniariis causis omnibus Dilatio singulis causis plus-
quam semel tribui non potest; in capitalibus autem Reo
tres Dilationes, Actori duæ dari possunt, sed utriusque causæ
cognitâ.

64 Dilationes exequutoriæ sunt, quæ dantur con-
demnato Debitori, ad hoc, ut satisfaciat; & durant
quatuor mensium spatio ex Cap. Querenti. de offic. Jud.
Deleg. ibi: Non solam usque ad quadrimestre tempus, quoad
ad solvendum debitum a lege Reo conceditur & c. In causis
autem realibus, & criminalibus, non nisi in aliquibus
casibus dantur Dilationes exequutoriæ, nimirum quan-
do damnatur mulier prægnans, quæ expe. hatur, ut pa-

riat: quando Relegato assignata est Insula: quando Servus est obligatus ratiociniis; & similes. Videatur Hostiensis in summa tit. de Offic. Delegati. §. *Qua jurisdictio. Versiculo. Quavis.*

65 Noto primò: Quod quia, ut dictum est ex Jure Canonico hodie Dilationes omnes factæ sunt arbitrariæ, ut præter textum supradictum, ait Glossa. v. *Plend in Cap. Præterea. de Dilationibus.* Et confirmat Van. Elpen par. 3. tit. 7. cap. 4. n. 32. & 33. qui addit n. 24. eas esse arbitrarias, non quia tempora illarum pendent ab arbitrio Judicis nullis legibus circumscripto, sed quia Judex, omnibus pensatis, terminos illos breviate, vel prorogare potest. Ideo monet Tridentinum omnes Judices, ut studeant abbreviare causas, & præfigant terminos, ut lites non protrahantur. Ita sess. 25. de Reform. cap. 10. Admonet deinde Sancta Synodus, tam ordinarios, quam alios quoscunque Judices, ut terminandis causis quæta fieri poterit brevitate studeant, ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu alia parte Judicii differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

66 Noto secundò: Quod prima Dilatio probatoria prorogari non potest, cum possit dari secunda, & tertia, imò, & quarta, si constat de justo impedimento l. *Tempora. 2. Codice. de Temporib. & Reparation. &c.* & Glossa in Cap. *In Causis. v. Productionem. de Testibus,* & *Attestat.* ubi dicit quod in prima Dilationem possunt multi testes produci, & examinari, & ideo finita prima Dilationem, dari potest secunda, & tertia ex justa causa allegata, non tamen quarta. Hæc autem quarta prorogari poterit cum eadem solemnitate, qua fuit data, sed non facile, imò si jam in prima Dilationem fuerunt producti, & examinati sufficientes testes, non debet dari secunda, aut tertia Dilatio, ne multitudo testium excrescat. *Glos. ibidem.*

67 Noto tertio: quod Dilationes concessæ a Judice ad contestandam litem, aut ad respondendum Libello, prorogari possunt, & quidem facilius, quàm dari novæ Dilationes; intra terminum autem debet peti prorogatio, quia aliter non potest dari, cum prorogatio sit extensio Dilationis currentis. ergo si jam est elapsa, prorogari non potest, sed nova petenda Dilatio; non debet autem prorogatio esse major Dilatione.

68 Noto quarto: Quod solemnitas, sub qua dixi prorogari posse quartam Dilationem, sub qua fuit data, consistit in hoc, quod eam petens post allegatam, & probatam causam petendi legitimam, præstet juramentum, quod non malitiosè, & dolosè eam Dilationem petat. *Cap. In Causis. & ibi Glossa v. Productionem. de Testibus, & Attestat. Pirhing ex variis textibus. lib. 2. tit. 8. §. 2. n. 17. ver. Quimmò.*

69 Denique effectus Dilationis est, ut eo tempore Judex conquiescat, & nihil sit agendum, vel innovandum super eo articulo, seu capitulo, super quo data est Dilatio. *l. Sive pars. Cod. de Dilation. ibi: Eo usque Iudicis officium conquiescat, donec petiti temporis defluerint curricula.* Quod si cesset causa Dilationis datæ, aut ille, cui fuit data, intra illud tempus compareat, poterit Judex prosequi suum officium, quia sic Dilatio est preëmpta. Idem Pirhing n. 23.

§. UNDECIMUS.

D E F E R I I S.

70 **F**erix sunt quædam dilationes a Jure datæ; sed differunt a Dilationibus in hoc, quod tempore Feriarum nullus actus jurisdictionis contentio-
sæ regulariter exercetur; Tempore autem dilationis
exerc-

exercerentur actus, quibus exercendis concessæ sunt. Est igitur FERIA; Tempus in quo Jurisdictio contentiosa, quiescit.

71 FERIAE aliæ sunt solemnes, idest quæ quotannis recurring statutis diebus, v.g. diebus Paschatis, Natalis Domini &c. qui dies numerantur. in *L. Omnes dies. C. de Feriis*. Et ex his aliquæ sunt pro divino Cultu institutæ, aliquæ ob necessitatem, & utilitatem hominum, ut videre est *L. 2. 3. 4. 8. & 10. C. de Feriis. & Cap. 1. & ultimo. de Feriis*. Aliæ autem sunt extraordinariæ pro aliqua re occurrente, v.g. ob acquisitam victoriam, ob nuptias Regis, &c. vel indicuntur ab Imperatore, Rege, vel Populo pro aliquo die.

72 In FERIIS illis solemnibus ob divinum Cultum, institutis ita non potest actus Jurisdictionis contentiosæ exerceri, ut *nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus hujusmodi promulgari*; In aliis vero feriis ob utilitatem, & necessitatem hominum, nimirum causâ messis, & vindemiarum institutis, *si Partes consenserint, procedi valeat*. Ita in *Cap. Conquestus. de Feriis*.

73 Dixi, Actus contentiosæ Jurisdictionis, quia qui sunt Jurisdictionis voluntariæ, cujusmodi sunt Manumissio, Dispensatio, Indulgentia, Privilegium, & similia: utique expediri possunt in feriis omnibus. Similiter ea, quæ vel pietas, vel publica utilitas, vel privata necessitas expediri postulat, & ea, quæ differri non possunt, sed necesse est, ut citissimè expediantur, veluti si Actio furti, v.g. injuriæ, damni &c. vel res peritura sit, si expectetur aliud tempus, vel si contra latrones sit procedendum, vel si atrox delictum sit cum publico scandalo commissum: potest in tali casu diebus feriatis statim judicari, & puniri ad exemplum aliorum. *Cap. Conquestus. de Feriis. ibi: Nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat*. Videatur *Pirhing lib. 2. tit. 9. a n. 17. & pue ad 27. & Abbas in Cap.*

302 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 10. de Modo proced. in civilib.*
Conquestus. de Fēriis. n. 14. ubi docet Fērias non obstare
in omnibus causis piis, & necessitatem, vel celeritatem
habentibus.

74 Quoniam autem in supradictis Canonibus Strepitus, seu processus judicialis prohibetur, ita ut nec licite, nec valide celebrari possit in diebus solemnibus feriatis; sequitur, quod inchoatio Judicii, formatio processus, & causæ cognitio, ac sententiæ prolatio sint prohibita, quia in istis consistit Strepitus judicialis; non verò prohibiti sint reliqui actus. Quapropter

75 Dico primò: Oblatio libelli sive in causa civili, sive criminali potest Judici fieri die feriato, quia ea non est actus judicialis, cum præcedat citationem, a qua Judicium incipit. Judici, dixi, non Parti, quia traditio libelli Parti est actus judicialis. Ita Glossator *litera B.* in *Bartholum in L. Miles. §. Sexaginta dies. ff. Ad Legem Juliam. de Adulteriis.*

76 Dico secundò: Citatio quatenus vi ipsius inchoatur processus, certum est fieri non posse die feriato. Mandatum autem Citationis faciendæ pro die non feriato, est controversum, utrum possit fieri a Judice die feriato. Et videtur quod non; quia Citatio est actus judicialis; ergo mandatum de citando aliquo, est etiam actus judicialis, quia ipsa Citatio intantum est valida, inquantum includit mandatum Judicis. ergo mandatum est pars ipsius Citationis validæ, adeoque sicut Citatio valida est actus judicialis, ita & mandatum. Atque ita idem Pirhing *n. 28. vers. Verum.* Exequutio Citationis, nimirum oblatio mandati citatorii personæ, ut compareat pro tali die, fieri potest die feriato, quia hæc oblatio non est actus judicialis, quia non fit per Judicem, sed per Nuncium, vel literas, adeoque est nudum factum, seu ministerium, ac proinde etiam extra territorium Citantis fieri potest. Atque ita Vallensis *lib. 2. tit. 9. n. 13.*

77 Dico tertio: Citatio facta die non feriato ad diem feriatum determinatum, v. g. ut Reus compareat die Dominica sequenti, non valet, nisi sit causa, quæ diebus feriatis expediri possit, ut causa alimentorum, pupillorum, & miserabilium personarum, quæ sunt illæ, quas Pietas postulat expediri. Quod si dies Dominica ponatur pro termino, facit sensum hunc: ut Reus compareat usque ad diem Dominicam exclusivè, adeoque tenet Citatio, & debet Reus intra illos dies currentes a die Citationis, usque ad diem Dominicam venire. Usitatus tamen est citare tali modo, ut citatus compareat, tali die si fuerit juridica, si verò non fuerit juridica, sequenti die.

78 Dico quarto: Probabile est, quod testes die feriato examinari, & recipi possint, dummodo juramentum præstiterint die non feriato de veritate dicenda, tale enim juramentum, certum est, præstari non posse die feriato, ut est textus in *Cap. 1. de Feriis.* ibi: *Nec Sacramenta, nisi pro pace, vel alia necessitate præstentur.* Dixi probabile est, quia de Jure communi probabilius est, quod talis receptio testium sit nulla, quæ non possunt testes die festo cogi ad respondendum, seu testimonium dicendum, ergo Juxta eos juridicè non interrogat die festo. Si autem dicatur, quod juridicè interrogat, ergo est actus judicialis, ac proinde est nullus in die festo. Ita P. Suarez. *lib. 2. de Relig. cap. 39. n. 7.* Vallensis *lib. 2. tit. 9. n. 14.* Pirhing *lib. 1. tit. 9. n. 32.* & alii. Addit autem cum Durando Pirhing, quod si periculum esset in mora, possent utique examinari, & recipi.

79 Dico quinto: Executio sententiæ die festo fieri non potest, quia non solum ipsa prolatio, sed etiam executio prohibetur in *L. ult. Cod. de Feriis.* ibi: *in ac- cunctis executionibus excusetur.* Et certè magis peritur- baatur homines in executione sententiæ, quàm in pro-

304 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 10. de modo proced. in Civil.*
latione, adeoque magis opponitur fini legis, qui est, ut
homines Deo vacent, exequutio, quàm prolatio sen-
tentia die festo.

80 Dico sextò: Captura, & incarcerationio sive pro de-
bito civili, sive pro crimine, prohibetur in die feriato,
nisi sit periculum in mora, quia scilicet Debitor fugit;
vel sit Reus enormis delicti, qui Reus, sicut & omnes la-
trones, & facinorosi publici, capi, & incarcerari possunt
quolibet die ob bonum publicum, & etiam tormentis
subjici, imò etiam de Jure civili morte puniri. At de Ju-
re Canonico non potest quis ad supplicium duci die fe-
sto. *Cap. 1. de Feriis*: ibi: *Neque aliquis ad mortem, vel
ad pœnam judicetur*. Sed cum agitur de festis servandis
magis Iuri Canonico, quàm civili standum est; ergo ne-
mo potest die festo morte puniri.

81 Dico septimò: Appellare die feriato est licitum,
quia est defensio jure naturali concessa, & sine magno
strepitu fieri potest; non tamen prosequi potest appella-
tio die feriato. Ita Abbas *in Cap. Cōquestus. de Feriis. n. 13.*

82 Dico octavò: Coram Arbitris Iuris non potest
judicium agitari die feriato; Coram autem Arbitratori-
bus, & Compositoribus potest, quia coram primis exer-
centur actus Iudiciales, non verò coram secundis. Ita ex
Panormitano Vallensis lib. 2. tit. 9. n. 15.

83 Dico tandem: in feriis observandis attendi de-
bet locus Iudicis, non verò Rei, vel Actoris. Abbas Pa-
normitanus *in Cap. Conquestus. de Fer. n. 23.* quia ordo Iu-
dici est servandus secundum consuetudinem Fori, id est
loci, ubi exercetur, ac proinde si in loco Actoris est dies
feriatus, in loco autem Iudicis non est dies feriatus, fie-
ri debet judicium illo die; aliter Actor, vel Reus habe-
ret ferias duplicatas, nimirum & proprias loci, & illas
loci Iudicis.

§. DUO-

§. DUODECIMUS.

DE ORDINE COGNITIONUM.

SÆpe plures quæstiones a litigantibus proponuntur, & incidunt, antequam in principali causa procedatur, ideo videndum, quo ordine sit de his cognoscendum.

84 Dico primò: Quoties concurrunt plures causæ, quarum una dependet ab alia, primò debet cognosci de ea, a qua alia dependet; sive ea proponatur agendo, sive excipiendo. *L. 1. §. 1. ff. de Rei Vindicatione. L. 16. 17. 18. ff. de Exceptionibus.*

85 Dico secundò: Causæ præjudiciales, in quibus agitur de statu personæ, semper præmitti debent. v. g. agit quis apud Judicem laicum petendo hæreditatem defuncti ab intestato tanquã Filius, vel proximus Agnatus, & Adversarius objicit illum non esse filium legitimum; tunc priùs debet a Judice Ecclesiastico decidi super legitimitate natalium, & deinde super hæreditate a Judice laico, quia causa hæreditatis pendet ab eo, quod Actor sit filius legitimus, itaut si non sit legitimus, jam perimatur causa hæreditatis. *Cap. Tuam non credimus. de Ordine Cognitionum.*

Dixi a Judice Ecclesiastico, quia quanvis de causa status incidente cum causa principali cognoscat idem Iudex, tamen causa natalium pendens a validitate matrimonii semper spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. *Cap. Lator. Qui filii sint legitimi.*

Similiter si mulier agat petendo virum tanquã suum maritum, & vir objiciat exceptionem consanguinitatis, ratione cujus nõ potest ejus esse maritus; priùs cognosci debet causa consanguinitatis, & deinde causa matrimonii, quia hæc pendet ab illa; itaut si sit Consanguineus,

Qq

jam

jam perimatur actio petitoria matrimonii. Secus esset si mulier non ageret iudicio petitorio, nimirum petens maritum sibi adjudicari, & se recipi in uxorem; sed possessorio, nimirum petens restitui sibi illum, cum quo jam vixit in matrimonio, quia in tali iudicio possessorio prius debet restitui Vir Mulieri spoliatae, & procedi debet, non obstante exceptione consanguinitatis, in causa principali. Atque ita in *Cap. Intelleximus. de Ordine Cognitionum.*

Non est tamen necesse, quod Iudex, probata exceptione, pronunciet super ipsa, sed sufficit, ut pronunciet super causa principali, e. g. declaret illum non esse maritum: illi non competere hereditatem &c. quia iam sic super ipsa exceptione fertur tacite sententia. Glossa in dictum *Cap. Intelleximus. v. Cognoscendum.* At verò si Iudex ne incidenter quidem posset cognoscere de exceptione, ut in casu supra posito de exceptione illegitimitatis, tunc debet prius a Iudice Ecclesiastico defini quæstio incidens, & deinde a Iudice laico quæstio principalis. Item si exceptio sit talis, ut impediatur processum, prius debet super ipsa pronunciari, ut appareat, an sit procedendum, nec ne. Abbas in *Cap. Intelleximus. n. 1. vers. Subjicio rationem utriusque.*

86 Dico tertio: Quoties concurrunt Actio criminalis cum civili; si civilis præjudicat criminali, debet præcedere ea, quæ præjudicat. At si neutra alteri præjudicat, possunt simul conjungi. Ita cum Farinaceo Vallensis *lib. 2. tit. 10. n. 4.*

87 Dico quarto: Si quis agat Spolii nomine, id est dicat se spoliatum fuisse aliqua re, & vicissim objiciatur ipsi spoliatum, id est Reus conventus dicat, se spoliatum fuisse ab Actore alia re: videndum est an per modum exceptionis, an verò per modum Actionis objiciatur juxta textum in *Cap. Cum dilectus. de Ordine Cognitionum.*

ibi:

ibi: distinguendum esse credimus utrùm spoliationis quaestio ab eisdem nabilibus sit objecta, in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis ad intentionem adversarii repellendam. Si igitur per modum exceptionis contra Actorem objiciatur spolium alterius rei, & petatur, ut non audiatur Actor in eo, quod ipse petit, nisi prius restituat rem illam; tunc prius de hac exceptione agendum est, quàm de Actione Spolii, quam intentat Actor. dicto Cap. Cum dilectus. §. Sed quoniam. Qua Actione suspensa, dari debet terminus quindecim dierum ad probandam hanc exceptionem. Ut in Cap. 1. de Restitutione Spoliatorum in 6. & probatâ eâ, Reus conventus, qui exceptionem proposuit, non potest cogi ad respondendum Actori, nisi prius ei fuerit restituta res. dicto Cap. Sed quoniam. Et ratio est in dicto textu. Cum Spoliatori spoliatus ante restitutionem non cogatur ullatenus respondere. De hac Restitutione spoliatorum infra agemus.

Si verò per modum Actionis objiciatur, nimirum si Reus non excipiat, idest non se defendit a petitione Actoris excludendo ejus Jus, aut intentionem, sed contra ipsum agit de Spolio; tunc non repellitur Actor ab agendo, nec prius cognoscitur causa Rei, quàm Actoris, quia sunt duæ Actiones, seu quaestiones principales: conventio scilicet, & reconventio, seu mutuae petitiones, quæ simul finiri debent, ut supra dictum fuit de mutuis petitionibus. Et ratio ulterior est, quia finis actionis est consequi, non tamen repellere; Finis autem exceptionis est repellere, non verò consequi; adeoque proposita spoliatione per viam actionis, & probata, consequitur quidem Reus restitutionem, non verò repellit agentem, ideoque prosequitur ejus actio; at verò proposita spoliatione per viam exceptionis, repellitur Agens, adeoque suspenditur ejus actio, & interim rem petitam retinet.

S. DECIMUSTERTIUS.

DE PLUS PETITIONIBUS.

88 **P**otesť Reus se defendere per hoc, quod Actor plus petat, quàm debeat; quod quatuor modis evenire potest, ut habetur *in Cap. Unico. de Plus petitionibus*. nimirum Re, Tempore, Loco, & Causà. Itaq; si petat majus pretium v. g. decem pro quinque, vel si petat totam rem, quando ei debetur pars, vel petat duas partes, quando debetur una: plus petitur Re. Si petat ante tempus præfinitum in contractu, vel ante conditionem impletam; adeoque ante obligationem Debitoris, plus petitur Tempore. Si petat in loco alio, ab eo, in quo debetur solutio, vel Res, plus petitur Loco. Si denique petat in specie, quod in genere debetur, v. g. debetur vinum, & Actor petat vinum nigrum, vel talis regionis, vel si petat vinum determinatè, quando debetur alternativè vel vinum, vel oleum, v. g. vel equus, vel bos, & ille petit equum tantum, petitur plus Causà. Ita in dicto *Cap. Unico. §. Te quoque. de Plus petitionibus*. in quo taxantur poenæ Actoribus plus petentibus uno ex modis prædictis. Nimirum *Qui Re petunt amplius, sive Causà, in expensis adversario condemnentur. Qui autem plus Loco, ad interesse tenentur; ei verò, a quo amplius Tempore petitur, Inducie duplicantur, ne litem excipiet, nisi ei solvantur expensæ.*

89 Qui uno ex modis prædictis plus petebat, Jure antiquo cadebat causà, idest rem amittebat. §. *Si quis agens. Institut. de Action.* Jure tamen novo condemnatur in omne damnum, quod intulit Reo, seu Debitori per suam petitionem, & insuper dare debet triplum illius, quod fuit præstandum viatoribus, idest exequutoribus.

ribus litium nomine sportularum, idest mercedis, seu salarii ob eam quantitatem majorem in libello Conventionis expressam. §. *Triplr.* & §. *Sed hæc quidem. Instit. de Actionibus.* v. g. ob debitum decem aureorum, mercedis nomine Judici, & Nunciis, & Exequutoribus Judicis, dari solent duo: condemnatur qui petit in libello quantitatem majorem debitâ, in sex. Hanc autem poenam tripli in Curia Ecclesiastica nõ incurrit prædictus Actor, quia in dicto *Cap. Unico. de Plus petitionibus.* non exprimitur, sed solum dicitur, quod condemnentur ad expensas, qui Re, vel Causâ plus petunt. Nec in Curia Ecclesiastica præstantur sportulæ. *Cap. Cum ab omni. de Vita, & Honest. Cleric.* Ibi: *vigorem judicarium gratis studeatis litigantibus impertiri.* Atq; ita Abbas in dictum *Cap. Unicum. de Plus petitionibus. n. 9.* Qui tamen *n. 10.* addit, quod condemnatio ad expensas, quæ habetur ex dicto *Cap. Unico.* fieri potest principaliter, & non tantum accessorie; prout est definitum contra omnes calumniose litigantes in *Cap. Calumniam. de Pœnis.* adeoque si dependente judicio impleretur Judicis officium ab eo, a quo plus petatum est Re, vel Causâ, siue post latam sententiam novo libello oblato, seu propria actione instituta petantur expensæ: potest Judex ad eas condemnare eum; qui in libello conventionali plus petit Re, vel Causâ.

90 Ille autem qui plus petit Loco, solum damnatur ad interesse, quod habuit debitor solvens in alio loco. Qui autem Tempore; idest ante præscriptum diem, vel impletam conditionem petit, damnatur, ut diximus ad duplicationem induciarum, idest concedere tenetur Debitori, vel duplicatum tempus totum, quod erat expressum in contractu, v. g. a die initi contractus concessus erat annus ad solvendum; ab eodem die numerari debent duo anni; vel duplicatum tempus illud, quod

rema-

remanebat Debitori ad solvendum. v. g. petiit Solutio-
nē octavo mense a die initi cōtractus, adeoque quatuor
mensibus ante obligationem: damnatur ad expectandum
octo mensibus. Dixi vel duplicatum totum, vel solum
tempus, quod remanebat Debitori; quia sunt Docto-
res pro utraque explicatione illius textus: *ut induciae
duplicentur*. Nam pro duplicatione solum temporis re-
manentis stat Abbas *in dictum Cap. Unicum n. 14.* pro
replicatione totius temporis stat Joannes Andreas apud
Pirhing *lib. 2. tit. 11. n. 9.* Qui concludit utranque esse
probabilem.

91 Stat cum supradictis, quod possit Dos ante solu-
tum matrimonium repeti, & quod si debitor sit de fuga
suspectus, possit ante tempus peti a Judice, ut capiatur,
aut quod interponatur cautio. Ita Abbas *in dictum, Cap.
Unicum. in fine.* Item si Aëtor ante litem contestatam
desistat a plus petendo, vel secundum alios, etiam post
litem contestatam ante sententiam desistat, non incurrit
pœnas supradictas, quia *in dicto Cap. Unico de plus pe-
tition.* dicitur: *Punitur importunitas plus petentium, si su-
per petitione sua duxerint in Iudicio persistendum.* Semper
tamen tenetur ad interesse, quod passus sit Debitor ob
eam plus petitionem. Denique debitor plus negans, id est
qui negat absolutè debitorem esse, cum ipse in aliquo
sit debitor: non incurrit pœnas plus petentis, quia talis
pœna est contra Aëtores, adeoque extendi non debet
ad non Aëtores.

S. DECIMUS QUARTUS.

DE CAUSA PROPRIETATIS, ET POS- SESSIONIS.

92 **S**upponendum est *ex dictis cap. 1. n. 5.* Causam
possessionis esse, in qua agitur de acquirenda,
vel

vel retinenda, vel recuperanda Possessione alicujus rei corporalis, vel incorporalis, cujus Possessio dicitur quasi Possessio; atque hoc Judicium vocatur possessorium, & momentaneum, seu *Causa momenti.* *Cap. Cum super de Causa possessionis, & proprietatis.* quia ex natura sua potest in momento finire. *Causa* verò proprietatis est, in qua agitur de dominio alicujus rei, ita ut agens petat se declarari Dominum, & Reus negat; atque hoc dicitur judicium petitorium, ad quod pertinet Judicium, in quo res vindicatur tanquam propria, vel petitur hereditas, vel Jus eligendi, præsentandi, conferendi Beneficium, vel quando agitur actione personali ad rem.

93 Supponendum secundò: Judicia, in quibus de Possessione agitur, vel acquirenda, quia Actor eam nunquam habuit: vel de retinenda, quia eam habet, & ab Adversario turbatur; vel de recuperanda, quia habuit, & amisit: vocantur Interdicta, hoc est remedia introducta a Præatore, per quæ ille aliquid vetat, (interdicere enim est vetare, seu prohibere) vel Interdicta dicuntur quasi inter duos dicta, vel data. Quomodo autem, talia Interdicta vocantur, & distinguuntur, videri potest apud Pithing *lib. 2. tit. 12. an. 15. usque ad 18.* His positis,

94 Quæritur primò: Utrum Judicium possessorium de rebus spiritualibus, vel quasi spiritualibus debeat institui coram Judice Ecclesiastico, vel laico.

Respondeo: Si Judicium possessorium est de adipiscenda, vel retinenda, aut recuperanda Possessione rei spiritualis, vel quasi spiritualis, ut sunt Beneficia Ecclesiastica, Jus decimarum, Jus patronatus &c. & controversia est de Jure possidendi: Judicium est instituendum coram Judice Ecclesiastico. Si autem controversia est de Facto, nimirum laici turbantis Clericum a Possessione Juris decimarum, præsentandi &c. tunc potest fieri co-

ram

ram Judice laico. Ita Covarruvias *pract. quest. cap. 35.* Azorius *par. 1. lib. 5. cap. 14. quest. 1.* Nicolaus Garzias *par. 1. de Benefic. cap. 2. n. 50.* Joannes Guttierrez *lib. 1. Can. quest. cap. 34. n. 22.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 2. n. 11.* & alii apud ipsos. Ratio est, quia Possessio rei spiritualis, vel quasi spiritualis est spiritualis. ergo ejus cognitio pertinet ad Judicem Ecclesiasticum. Consequentia tenet, etiam ex fundamento Adversariorum volentium causam prædictam pertinere ad Judicem laicum, eo quia, ut ipsi dicunt, Possessio rei spiritualis non est spiritualis, cum non in Jure, sed in facto consistat. Si igitur probatur esse spirituales, sequitur debere pertinere ad Ecclesiasticum.

Probo igitur antecedens; quia quanvis ipsa Possessio, prout est occupatio, & detentio, sit consistens in facto; tamen Possessio justa, & legitima importat constitutivè Jus ipsum insistendi, seu detinendi rem; sed Jus rei spiritualis est spirituale: ergo Possessio justa rei spiritualis est spiritualis; adeoque sicut laicus est incapax Juris proprietatis circa rem spiritualem, ita & Possessionis Juris proprietatis: ut habetur in *Cap. Causam, quæ de Prescription. ibi: Cum laici decimas detinere non possint.* ergo similiter sicut laicus non cognoscit de Jure proprietatis circa rem spiritualem, ut est in confesso apud omnes, & constat ex *Cap. Decernimus. & Cap. Quanto de Judiciis.* ita neque de Possessione Juridica rei spiritualis; ut colligitur ex *cap. 1. de Causa posses. & proprietat.* ubi sic: *legali provisione decretum est tam momenti, quam proprietatis Causam sub uno eodenuq; Judice debere cognosci.* cum quo ad cognitionem Judicialem, maximam habeat connexionem Causa proprietatis, & Causa possessionis & ideo neq; dividi debeant; quâvis quo ad acquisitionem Possessio dividi possit a Proprietate, ita ut apud unum sit Proprietas, & apud alium Possessio.

95 Quod si quæstio sit non de Jure possidendi rem spiritualē, vel quasi spiritualem, sed de Facto laici turbantis Possessionem Clerici in Beneficio, vel in Jure Decimarum &c. Tunc causa coram Judice laico fieri potest, quia tunc Judex non cognoscit de Jure, sed de solo facto, seu injuria illata a laico.

96 Non gravabor referre, quod alii distinguunt in Interdicto adipiscendæ Possessionis rei spiritualis, & in Interdicto retinendæ, & recuperandæ; & dicunt, quod Judicium, seu Interdictum retinendæ, & recuperandæ Possessionis; quia in solo Facto consistit, & non in Jure, est temporale, adeoque a Judice laico fieri potest. Interdictum verò adipiscendæ Possessionis rei spiritualis, quia nihil Facti continet, sed solum disquisitionem Juris, cum sine Jure, & titulo Possessio Beneficii acquiri nequeat; ideo de tali Jure, quod est spirituale, cognoscere laicus non potest. Ita cum Antonio Fabro Vallensis *lib. 2. tit. 12. §. 3. n. 4.*

97 Quæritur secundò Utrum coram eodem Judice faciendâ sit Causa Possessionis, & Proprietatis.

Respondeo *ex dicto cap. 1. de Causa possess. &c.* affirmative; & ideo Judex Delegatus simpliciter in causa, utramque cognoscere debet, & judicare; quia propter connexionem Proprietatis, & Possessionis non debet dividi Cognitio, & Decisio, cum facilius sit cognoscere de Proprietate, & de ea decidere illum Judicem, qui de Possessione cognoscit, & decedit, quam alium, qui minime cognovit.

Hoc autem intelligitur, nisi litigantes sint diversi Fori, quia si sunt Judicium possessorium non trahit petitionem. *g. si Clericus in causa Beneficiali coram Judice laico Rei, instituit Judicium possessorium, eo finito, non debet respondere super Proprietate Beneficii coram eodem Judice, sed conveniri coram Ecclesiastico; quia*

laicus non potest cognoscere in causa petitoria Beneficii Ecclesiastici. Item intelligitur, quoties Judex habet posse utramque Causam cognoscere; potest enim possessorium continens meram questionem facti, pertinere ad Judicem secularem, ad quem non pertineat causa petitoria de re spirituali; ac proinde dividi debet Causa Possessionis, a Causa Proprietatis in tali casu.

98. Queritur tertio: An idem, & unus Actor possit simul adversus eundem agere Judicio possessorio, & petitorio respectu ejusdem rei, quod dicitur Causam Possessionis, & Proprietatis cumulari.

Respondeo affirmativè *ex Cap. Ad ultimum. de Causa Possess. & Propriet.* Ubi decernitur, quod possint simul Allegationes, & Testes admitti, sed prius pronunciari debet super Possessione, deinde super Proprietate; & ratio cur prius super Possessione pronunciari debet, est, quia non potest, nisi a possidente peti. ergo prius Judiciū possessorium finiri debet, deinde petitoriū. In executione tamen prevalere debet Proprietas, quia hæc trahit ad se Possessionem, quæ sequitur ad dominium. *Cap. Cum dilectus. de Causa Possess. & Propriet. in fine.*

S. DECIMUS QUINTUS.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

99. Interdictum de recuperanda Possessione specialitè aliquid habet, eo quod supponit vim Spoliatoris. Unde *in Instisus. & Cod.* vocatur *Interdictum Unde vi*; a primis verbis *Interdicti*. Unde *vi tu illam de jactis*. Hinc qui, vel vi simpliciter, vel vi armata dejectus est a Possessione rerum immobilium, corporaliū, vel rerum, quarum datur quasi Possessio, cum sint incorporales, quæ tamen rebus immobilibus comparantur. *c. g.*

Servitudes, Pensiones, Jurisdictiones, &c. Iste talis, inquam, sic dejectus, dicitur Spoliatus; & ei competit remedium Spoliatorum, quod non competit ei, a quo vi erepta est res mobilis, quia, hic non agit Interdicto recuperandæ Possessionis, sed Actione: *Vi bonorum Raptorum*, vel *Furti*, vel *Ad exhibendum*. Est autem actio: *Vi bonorum Raptorum*, per quam coram Iudice petitur, ut violentus Spoliator restituat rem. *l. 1. §. Hoc Interdictum. ver. Illud utique in dubium. ff. de Vi, & vi armata.* Est autem Actio: *Ad exhibendum*, per quam coram Iudice petitur, ut Spoliator, seu injustus Possessor exhibeat, idest in publicum exponat rem, ut Actor possit videre eam, & probare in Iudicio esse suam. *l. 2. ff. Ad exhibendum.*

100 Id autem quod est speciale in hoc Iudicio Spoliationis, seu Interdicto recuperandæ Possessionis est, quod ante omnia Spoliator conventus a dejecto, seu Spoliato, restituere debeat id, quod vi abstulit; nec audiri potest in Iudicio, etiamsi exceptiones velit proponere; etiamsi dicat, quod Spoliatus Beneficio Ecclesiastico, non fuerit Canonicè institutus; & etiamsi excipiat de dominio, dicens: se esse Dominum illius rei, a cujus Possessione illum deiecit. Ita in *Cap. In literis tuis. Cap. Item cum quis. & Cap. Conquerente. de Restit. Spoliat.* Ideoque prius Restitutio est facienda, & deinde audiendus Spoliator. Atque hoc statutum est in odium, & vindictam violenti Spoliatoris. *l. Si quis in tantam. Cod. Unde vi.* nam etiamsi qui spoliavit, fuerit verè Dominus rei, non debuit tamen propriâ autoritate procedere, sed expectare sententiam Iudicis.

101 Notandum est primò: Quod si contra illum, qui dicit se spoliatum fuisse Beneficio Ecclesiastico ab eo, qui illum possidet, objiciatur non fuisse illum Spoliatum, quia ipse sponte renunciavit Beneficio: non est

restituendum Beneficium; at verò si renunciationem fecerit ille vi, vel metu coactus, est restituendum Beneficium ipsi. *Cap. Accepta. de Restitut. Spoliator.* Similiter si postquam quis fuerit Spoliatus renunciaverit, non sunt admittendi testes Partis oppositæ, idest ejus, qui possidet Beneficium, & vult probare, quod ille sponte renunciaverit, nisi prius fiat Restitutio Beneficii, quia non præsumitur quod institutus in Beneficio sponte renunciaverit Luri suo. *Cap. Sallicitè. de Restitut. Spoliat.*

102 Notandum secundò: Quod si Agenti marito Iudicio possessorio recuperanda Uxoris (quod idem dicitur de Uxore respectu Mariti) objiciatur Consanguinitas, vel aliud impedimentum dirimens, & præsertim Iure divino, quod incontinenti probari potest, non est facienda restitutio quoad rerum, nisi prius cognoscatur de illo impedimento, dato tamen Iuramento, quod illud non proponatur malitosè in Iudicio. Et hoc ob anime periculum. *Cap. literas. de Restit. Spoliat.* ibi: *fructu in tali casu adjudicaretur Restitutio Spoliato, cum illa non debeat contra Deum Iudicij obedire &c.* Si verò impedimentum objectum non potest incontinenti probari, sed requiruntur Dilationes longiores, debet fieri Restitutio Uxoris Marito, aut Mariti Uxori, donec probationes afferantur, & obtineatur Iuridica dissolutio matrimonii. Quod si Maritus est valde sævus, quamvis agat Iudicio possessorio recuperanda Uxoris, non est ei facienda Restitutio, nisi prius cognoscatur de sævitia ejusdem. *Cap. Ex transmissa. de Restit. Spoliat.*

103 Notandum tertio: Quod Spoliator debet restituere non solum rem, sed etiam omnes fructus perceptos a die, quo vi Spoliatum deiecit, imò, & illos, quos percipere potuisset Spoliatus, si non passus esset Spoliationem. *Cap. Gravio. de Restit. Spoliat.* ibi: *Ut non tantum fructus a novo, & violento Possessore perceptos, sed quos*

quos Possessores veteres percepissent, ut dicitur in *l. de i. fusiatis eisdem*.
 Quod idem statuitur in *l. per altima: ff. de Vr. & vi ur-*
mata.

104. Notandum quartò: Quod ut Actor agat Inter-
 dicto: Unde vi. seu recuperanda Possessionis, debet pro-
 bare possedisse tempore Spoliationis, & quod vi fuerit
 dejectus ab eo, contra quem agit, aut ab alio eius no-
 mine, vel quod Spoliationem ab alio factam ratam ha-
 buerit Is, contra quem agit. *Cap. Cum ad Sedem. de Res-*
tit. Spoliat. ibi: Spoliaverit, non dixerit Spoliar, vel
Spoliationem factam, saltem ratam habuerit. Quod si hæc
non probet Actor, non est ipsi facienda Restitutio, nec
competit ei Interdictum: Unde vi. ex eodem Cap. Cum ad
Sedem. ibi: Prohinciamus in questione predicta, Unde vi
et locum nullatenus habuisse. Insuper si Spoliatus cedat iuri
suo, & confentiat, ut prius tractetur causa Proprietatis,
tadeoque quod Spoliator probet iudicio petitorio, & se
esse Dominum, non est facienda Restitutio.

105. Notandum quintò: Quod quidvis Spoliatus ve-
 lit agere remediò recuperanda Possessionis, quod intro-
 ducitur per *Cap. Sicut. de Restit. Spoliat. & dicitur* non
 est necesse probare se possedisse, & fuisse vi dejectum ab
 eo, contra quem agit, sed sufficit probare, quod istos,
 contra quem agit, scientes acceperit rem, quam seiebat
 invasam fuisse a Spoliatore, adeoque per hoc *Cap. Sicut.*
 succumitur Spoliato, ut agere possit etiam contra quem-
 cunque possidentem rem, que erat sua, cum per Inter-
 dictum: Unde vi. solum contra Spoliatorem, vel alium
 eius nomine Spoliantem agi possit.

106. Notandum sexto: Quod eductæ causæ, quibus
 que agunt Interdicto recuperanda Possessionis, & non
 probant se possedisse. Unde in *Cap. Ex parte Mulieris. de*
Restit. Spoliat. quia Vir non probaverat Mulierem iblam,
 quam in domum suam traduxerat, sibi desponsatam
 fuisse,

fuisse, ac proinde fuisse in Possessione ejus, non restituitur dicta Mulier ipsi Restitutionem petenti.

107 Notandum septimò: Quod Spoliatus dicitur quicumque rei immobilis corporalis, sive incorporalis Possessione, vel quasi Possessione indebitè, vel injustè privatus est; adeoque si quis a Judice injustè privatus fuerit Possessione sui Beneficii Ecclesiastici, dedit ante omnia, perinde ac si a privato homine vi defectus fuisset, restitui. *Cap. Conquerente. de Restit. Spoliat. ibi: sine Iudicio spoliasti, &c. Mandamus predicto Clerico prefatam Ecclesiam cum redditibus inde perceptis restituas. & deinde Restitutione facta, videnda est causa, ut prosequitur textus in dicto Cap. Conquerente.* Nam ad hoc, ut justè quis privetur Beneficio, debet haberi rationabilis causa manifesta, & notoria, & fieri in Judicio, seu Juris ordine servato, privatio illa; ut dicitur in prædicto *Cap. Conquerente.* Sunt, & alii casus, in quibus non est facienda Restitutio Spoliato ante omnia; qui videri possunt apud Pishing *lib. 2. tit. 13. a n. 25. usque ad 30.*

108 Notandum octavò: Quod Spoliatus debet intendendum. Unde vi, intra annum utilem intentare. *l. 1. in principio. junctâ Glossa. v. Annus. & §. Annus. ff. de Vi, &c. & l. 2. Cod. Unde vi.* Est annus utilis tempus unius anni non legitimè impeditum a die Spoliationis; unde non includitur in anno tempus, quo Spoliatus agere non potuit. Cum hoc stat, quod etiam post annum possit opponi per modum exceptionis Spoliatio; & quandoque res propria in aliena est potestate, semper repeti potest, si non sit facta præscriptio in possidente. Pishing ex variis Juribus *lib. 2. tit. 13. n. 17.*

109 Notandum denique, quod aliquoties Actor mittitur in Possessionem rei petitæ ob contumaciam Rei. Est contumaciâ contemptus, seu inobedientia Superioris, & contumax litigator est, qui tribus edictis, vel

uno

§. 16. De eo, qui mittitur in Poss. rei serv. caus. 319
 uno pro tribus, seu peremptorio vocatus in Judicium,
 sine ullo justo impedimento, negligit venire. Jam talis
 contumax variis poenis iuxta varias leges, quæ videri
 possunt apud Vallensem *lib. 2. tit. 14. n. 4.* puniri solet,
 quarum una est missio Actoris in Possessionem eius bo-
 norum, de qua hic agendum superest. Ideo sit

§. DECIMUS SEXTUS.

DE EO, QUI MITTITUR IN POSSES- sionem rei servandæ causâ.

110 **S**Upponendum, quod missio in Possessionem
 bonorum est, quando Judex jubet Actorem
 ob contumaciam Rei absentis mitti in Possessionem bo-
 norum eius, custodia causâ. Atque hic Jussus dicitur
 Decretum, quod dividitur in primum, & secundum.
 Primum Decretum est quando Judex primò jubet bona
 Rei absentis contumacis detineri apud Actorem præ-
 sentem, ut conserventur. Secundum vero Decretum est
 secundum jussus Judicis, quo redditur licita Possessio
 bonorum contumacis absentis Actoris præsentis, qui per
 primum Decretum solum detinebat ea bona, sed non
 erat Possessor eorum. Itaque primum Decretum describitur
 aliquis rei prohibita, vel regulari non permissa, in
 certo casu facta prima prohibitio, vel permissio, refer-
 tendo singula singulis. Secundum vero Decretum est
 secunda prohibitio &c. Quandoque autem interponitur
 primum Decretum, & non secundum, quæ in aliquibus
 non est necessarium secundum ita N. Briffartius *(in suis
 verbis ubi de iuris utriusque. v. Decretum. His possis. in l.
 2. tit. 11.)* Dico primò: Si ante licentiam contestatam Actio
 est realis, id est in rem, taliter per primum Decretum fit
 immisso in Possessionem bonorum contumacis absentis;

ut nec dominium, nec vera, & stabilis Possessio Actori acquiratur, sed solum detentio, seu custodia; ita tamen ut si Reus absens intra annum non venerit ob suam culpam, nec præstaverit cautionem de se sistendo in Iudicio, missus in Possessionem, post annum fiat verus Possessor stabiliter, & fructus faciat suos, salvo tamen manente Iure Proprietatis absenti, seu salva defensione absenti Reo super Proprietate. Ita in *Cap. Constitutis. de Eo, qui mittitur in Possessionem &c. Et Cap. Quoniam. §. in aliis. Ut lite non contestata.*

102 Dico secundò: Si Actio est personalis, & ante litis contestationem Reus conventus contumaciter absit, tunc Actor, seu Creditor propter contumaciam Rei, seu Debitoris peremptoriè citati, mittitur in possessionem bonorum Rei, seu Debitoris; & primò quidem rerum mobilium: deinde immobilium, si mobilia Reus nõn habet; & postremò Jurium, pro quantitate declarati debiti, seu periti in libello. Quod si intra annum Reus venerit, vel si promittet Iudicio se sistere, & det cautionem, etiam post annum auditur Reus, ut recuperet rem detentam; nam taliter fuit immissa in possessionem Actoris, ut ille solum Detentor esset, & custos, non tamen verus Possessor intra annum. Quod si post annum non venerit Reus, nec intra annum cautionem dederit supradictam: tunc non ex vi primi Decreti, sed requiritur secundum Decretum, ut immissus in possessionem fiat verus Possessor; semper tamen salva proprietatis causâ ipsi Reo: *ditto Cap. Quoniam. §. In aliis. Ut lite non contestata.* An sit hæc necessarium est hoc secundum Decretum Iudicis, ut Actor fiat verus Possessor, quia mittitur in possessionem rei non suæ, sed tantum sibi debite: At quando Actio est realis obtendit Actor rem esse suam, & quia Reus contumaciter abest, præsupponitur, quod verè sit Actor; adeoque non est necessarium secundum Decretum.

113. Dico tertio: Si post litem contestatam Reus conventus actione reali, seu in rem, fuerit contumax; tunc poterit Judex, si sufficienter de veritate super controversia mota, ex actis, vel ex instrumentis exhibitis, vel ex testibus receptis, vel ex confessione Rei jam facta, sit instructus; poterit ad sententiam definitivam procedere; eamque executioni mandare, non obstantibus quod sententia contra absentem sit nulla. Quia ex hac regula excipitur casus præsens, in quo propter contumaciam ipsius Rei absentis profertur sententia; ut constat ex *L. Proferendum. 13. §. Sin autem Reus. Cod. de Judiciis. & Cap. Prout nobis. de Dolo, & contumacia.*

Quod si non possit Judici constare de veritate causæ ex actis, aut instrumentis &c. tunc non procedet ad sententiam, sed adjudicabit possessionem Actori, salvâ absenti causâ proprietatis. eod. *Cap. Prout nobis. ibi: Quod si venire contempserit, causam (ut pote lite, quæ ingentur, contestata) definitivâ sententiâ terminetis; vel præsentem saltem adjudicetis possessionem, servata dumtaxat questione proprietatis absenti.* Quod si Actor non possit possessionem sibi adjudicatam intra annum ingredi ob dolum, aut potentiam Rei contumacis; vel acquisitam amiserit ob ejusdem potentiam, & Reus nullam cautionem dederit de stando Juri: tunc Actor verus fiet possessor post annum; & hoc ne melioris conditionis fiat Reus absens contumax, quam Actor præsens obediens. Ita in *Cap. Contingit. de Dolo, & Contumacia. ibi: Ne igitur contumax melioris conditionis, quam obediens existat, de Canonica equitate sancimus, ut in casu præmissis Actor verus constituatur, elapso anno, possessor.*

Dico quarto: Cum de Beneficiis agitur Ecclesiasticis, itaut quis petat contra possessorem Beneficii, ut illud ipsi conferatur, eo quia ille non sit canonicè institutus; non mittitur Actor in possessionem Beneficii, propter

Si con-

contumaciam absentis, sed debet Judex, diligenter examinato negotio, causam terminare, etiam lite non contestata, ob prædictam contumaciam Rei; & hoc ne habeatur ingressus vitiosus ad beneficia. *Cap. Unico. de Dolo, & Contumacia. in 6.* Quod ipsum servandum in causa matrimoniali, quoties alter Conjugum ita abest, ut etiam peremptoriè citatus non compareat, aut ita se occultat, ut ad se malitiosè non veniat citatio. *Cap. Finali. §. Porro. Ut lite non contestata.* Ubi statuitur quod sicut quando agitur de electione alicujus ad dignitatem, ita quando agitur de copula maritali quaestio, & præsertim cum opponitur gradus propinquitatis lege divina prohibitus, si Pars adversa malitiosè abest a Judicio, adeoque sit contumax: possunt Testes recipi, & processus formari etiam non contestata lite, & sententia definitiva proferri. *Atque hoc: ne propter longam moram in spiritualibus, & temporalibus patiatur Ecclesia lesionem, vel viro, sive mulieri fornicationis occasio praebeatur.*

S. DECIMUS SEPTIMUS.

DE PROBATIONE PER INSTRUMENTA.

115 **A** Sserta in Judicio, tam ex parte Rei, quam ex parte Actoris probare necessarium est; unde probatio dicitur anima processus. Probare autem idem est, ac ostendere veritatem Judici super facto dubio, super quo est quaestio, seu facto, quod unus litigantium affirmat, alter negat; ideoque probatio est assertio veritatis, seu verificatio legitima alicujus facti dubii, seu controversi facti, dixi, quia probatio ex parte Partium facienda Judici solum cadit supra factum; nam quæ Juris sunt, jam supponuntur nota Judici, qui Jurispe-

risperitus est. Jam hac Probatio fieri potest vel per testes, quæ est efficacior, vel per instrumenta. Dixi efficaciorẽ esse per testes, quia etiam veritas ipsorum instrumentorum per testes probatur. Loco autem probationum succedunt Præsumptiones, quæ aliquando semiplenè probant. Jam de Præsumptionibus locuti sumus *Cap. 8. §. 4.* & de Testibus *Cap. 7. per totum*. Nunc restat explicare probationem per instrumenta, de qua agitur *in titulo de Fide Instrumentorum*. Et primò quidem explicandum quid, & quod duplex sit instrumentum, quapropter

116 Dico primò: Instrumentum in genere est omne illud, quo instrui potest Judex circa veritatem facti controversi; adeoque complectitur tum testes, tum scripturas, tum confessionem Rei, vel quamlibet aliam probationem. *ex L. 1. ff. de Fide Instrument.* Specialiter tamen Instrumentum hic sumitur pro scriptura, quæ fidem facit Judici de re, quæ controversitur, & instruit in causa.


117 Dico secundo: Hæc instrumenta sunt vel publica, vel privata. Publica propriè sunt, quæ a publica persona v. g. Notario publico, vel Tabellione sunt confecta cum debita forma. Hæc autem formam importat, quod Notarius ex mandato Judicis, aut rogatus a Partibus scripturam formet conscius rei, de qua agitur, & cum expressione diei, mensis, anni, indictionis, & loci, in quo fit contractus, vel actus contentus in instrumento; & præterea ut in eo sint scripta nomina testium, & ipsius Notarii, seu Tabellionis subscriptio habeatur. Videatur Abbas *in Cap. 1. n. 3. de Fide Instrument.* ubi quæ requiruntur, ut instrumentum sit publicum, exponit.

118 Dico tertio: Instrumentum publicum etiam dicitur scriptura, quæ licet non sit confecta a Notario, vel Tabellione publico, est tamen sigillo aliquo publico, & authentico firmata. *Cap. Scripta verò de Fide Instrument.*

324. *Lib. 3. Par. 1. Cap. 10. de Modo proced. in civilib.*
 ibi: Si consuetudo illius patrie obtinet approbata, ut Instru-
 mentis illius Regis fides habeatur, vos & securè poteritis
 admittere. Quod ipsum dicitur de scriptura firmata si-
 gillo Capituli, vel Universitatis, aut Civitatis habentis
 Jus sigilli. Quæ scriptura cum sigillum contineat, facta
 præsumitur ab eo, cujus est sigillum; adeoque vim sub-
 scriptionis, & confessionis ejusdem obtinet. Præterea
 habetur pro Instrumento publico, quæ ex Archivio pu-
 blico extrahitur, & quæ apud acta publica fit, & quæ
 continet nomen scribentis, & ejus subscriptionem,
 cum subscriptione duorum testium; subscriptio enim
 perinde est, ac si totam scripturam subscribens manu
 propria scriberet. Omnia videri possunt Juribus, & Dô-
 ctoribus confirmata apud Vallensem *lib. 2. tit. 22. §. 1. n. 3.*
 ¶ 119. Dico quarto: Publicum Instrumentum vel est
 judiciale, vel extrajudiciale. Primum est scriptura, quæ
 fit mandante Judice in Judicio, seu quæ in actis reduc-
 tur autoritate Judicis. Secundum est scriptura, quæ fit
 a Notario publico extra judicium rogato ad illud faci-
 endum; si enim non fuerit rogatus, non dicitur instru-
 mentum publicum, sed privatum.
 ¶ 120. Dico quinto: Instrumentum privatum est scri-
 ptura facta a persona non constituta autoritate publi-
 ca ad conficiendum instrumentum, id est, quæ non est
 Notarius publicus, seu Tabellio, quanvis aliqui sit per-
 sona publica. Ut videre est apud Van Espen *part. 3. tit.*
7. cap. 7. n. 4. & 5. & talis scriptura etiâ vocatur Instru-
 mentum domesticum. Hinc scriptura Judicis, aut Principis,
 aut Regis, quanvis hi omnes sint personæ publicæ, quia
 tamen non sunt constitutæ ad conficienda Instrumenta,
 ideo non faciunt Instrumentum publicum; sed censentur
 privatæ personæ in ordine ad scripturam, quam fa-
 ciunt. Notat Rebuffus *in tract. de Chirographorum, &*
Subdularum recognitione. n. 5. Quod literæ Regis etiam

manu propria scriptæ dicuntur privatae, & propterea non faciunt fidem publicam, nisi sigillo, & aliis adminiculis juventur, & ideo Fiscus facit scripturas per Tabelliones, aut alios Officiales deputatos ad Instrumenta facienda.

121 Dico sextò: Dantur plures species Instrumentorum privatorum, nimirum Apocha, Athapocha, Syngrapha, Liber rationum, & Epistola. Ita Rebuffus *in cit. trac. de Chirograph. & Scedular. recognit. n. 13.* Apocha est scriptura, in qua Creditor fatetur se recepisse a Debitore pecuniam, vel rem sibi debitam. Et differt ab Acceptilatione; quia Acceptilatib importat, quod licet pecunia non sit soluta, tamen Creditor eam tanquam solutam habeat, & ideo liberat Debitorem absolutè; cum Acceptilatio sit imaginaria solutio, per quam Creditor proinde se habere profitetur, ac si totum accepisset a Debitore, dum dicit: *habeo, acceptumque fero, quod mihi per stipulationem debuiſti.* Apocha verò non liberat Creditorem nisi in ea pecunia, quæ soluta est. *L. Acceptilatum. ff. de Acceptilatione.* Athapocha est privata scriptura, quam Debitor de soluta pecunia Creditori facit, & tradit ipse; & est necessaria in Pensionibus annuis, & similibus, ne fiat præscriptio exemptionis a solutione. Syngrapha est Scheda, seu scriptura propria manu subscripta, quam faciunt qui paciscuntur super aliqua re in ejus rei fidem. Liber rationum est ille, quem facit quis cumque vult suarum rerum, aut reddituum, & emptio- rum ratiocinium habere. Epistola demum est scriptura privata, quæ alteri mittitur.



§. DECIMUSOCTAVUS.

*DE DIFFERENTIA IN PROBANDO INTER
publica, & privata Instrumenta.*

122 **D**ico septimò : Maxima est differentia inter Instrumentum publicum, & privatum in ordine ad fidem faciendam de eo, quod continent. Nam publicum facit plenam fidem in eo, quod dispositivè continet; & hoc est verum, non solum de ipso originali Instrumento, sed etiam de exemplari, dummodo exemplarum fuerit, idest jussu Iudicis desumptum sit ex originali per publicam personam; aliter nullam fidem faciet, sed solum conjecturam. *Cap. 1. de Fide Instrum.* ibi: *Si scripturam authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus.* ubi Glossa v. *Exemplaria* addit: *Nisi ipsa exemplaria sumpta, & publicata sint Iudicis auctoritate.* & *Cap. Finali. eodem titulo.* ibi: *Per publicam personam illa præcipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.* Quod ipsum dicitur *Cap. Cum Tabellio. eodem tit.* quoties mortui Notarii reperitur nota in suis protocollis, quæ non fuit redacta in acta; hæc enim nota jussu Iudicis per personam publicam in consuetam formam redacta, habet vim publici Instrumenti, & facit fidem publicam ex textu: *Habitura per hoc perpetuam firmitatem.* Dixi: *in eo, quod dispositivè continet.* quia in iis, quæ incidenter narrantur, aut enunciativè, non facit plenam fidem in præjudicium Tertii. *L. Ex hac. ff. de Donation.* nisi sit aliquod originale centum ab hinc annis datum. *Cap. Cum causam. de Probationibus.* ibi: *Quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probatur.* Item dixi: *facit plenam fidem.* Quod intelligitur nisi contrarium probetur; quia si per testes
omni

omni exceptione majores, aut per alium publicum Instrumentum contrarium illi, probetur oppositum, non facit plenam fidem. *Cap. Cum Joannes. de Fide Instrum.* ibi: *Non tamen quodlibet Instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium, vel plurium idoneorum testium depositionibus preferatur.* ubi Glossa v. *Quodlibet.* notat, quod Instrumentum publicum, ut reprobetur, requiruntur ad minus tres, aut quatuor testes meliores, quia auctoritas Tabellionis æquivaleret duobus testibus, adeoque contra Instrumentum publicum duo testes non pravalet. Potest etiam ab Adversario contra Instrumentum publicum objici rasura, vel cancellatio, vel quod non sit confectum a Notario, cujus subscriptio in eo habetur, vel quod sensum dubium habeat, vel quid simile, per quod reddatur falsum, aut suspectum. *Cap. Inter dilectos. S. Instrumentum. de Fide Instrum.* ibi: *Instrumentum quoque sententia multis modis inveniebatur suspectum, tum quia in ipso quedam apparebant litura, tum quia subscriptio Notarii videbatur manus alterius fuisse, quam subscriptio Instrumenti &c.* Redditur itaq; suspectum Instrumentum ex rasura, vel superlineari scriptura. *Abbas in Cap. Cum venerabilis. n. 6. de Religiosis domibus.*

123 Dico octavo: Privata Instrumenta regulariter non faciunt fidem pro scribente. *Cap. Cum a nobis. de Testibus.* ibi: *Nec scriptum eorum (nisi trium admittenda fulciatur) eam obtineat firmitatem, quin ei possint, & debeant duorum, vel trium testium bonorum testimonia pravalere.*

Dixi *regulariter* quia ex textu prædicto si scriptum privatum fuerit trium testium subscriptione firmatum, facit fidem plenam, utpote quod creditur quasi publice confectum. Glossa in *Cap. Scripta. de Fide Instrument.* v. *Authentica.* ubi sic habet: *Privata verò Instrumenta ab Adversario scripta (ita quod constet) vel a quocunque,*
dum-

328 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 10. de Modo proced. in Civil. dummodo Partium, vel testium subscriptione fulcita sint, in actione personali robur obtinent firmitatis, & talis scriptura dicitur Authentica, ut hic patet. In reali verò actione Instrumentum manu publica confectum præponitur tali Instrumento privato, nisi privatam habeat triam, vel amplius subscriptionem testium.*

124 Dico nonò: Facit Instrumentum privatum fidem pro scribente, primò: Si longo tempore inter Partes fuerit observatum, & in judicio exhibitum. Secundo: Si sit de modica summa. Tertio: Si ex qualitatibus personæ scribentis, & eorum, quæ in scripto continentur verisimilitudine formari possit Judicium, quod sit verum. Quarto: Si fuerit facta conventio inter Partes, ut plenè probet. Nam in favorem Partium est inductum, ut scriptura privata non probet, adeoque Partes possunt renuntiare huic favori, & convenire in hoc, quod probet. Sexto: Si ab Adversario scribentis fuerit approbatum, probat etiam plenè, etiam si non sint subscripti Testes. *Vallensis lib. 2. tit. 22. §. 2. n. 4.*

125 Dico decimò: Probat instrumentum privatum contra scribentem etiam plenè, quoties continet causam expressam v.g. ex mutuo, ex empto, locato &c. quia quisque obligatur suæ confessioni stare. ergo si quis scripsit v.g. *Confiteor, me ex mutuo debere Titio centum,* etiam nullo teste adhibito, debet solvere centum; dummodo fateatur, aut per testes, si neget, probetur, se illam scripturam fecisse; quod si non contineat causam expressam, probat semiplenè contra scribentem, quia censetur sine advertentia plena scripsisse. Unde Adversarius tenetur probare causam, ex qua debeat is, qui scripsit, se esse debitorem. *Cap. Si cautio. de Fide Instrum.* ubi sic: *Si cautio, quam a te indebitè proponis expositam, indeterminate loquatur, Adversarius tuus teneatur ostendere debitum, quod continetur in ea; sed si causam propter quam*
hujus-

§. 19. De Productione Instrumentorum. 329
hujusmodi scriptura processerit, expresseris in eadem, confessioni tuae statur, nisi probaveris te indebitè promississe.

§. DECIMUS NONUS.

QUOMODO, QUALITER, ET CUI PRODUCI debeant Instrumenta.

126 **D**ico undecimò : Instrumentum publicum debet proferri in Judicio post litem contestatam, Parte citata, usque ad conclusionem in causa. Abbas in *Cap. Series. n.4. de Testib.* nisi Judex præfixerit certū terminum, intra quem omnia Instrumenta edi debeant. *Cap. Cum dilectus. de Fide Instrum.* ibi: *Utraque Pars potest Instrumenta etiam post publicationem attestatorum usque ad diffinitivæ sententiæ calculum exhibere, antequam sit in causa conclusum.*

127 Dico duodecimò : Post Conclusionem causæ non possunt amplius instrumenta produci ; sicut neque quando omnibus probationibus expressè facta fuit renunciatio, nisi Judex ex justa causa velit ea admittere. *Cap. Cum Joannes. de Fide Instrument.* ibi: *Non obstante, quod ipsa interrogatio facta fuerit post quā a Partibus extitit in causa conclusum, cum Judex (qui usque ad prolationem sententiæ debeat Univerſa rimari) possit interrogare de facto, quoties dubitationis aliquid occurrerit.* Et quidem Judex non solūm ad declarationem retroactorum, sed etiam ad fundandam de novo intentionem Partis in vim novæ probationis, potest post causam conclusam admittere Instrumenta. Quod inferitur ex adducto textu. Et ratio est, quia quo ad Judicem nunquam in causa concluditur; ideoque potest Conclusionem rescindere, & ultiores probationes injungere Partibus. Atque ita Felinus n. 12. in dictum *Cap. Cum Joannes.* Item si producens Instrumentum juret, se illud invenisse post Conclusionem in causa, potest post Conclusionem illud pro-

330 *Lib. 3. Pars 1 Cap. 10. de Modo proced. in Civil.*
ducere. *Cap. Pastoralis. de Exceptionibus.* ibi: *Velis, qui*
woluerit eam opponere, fidem faciat Juramento, se post-
modum ad illius notitiam pervenisse.

Item in causa matrimoniali, quia sententia in tali cau-
sa nunquam transit in rem judicatam. *Cap. Lator. & ibi*
Glossa. de Sentent. & re Judicata.

Item si non ad probandum, sed ad declarandam prio-
rem probationem proferatur. Item in causa criminali,
in qua non excluditur quo ad Reum, quin possit in favo-
rem suae defensionis semper producere Instrumenta us-
que ad sententiam.

Item in causa Appellationis possunt produci ea In-
strumenta, quibus obstat Conclusio in priori instantia. Denique
recognitio sigillorum potest fieri, etiam post
Conclusionem in causa: sicut etiam possunt Instrumenta
produci, quoties in Conclusionem dictum fuit: *Salva re-*
productione Scripturarum.

128 Dico decimotertiò: Non requiritur citatio
Partis, quoties Instrumentum producitur ad solùm in-
formandum Judicem; neque quando producitur in fine
termini, aut intra tempus termini dati ad producendas
Scripturas, vel ad probandam causam per omne genus
probationum.

129 Dico decimoquartò: Quoties in Libello fit
mentio Instrumenti, toties ante litem contestatam pro-
duci debet, quia Adversario petenti unâ cum actione
edendum est. *l. 1. §. 1. & finali. ff. de Edendo.* Ut autem
Instrumentum productum cum Libello probeat, repeti
debet post litem contestatam in vim probationis.

130 Dico decimoquintò: Instrumentum, & quidem
originale; nam exemplaribus non creditur, nisi autho-
ritate Judicis fuerint, ut diximus, exemplata, edi debet
Judici totum. Parti autem illius Capituli copia, super
quo est questio, tradi debet. *Cap. Consingit. de Fide In-*
strum.

strum. ibi: Ita quod si super uno tantum Capitulo questio fuerit: illud solummodo rescribatur, & aduersæ Parti copia ejus fiat. Originale autem semel exhibitum potest a producente apud se retineri, ne sit periculum amittendi illud, relicta tamen copia authenticâ in actis Curia.

131 Dico decimosextò: Non tenetur Reus Instrumenta, quæ sua propria sunt, & suis sumptibus facta, edere Actori, quia recta ratio dicit non debere aliquem Adversario suo arma præbere contra ipsum. *L. Qui accusare. Cod. de Edendo. & §. Nimis grave. Cod. de Testibus.* Instrumenta verò communia communibus sumptibus confecta, sicut etiam testamenta inter hæredes, ac legatarios tradi debent a Reo, ut videre est. *ff. Tit. de Tabulis exhibendis. & ff. & Cod. Titul. Quemadmodum Testamenta aperiantur.* Atque in uniuersum, quoties interest ejus, qui petit sibi edi Instrumentum, toties potest cogi a Judice (cognito tali interesse priùs summarie ab ipso Judice) ille, a quo petitur, ut edat; quia sicut testis cogitur dicere testimonium pro Tertio, ita & edere Instrumentum, quod est pars probationis pro Tertio ille, a quo petitur.

Similiter si petitur a Magistratu editio alicujus statuti ab una Parte allegati in Judicio, & ab alia negati: debet Capitulum allegatum edi; quia cum sit Jus publicum proprium loci, nulli denegari potest. Item Procurator Fisci in causis civilibus exemptionum, & contributionum potest petere edi Instrumenta, etiam ab ipsis Reis conuentis, ad probandam suam intentionem non solum contra alios, sed etiam contra eos. Denique ab Usurariis peti possunt libri rationum. *Clement. 1. §. Cæterum. de Usuris.* & ab omnibus aliis solitis fraudem in Contractibus admittere, peti potest, ut edantur Scripturæ. *Vallensis lib. 2. tit. 22. §. 4. a n. 5. usque in finem.*

§. VIGESIMUS.

DE JURAMENTO SUPPLETORIO.

132 **M**aximum remedium expediendarum litium dicitur in l. 1. ff. de Iure Iurando. Iuramentum, quo vel ex pactione litigantium, vel ex auctoritate Iudicis deciduntur controversiæ. Ideoque quando deficiunt probationes in causis civilibus, & veritas, nec per testes, nec per Instrumenta sufficienter apparet, & adhuc in dubio res est, devenire debet Iudex ad exigendum a Partibus Iuramentum, quod dicitur Suppletorium, quia defectum probationis supplet. Ita in l. 31. ff. de Iur. Iuran. & l. 3. Cod. de Rebus creditis, & Iure Iuran. ibi: *In bonæ fidei Contractibus, nec non etiam in cæteris causis, inopia probationum per Iudicem Iure iurando causâ cognitâ, res decidi oportet.* Hinc non potest tale Iuramentum exigi, nisi deficientibus aliis probationibus, ut etiam habetur l. 35. ff. de Iure Iurando. Atque hoc quod est deficere probationes, non est quod omnino deficient; si enim nullæ adsint probationes, non debet exigi Iuramentum a Reo, sed absolvi. Deficere igitur probationes importat hic, quod ex, quæ habentur, non sunt sufficientes, & ideo adhuc manet causa dubia.

133 Quod ipsa confirmatur ex Cap. finali. §. Sant. de Iure Iuran. Ubi statuitur, quod si Actor nihil probaverit, est Reus ab omni onere absolvendus. Si verò Præsumptio est pro ipso Actore, desertus vel Reo Iuramentum, id est Reus adstringitur ad Iurandum: vel ipsi Actori desertus, consideratis circumstantiis personarum, & causæ: ubi notat Glossa v. *In probatione.* id quod dixi, nimirum si Actor omnino nihil probat, nec ullam profese præsumptionem habet, Reus absolvitur. Si autem

habet pro se præsumptionem, & contra Reum: tunc a Iudice defertur Iuramentum Reo ad purgandam sui innocentiam. Quod si videatur Iudici Iuramentum deferendum esse Actori, ut præsumptionem, quæ pro ipso stat, confirmet, & sic probationem faciat pro se sufficientem: poterit ipsi deferri, attendita qualitate personæ, id est quod talis sit, ut non credatur pro ea causa pejerare velle.

134 Sunt, qui vituperant hoc Supplementum probationis per Juramentum delatum Actori, vel Reo, ut videre est apud Van Espen *par. 3. tit. 7. cap. 8. n. 11. & 12.* Certum tamen esse debet, *ex tit. Cap. Finali. de Jur. Iuran. §. Sand.* ubi ponuntur hæc verba: *Inspectis personarum, & causa circumstantiis,* quod Iudex non debet devenire ad exigendum Juramentum suppletivum probationis, nisi bene consideratis personam, & causam; ideoque non debet exigere a Reo, quoties criminaliter agitur, nisi purgationis causam, juxta ea, quæ de Purgatione Canonica dicta sunt. Neque quando agitur civiliter Actione famam, qua Reus damnatus, redderetur infamis. *ex dicto Cap. finali. de Iure Iuran.* ibi: *Nec liceat concesso famosa actione, deferre hujusmodi Jus Iurandum.* Et ratio est, quia habetur maximum periculum pejerandi in talibus casibus, ne Reus per damnationem fiat infamis. Id ipsum extenditur si causa civilis est ardua, & magna, in qua agitur de amittenda, aut lucranda re, quæ magni sita tali persona, & in tali loco.

135 Ab Actore autem non potest deferri Juramentum Reo in causis criminalibus criminaliter intentatis, potest tamen in civiliter intentatis, ut docet ex Fornio Gonzalez Téllez *lib. 5. Decretal. tit. 34. cap. 16. num. 9.*

Denique circa personam observare oportet, an sit

334 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 11. De Sententia Judicis.*
dives, vel pauper, si de re temporali agitur, quia si pauper est, periculum pejerandi est proximum.

CAPUT UNDECIMUM.

DE SENTENTIA JUDICIS.

Explicatis jis, quæ ad processum, & probationes spectant tam in criminalibus, quàm in civilibus; ad ipsam sententiam Judicis in utrisque causis deveniendum est. De ea exponemus primò, quid, & quotuplex sit. Secundò qualis, & quomodo, & cum quibus circumstantiis ferenda. Tertio quid faciet Judex, si erraverit; & deniq, quando nam transeat in rem judicatam, vel non.

§. PRIMUS.

QUID, & QUOTUPLEX SIT SENTENTIA.

Dico primò Sententia est pronunciatio, seu definitio Judicis rite facta finem controversiæ, seu causæ imponens. Ipsa autem controversia finita post Sententiam, dicitur res judicata; & ipsa Sententia, elapso appellations tempore, dicitur transire in rem judicatam, quia si in eo tempore ab ea Partes non appellant, illam approbant, & judicant bonam.

2 Dico secundò Sententia alia est definitiva, alia interlocutoria. Definitiva est, quæ principalem causam terminat absolvendo Reum, vel condemnando. Glossa in *Clement. unica. v. Definitiva. de Sequestratione Possessionum, & Fructuum*. Non est autem necessarium, ut Judex proferat verba *absolvo, vel condemna*, sed sufficit si ab-

absolutio, vel condemnatio virtualiter exprimitur. Ita ex variis Juribus Pirhing *lib. 2. tit. 27. n. 1.* Interlocutoria autem est, quæ inter principium, & finem causæ super aliquo incidente pronuntiatur. v.g. de Dilationibus dandis, de novis testibus examinandis &c. Et dicitur Interlocutoria, quia per eam non finitur causæ, sed solum loquitur Judex inter Partes sine solemnitate Scripturæ. Et in universum Interlocutoria est pronuntiatio Judicis facta ad alicujus articuli expeditionem, adeoque omne Judicis Decretum est Sententia interlocutoria. Vallensis *lib. 2. tit. 27. §. 1. n. 6. & 7.*

3 Sententia Interlocutoria alia est merè Interlocutoria, alia verò mediæ, seu mixtæ, quæ habet vim definitivæ. Prima est, quæ non imponit finem negotio principali, neque articulo substantiali negotii principalis, sed solum articulum aliquem decernit, ex quo non sequitur præjudicium irreparabile, nec quantum est ex se facit cessare officium Judicis, sed potest ab eodem Judice revocari. Sententia verò Interlocutoria habens vim definitivæ est illa, postquam non expectatur alia Sententia, vel quia talis Sententia Interlocutoria finem imponit instantiæ factæ; vel quia pronuntiat, quod Judex sit incompetens, &c. Item est Sententia interlocutoria mixta, seu habens vim definitivæ illa, quæ datur super articulum substantialem causæ principalis, ut v.g. si dicatur, quod Minor, qui petit restitui in integrum, non sit Minor; vel si admittatur, aut rejiciatur exceptio peremptoria, nimirum quæ omne Jus Actoris perimit, Atque hæc Sententia æquiparatur veræ definitivæ. Ita cum aliis Pirhing *lib. 2. tit. 27. n. 2.* Videri potest Marantæ in Speculo *par. 6. tit. de Sent. n. 2. & 42. cum sequentibus:*

4 Dico quartò: Differt Sententia definitiva ab interlocutoria pura, non solum per hoc, quod illa finem, im-

imponit causæ, hæc autem non. Sed etiam quia definitiva ab eodem Iudice revocari non potest, nisi fuerit invalida, v. g. si unus ex Iudicibus, qui Sententiam tulerunt, erat publicè excommunicatus: tunc alii duo Iudices eisdem non excommunicati possunt de eadem causa Sententiam ferre. Interlocutoria autem potest ab eodem Iudice revocari. *Cap. Cum cessante. de Appellation. Vallensis lib. 2. tit. 27. §. 2. a n. 2. usque ad 10.* Differt etiam Sententia interlocutoria a definitiva in hoc, quod definitiva in scriptis recitatur, ut infra dicemus; Interlocutoria in voce. Præterea in definitiva servari debet ordo Juris, non verò in Interlocutoria. Has differentias refert Pirking *lib. 2. tit. 27. n. 1. versu. Porrò.*

§. SECUNDUS.

QUOMODO, ET QUALIS FERRI DEBEAT a Iudice Sententia.

5 **D**ico primò: Postquam probata sunt omnia tam ex parte Actoris, vel Accusatoris, quàm ex parte Rei, Iudex ex officio suo interrogare debet Partes, an aliquid habeant dicendum; quod si velint adhuc audiri, statuetur a Iudice terminus intra quem veniant in Iudicium: si nihil aliud dicant se habere proponendum, inseratur in actis ea renunciatio, & conclusio. *Cap. Quoniam. de Probationibus. ibi: renunciations, & conclusiones, & cætera, quæ occurrerint, competenti ordine conscribenda.* ita ut nullam aliam possint allegationem, aut probationem adducere. *Cap. Cum venisset. de Testibus. juncta Glossa ver. Renunciatum.* His igitur præmissis, Iudex curare debet, ut maturè discussis omnibus, certum diem proponat, quo Partes veniant ad Sententiam audiendam; Sententia enim contra absentem non
cita-

citatum, non tenet. *l. Ea que. C. Quomodo, & quando.*

6 Dico secundò: Statuto die, præsentibus Partibus, vel eorum Procuratoribus, vel etiam absentibus, dummodo fuerint legitimè citati, & dictum fuerit, quod tali die sive fuerint præsentibus, sive non, Sententia est ferenda; Judex sedens pro Tribunali, Christi nomine invocato, juxta *Cap. Veritatis. ibi: In nomine Domini. de Dolo, & contum.* Sententiam in scripto latam, recitabit. Quod si fuerit consuetudo, ut alius recitet substitutus a Judice, tenet Sententia. *Vallensis lib. 2. tit. 27. §. 3. v. 3. versu. Dixi.* Si autem Judex non fuerit unus, sed plures sint Judices, debent omnes simul proferre Sententiam coram litigatoribus, ita ut uno eorum Judicum absente, non valeat Sententia reliquorum. *l. Diem proferre. 27. §. 4. ff. de Arbitris. Cap. Cum ab uno. de Sentent. & Re. Iudicata in 6;* ubi dicitur, quod alii Judices debeant esse præsentibus, & mandantes scriptam recitari Sententiam, ita ut in numero plurali qui recitat, dicat: *nos tales Judices, vel Arbitri pronunciamus &c.*

7 Dico tertio: Debet Sententia esse certa, & conformis Libello secundum allegata, & probata, & non contra Jus. Item debet esse absolutoria, vel condemnatoria, in loco publico solito, & intra tempus præscriptum a lege, & in die non prohibito a lege, prolata. Pro quibus

8 Noto primò: Quod Episcopus in quolibet loco suæ Diocesis sive per se, sive per alium potest Sententiam ferre. *Cap. Cum Episcopus. de Offic. ordin. in 6. ibi: Dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius Diocesis non exempto, per se. vel per alium possit pro Tribunali sedere &c.*

9 Noto secundò: Quod potest Sententia non in scriptis proferri, quoties causæ sunt breves, & vilium Personarum: quoties Episcopus judicat inter suos Clericos:

ricos: quoties Judex procedit de consensu Partium, aut sine strepitu Judiciali, de plano Sanchez *lib. 4. Confilior. cap. 3. dub. 9. n. 4.*

10 Noto tertio: Quod Sententia in causa criminali potest esse difformis Libello, quatenus Accusator petens in suo Libello Reum puniri tali poena, potest a Judice non audiri, & dari alia poena, quæ ipsi videatur justa.

11 Noto quarto: Quod tempus præscriptum a lege in causa criminali est biennium a litis contestatione, ita ut elapso biennio, instantia Accusatoris pereat, & ipse Accusator puniatur. *l. Quisquis Accusator. i. & l. Criminales causas. C. Ut intra certum Tempus criminalis questio terminetur.* In causis autem Civilibus datur Triennium a contestatione litis. *l. Properandum. C. de Judicis. Verum ex Cap. Venerabilis. de Judicis.* habetur, quod etiam elapso Triennio possit Delegatus in causa sibi commissa procedere. Delegatus, inquam, cui non est præfixum tempus, ut bene ponderat Gonzalez Tellez *in lib. 1. Decretalium tit. 29. Cap. de Causis. de Offic. & Potest. Iudicis Delegati n. 7.* per quam Decretalem ait Glossa, quod non corrigatur prædicta lex *Properandum*, quia licet elapso Triennio, pereat instantia, non perit Jurisdictio Iudicis in Foro Ecclesiastico, quia Jurisdictio est perpetua, & Rescripta etiam perpetua sunt. Ex Tridentino autem *sess. 24. de Reform. cap. 20.* habetur, quod causæ ad Forum Ecclesiasticum pertinentes absolvi debent infra biennium a die motæ litis; ita ut si ab Ordinario non expediuntur, liberum sit Partibus, elapso biennio, ad Iudices superiores adire, qui causam assument in eo statu, in quo est, & quamprimum terminent.

12 Noto quinto: Quod dies, in quo ferri debet Sententia, debet esse non feriata, sed juridica. *Cap. 1. de*

Fe-

Feris. Feriæ autem sunt aliquæ in honorem Dei, ut dies Dominici, & dies Festi de præcepto; aliquæ in utilitatem hominum institutæ, ut dies vindemiarum, vel a Principe ob aliquam causam indictæ, quæ dicuntur Feriæ, repentina, ut diximus sup. loco. Jam Sententia lata in diebus feriatis indictis in Cultum divinum, semper est nulla, etiamsi accedat consensus Partium. In diebus feriatis indictis in utilitatem hominum si accedat consensus Partium expressus, aut tacitus, valet; *Cap. Conquestus, in fine, de Feriis*. Hoc autem dictum intelligitur de Sententia definitiva, non verò de Interlocutoria pura, vel extrajudiciali; nam hæc etiam in Festis dari possunt, sicut etiam tempore noctis, & in quolibet loco. Dixi tempore noctis, quia *ex Cap. Consuluit, de Offic. Delegati, ibi: Nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit*. Sententia definitiva ferri debet tempore diurno, non verò nocturno, nisi consuetudo sit, ut feratur nocturno tempore, & Partes non contradicant. *Valentis lib. 2. tit. 27. S. 3. n. 11.*

13. Notò sextò: Quod Sententia debet esse secundum allegata, & probata, juxta ea, quæ diximus *cap. 4. S. 2. quest. 1, 2. & 3.* Item non contra Ius sive Civile, sive Canonicum, si enim contra Ius Canonicum, vel Civile continet errorem manifestum, nulla est Sententia, & Appellatione non indiget; dixi etiam contra Ius Civile, quia est etiam ex Iure Canonico nulla Sententia, quæ contra Ius Civile est, ut notat Abbas *in Cap. Sententia, de Sententia, & Re judicata. n. 2.* Jam duplici modo potest Sententia Iudicis esse contra Ius, ut notat idem Abbas Panormitanus *in dictum Cap. Sententia, n. 6. de Sententia, & Re judicata*. Primò contra Ius respiciens merita Cause tantum. Secundò contra Ius respiciens aliquid aliud extrinsecum meritis cause. Jam si

fit contra Jus respiciens meritâ causæ tantum, & in ipsa Sententia talis error, seu repugnantia cum lege exprimitur; v. g. si Iudex pronunciet testamentum Minoris esse validum, quia Minor 14- annorum testari possit; tunc quia est error expressus in Sententia, & manifestus in Jure, reddit nullam ipso factò talem Sententiam. Si verò talis error non exprimitur in Sententia, quavis injusta ipsa sit, quia est contra Jus litigatoris: ut si quis allegato privilegio, condemnetur; tamen tenet Sententia, si non fuit in ea expressum quod ille habebat privilegium; ita ut si intra decem dies non appellatur ab ea, transeat in rem judicatam. Ita ex variis legibus Abbas in dictum Cap. Sententia. n. 6. & 7. de Sentent. & Re judicata. Ratio diversitatis assignatur ab isto Panormitano n. 7. quia dum error contra Jus non exprimitur in Sententia, præsumptio stat pro Iudice, quod justè judicaverit. Ideoque si revera injusta fuit Sententia, debet a Iudice alio, ad quem appellatur, judicari. At verò quoties exprimitur error in Jure in ipsa Sententia, Iudex excedit limites suæ Potestatis, cum non habeat potestatem, nisi juxta leges judicandi, ideoque ipso Jure irrita est talis Sententia, nec indiget appellatione.

14 Quod si error sit non solum contra Jus respiciens meritâ Causæ tantum, sed etiam extrinseca alia ipsis meritis Causæ; tunc Sententia sive exprimat talem errorem, sive non, semper est nulla ipso Jure; quia quidquid contra Jus fit, nullum est, & pro infecto habetur. Cap. *Quæ contra Jus. de Regul. Jur. in 6. & l. Non dubium. C. de Legibus.* Ideoque quoties Sententia continet errorem Juris concernentis ad omnia ea, quæ meritis causæ sunt extrinseca, sed intrinseca validitati actus judicandi; tunc est ipso Jure irrita; & talis est, si deficiat Iurisdicatio in Iudice: si sit ipse excommunicatus publicè: si in loco non debito: si in tempore feriato prolata fuerit

§. 3. *Quid faciet Iudex si erravit in Iudicio.* 341

Sententiæ: si cætera, de quibus jam fecimus in superioribus mentionem, deficient. Possunt autem casus isti, in quibus ipso Iure est nulla Sententia, videri breviter relati apud Hieronymum Nicolium in *suis Lucubrationibus utriusque Iuris Romæ impressis anno 1700. to. 2. Theorica praxis Canonici Iuris lib. 2. tit. 27. de Sententia, & Re judicata.* Item legatur *Can. Ei, qui appellat.* (qui est finalis) *Causa 2. quest. 6. §. Diffinitiva.* Ubi tam quæ sint nullæ Sententiæ, & Appellatione non indigent, referuntur, quàm quæ appellationis remedio revocari possunt.

§. TERTIUS.

QUID FACIET IUDEX COGNOSCENS SE ERRASSE IN JUDICIO.

15 **D**ico primò: Si error est facti, nimirum si compèriatur per falsos testes fuisse Reum condemnatum, debet rescindi sententia, & Reus absolvi. *L. Divus Hadrianus. ff. de Re judicata.*

16 Dico secundò: Si sententia in rem judicatam transit, & post eam reperiantur nova testimonia, aut nova instrumenta, non potest a Iudice regulariter rescindi sententia. Juxta *L. Imperatores. ff. de Re judicata.* Sed potest ad Principem recurri, & ipse jubere potest, ut causa iterum examinetur, & postquam constiterit ex errore facti processum fuisse, rescindi debet sententia, & Reus in integrum restitui, ut docet cum Molina *tom. 2. dis. 568. Layman lib. 3. tract. 6. cap. 2. n. 9.* Dixi, regulariter, quia in negotio publico nimirum ad Fiscum spectante ex eadem *Leg. Imperatores.* potest restitutio in integrum fieri propter nova instrumenta reperta. quod ipsum se extendit ad causam spectantem ad Ecclesiam

342 *Lib. 3. Par. 1. Cap. 11. De Sententia Iudicis.*
fiam, vel ad Minorem natu.

17 Dico tertio: Si Judex erravit errore Juris, vel dolo, aut pecunia corruptus contra leges sententiam tulit in causa civili, tenetur ad omnia damna Parti læsæ secuta. *L. Si Filius Familias. S. Judex. ff. de Judiciis. & amisso officio, redditur infamis. L. 2. C. de Pœna Judicis, qui malè judicavit. ibi: Dignitate, seu Cingulo amisso.* In causa verò criminali patitur omnium bonorum confiscationem, & in exilium mittitur. *eadem L. 2. ibi: Si verò criminalis causa fuerit, cōfiscatis omnibus bonis, in exilium mittitur.* Quod si sine dolo, sed propter imperitiam Juris, malè judicaverit Judex, tunc in conscientia tenetur ad aliquam compensationem damnorum, & ipse ita judicando, facit litem suam, idest in tali casu potest ab alio Judice judicari, & damnari ad compensationem damni secuti. Laynam ex variis legibus *lib. 3. tract. 6. cap. 2. n. 10. vers. Dico secundò.*

18 Dico quartò: Si Judex alioqui idoneus, non dolo, sed ex humana oblivione erraverit in sententia ferenda, non tenetur in conscientia ad restitutionem damnorum, quia non intulit formalem injuriam, nec in aliquo factus est ditior, quia dum sine dolo judicavit, supponitur non accepisse aliquod munus a Partibus. In foro autem externo præsumptio est contra ipsum. Potest tamen Judex superior, ad quem fiet appellatio, cognita veritate, non cōdemnare eum ad restitutionem damni secuti, sed succurrere Parti læsæ per restitutionem in integrum. Idem Layman *n. 11.*

19 Dico quintò: Si Judex supremus malè judicavit, debet iterum causam judicatam examinare *Cap. Tum ex litteris. de In integrum restitut. ibi: Præsertim quia sententia Romana Sedis non negatur posse in melius commutari &c. & infra, ibi: Et secundum jura civilia Principes etiam contra res bis judicatas in auditorio suo examinari resti-*

S.4. *Quando nam transeat sententia in rem judic.* 343
restitutionem in integrum permiserunt. Si autem fuerit
 Judex non supremus, sed ordinarius, qui malè judicavit; tunc si sententia lata est ipso jure nulla; poterit idem ipse Judex aliam sententiam ferre; quia quæ est ipso jure nulla, non est sententia; adeoque idem Judex potest sententiare. Si verò sententia non fuerit ipso jure nulla; tunc ab eodem Judice rescindi non potest, sed ab alio, ad quem appellatur. *L. Iudex. ff. de Re judicata.* quia jam Judex functus est officio suo, sive bene, sive malè judicaverit. *L. Prima. C. Sententiam rescindi non posse.*
 At verò Judex Delegatus, etiamsi sententia ab ipso lata sit ipso jure nulla, non potest iterum causam assumere. *L. Si ut proponis. C. Quomodo, & quando Iudex &c.* ubi alteri Judici a Præside committitur judicanda causa, quæ ab uno fuerat terminata die feriato.

S. QUARTUS.

QUANDO NAM SENTENTIA TRANSEAT in rem judicantem, vel non?

20 **D**ico primò: Sententia sive definitiva, sive interlocutoria transit in rem judicantem, quoties elapsis decem diebus, ille contra quem est, potens appellare, non appellat. *Cap. Quod ad consultationem de Sentent. & Re judic. & Authent. Hodie. C. de Appellationibus.* Decem autem dies currunt a die late sententia, non autem a die, qui est terminus assignatus ad executionem sententiæ, ut patet ex dicto *Cap. Quod ad Consultationem.* & probatur, quia a die late sententiæ gravatur Pars; ergo ab eò die currit tempus concessum, ut appelleret, & dicat se gravatum fuisse. *Abbas n. 4. in dicto Cap. Quod ad Consultationem.*

21 **D**ico secundò: Transactis predictis decem diebus,

bus, quia censetur condemnatus acquiescere sententiæ, non potest amplius audiri. *Cap. Concertationi. de Appellat. in 6. ibi: Infra decem dies postquam sciverit, si velit, appellet, post decendum verò eidem aditus non pateat appellandi*; atque ex hoc dicitur sententiam transisse in rem judicatam: & quoties de Jure non est nulla, non potest amplius retractari; imò sententia postea lata contra rem judicatam, est ipso Jure nulla. *Can. Ei, qui appellat. §. Definitiva. 2. quæst. 6. ibi: Si sententia lata fuerit contra res prius judicatas. Dixi, quoties de Jure non est nulla, quia quæstio nullitatis durat triginta annis secundum communem sententiam, ut ait Pirhing cum aliis lib. 2. tit. 27. n. 36. vers. Notandum verò. in fine. & Rota apud Farinaceum part. 1. decis. 151. quem affert Nicolius tom. 2. lib. 2. tit. 27. n. 23.* Ideoque post non solum decendum, sed decennium, & ultra, liberum est ab ea appellare.

22 Dico tertio: Si quis alleget suam turpitudinem, & inconstantiam; ita ut jam neger, quod prius confessus fuerat: auditur post elapsum decendum propter periculum animæ, quod incurreretur, si non allegaret. *Abbas in Cap. Lator. a n. 5. usq; ad 8. de Sent. & re judic.*

23 Dico quarto: Sententia lata contra valorem matrimonii, quod revera erat validum, aut lata pro valore matrimonii revera nulli, etiam elapsis decem diebus, non transit in rem judicatam, & ideo potest, cognito errore, novus processus fieri ad retractandam sententiã. *Cap. Lator. de Sentent. & re judicata. Abbas in dictum Cap. n. 1. 2. & 3. & n. 9.* Ratio autem est, quia sententia, quæ nutrit peccatum, nunquam potest transire in rem judicatam. Nutrit autem peccatum fornicationis sententia, quæ est pro valore matrimonii, quod est nullum; & quæ est pro nullitate matrimonii veri, nutrit etiam peccatum adulterii ejus, qui cum alia contrahit; & pec-

& peccatum poligamiæ. Accedit alia ratio, quia nec patientia conjugum, nec consensus tacitus in sententiâ, potest facere, ut matrimonium sit verum, vel nullum, quando tale non est; adeoque deserta appellatio non potest aliquid operari ex dispositione Juris. At quando quis in causa civili non appellat post latam sententiam, ex dispositione Juris præsumentis illum non esse invitum, seu esse consentientem sententiæ tamquam justæ, amittit dominium rei. In causa verò criminali, qui intra decendum non appellat, licitè patitur mortem injustam, quia licet nullus possit expressè renunciare suæ defensionis, aut consentire liberè in sui mortem, aut mutilationem, cum nullus sit suæ vitæ, & membrorum Dominus; tamen nullus tenetur in conscientia se opponere, quoties ipse est jam probatus Reus juridicè, quanvis sciat se esse innocentem. Et ratio est, quia injustè damnatus ad mortem, potest illam subire ad exercendam patientiam, ad satisfaciendum Deo pro suis aliis peccatis, & propter alios bonos fines, ut docent quamplurimi cum Sanchez *lib. 6. Consiliorum. Cap. 4. dub. 13. n. 4.* ideoque non peccat deserendo appellationem. Postquam autem non appellavit intra decendum, neque tenetur se opponere, quia sequeretur scâdalum grave, & perturbatio Reipublicæ, si quis juridicè secundum allegata, & probata damnatus, vellet non stare sententiæ, postquam illâ tacitè approbavit per hoc, quod non appellavit intra decendum. Atque ita ex Divo Thoma 2 2. *quest. 69. art. 4. in Corpore.* ubi docens, quod quando quis injustè damnatur, possit se defendere, & resistere, sicut licitum est resistere latronibus, addit hæc verba: *Nisi fortè propter scândalum vitandum, cum ex hoc aliqua gravis turbatio timeretur.* Ex quibus habetur disparitas, quare sententia nullitatis matrimonii non possit transire in rem judicatam, sententia autem injusta,

quæ non est ipso Jure nulla, potest tam in causa civili, quam criminali transire in rem judicatam. Multas alias rationes ex variis textibus affert Pirhing *lib. 2. tit. 27. a n. 54. usque ad 58.* ad probandam sententiam in causa matrimoniali quo ad vinculum non transire in rem judicatam.

24 Dico quintò: Licet quo ad vinculum matrimonii sententia lata non transeat in rem judicatam, tamen sententia divortii, per quam decernitur separatio quo ad torum, & cohabitationem Viri cum Muliere, transit in rem judicatam, quo ad ea, quæ sunt in favorem, non verò quo ad ea, quæ sunt in odium Conjugis innocens; adeoque Conjux nocens si intra decendium non appellat, non potest amplius audiri. Conjux autem innocens semper potest petere reconciliationem cum nocente. Ita cum Felino *in Cap. Later. n. 9. de Sent. & Re judic. & Sanchez lib. 10. de Matrim. disp. 9. n. 4.* Pirhing *loc. citato n. 53. vers. Verum rectius.* Et ratio est quia potest conjux innocens injuriam condonare; sed si transiret sententia divortii in rem judicatam, etiam secundum id, quod est in favorem innocentis, nunquam posset ipse innocens injuriam condonare, quia obstarat ex parte nocentis exceptio rei judicatz. ergo quanvis in eo, quod concernit odium nocentis, transeat sententia divortii in rem judicatam, ita ut nocens post elapsum decendium non debeat audiri, non tamen in eo, quod concernit favorem innocentis, qui semper audiri potest quando-cunque velit cum nocente Conjuge reconciliari.

25 Dico sextò: Sententia censurae lata contra aliquem sub conditione, v. g. si intra mensem non satisfecerit, aut non venerit, aut non solverit &c. etiam elapsis decem diebus, non transit in rem judicatam, sed potest adhuc Reus appellare, dummodo appellatio fiat ante impletam conditionem. Diano cum aliis multis

S. 4. *Quando nam transeat sententia in rem judic.* 347
part. 5. tract. 9. resol. 64. vers. Sed difficultas.

26 Dico septimò: Sententia lata in causa hæresis, nunquam transit in rem judicatam, sed potest qui abso- lutoriam sententiam habuit, iterum judicari etiam de eadem hæresi; & qui condemnatus fuit poenâ extraordi- nariâ, iterum judicari, & puniri poenâ ordinariâ, adve- nientibus novis probationibus. *Diana part. 4. tract. 7. resol. 35. cum pluribus aliis.*

27 Dico octavò: In causa Beneficii Ecclesiastici sen- tentia lata non transit in rem judicatam in præjudicium Ecclesiæ, vel animæ, bene tamen transit in rem judica- tam in præjudicium volentis contradicere sententiæ contra ipsum latæ, si intra decem dies non appellat. Ab- bas Panormitanus *in Cap. Dilecti. de Elect. n. 5.* Ratio est, quia ubi imminet peccatum, non transit sententia in rem judicatam, adeoque semper Superior potest in- quirere contra non legitimum Beneficiatum, & audire potest volentes denunciare, vel proponere querelam ad evitandum peccatum; At contradicere volens sen- tentiæ, potest sine peccato non contradicere, ideoque si intra decem dies non contradixerit, non potest amplius audiri; unde cõcludit Pirhing *li. 2. tit. 27. n. 59.* quod sen- tentia lata in causa Beneficii Ecclesiastici, non transit in rem judicatam in præjudiciũ Superioris, sed bene tran- sit in præjudicium Partium.

CAPUT DUODECIMUM.

DE APPELLATIONIBUS.

EST Appellatio remedium contra sententiam, ne transeat in rem judicatam, & ut impediatur executio, & quia per Recusationem Judicis, & Relatio- nem causæ ad Superiorem, etiam suspenditur sententia,

348 *Lib. 3. Pars 1, Cap. 12. De Appellationibus.*
ideo in Decretalibus sub uno titulo agitur *de Appellationibus, Recusationibus, & Relationibus*. Nos de more quantum satis est ad Institutiones nostras, exponemus.

§. PRIMUS.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT APPELLATIO.

1 **A**ppellatio est ab inferiore Judice ad Superiorem ratione gravaminis illati, aut inferendi facta Provocatio. Est autem Provocatio, auxilii aut officii Judicis superioris imploratio; adeoque se habet ut genus ad appellationem, & omnem alium actum, quo officium, aut auxilium Judicis imploratur. Ad Superiorem fieri debet Appellatio, non ad inferiorem, aut æqualem, quia par in parem non habet imperium.

2 Hinc Appellatio est quo ad substantiam de Jure naturali, quia cum fiat ob gravamen iniquè oppressis illatum, est quædam defensio, seu præsidium innocentia; ut dicitur *in Cap. Speciali. §. Porro. & Cap. Suggestum. de Appellat. in fine.* ibi: *ad remouendum gravamen nos fecisse cognoscimus.* Quo ad verò solemnitatem Appellationis est de Jure positivo, unde quo ad hanc mutari potest, & tolli, non verò quo ad substantiam. Abbas *in Rubrica. de Appellat. n. 7.*

3 Duplex est Appellatio: Judicialis, & extrajudicialis. *Clement. 3. de Appellat.* ibi: *Sicut Appellationem judicialem, sic & extrajudicialem.* Judicialis appellatio, quæ propriè, & strictè est Appellatio, fit ab Actibus, & Decretis judicialibus, nimirum a sententia definitiva, vel interlocutoria, ut ea corrigatur; & ideo fieri potest vel ante litis contestationem, ut si quis citatus a Judice, gravetur in eo, quod datus sit sibi nimis brevis terminus perem.

peremptorius; vel post litis contestationem ante sententiam definitivam, vel post ipsam sententiam definitivam. Extrajudicialis verò appellatio est, quæ fit ab Actibus, & Decretis extrajudicialibus, quibus aliquis gravatur, vel timet se gravandum probabiliter; ut quando appellat ab Electione ad Beneficium iam facta in Persona alterius, aut videt Electores paratos esse ad eligendum alium; & ideo appellat ad Papam, ut impediatur electio, aut appellat, ut fiat electio non nisi Canonica. Hæc omnia colliguntur *ex Cap. Bona memoria. de Appellat. & Cap. Concertationi. eod. tit. in 6. & Cap. Consideravimus. de Elect. & Cap. Auditis. eod. tit.* Verum tamen est, quod hæc extrajudicialis, non est verè, & propriè appellatio, cum non sit Provocatio ab inferiore Judice ad Judicem superiorem de judicio facto, sed possit esse inchoatio causæ; adeoque potius est Provocatio ad causam apud Superiorem, quæ habet vim conventionis, quàm appellatio. Unde est, quod in materia odiosa pœnali, non comprehenditur appellatio extrajudicialis. Ita cum Alexandro de Nævo, *Pirhing lib. 2. tit. 28. num. 3. vers. Cæterum.*

4 Ex his appellationibus aliquæ sunt frivolar, inanes, & leves, aliæ frustratoriar, aliæ justæ, & legitimæ. Frustratoriar sunt, quæ interponuntur causâ prolongandi solutionem debiti, vel suspendèdi Judicii. Frivolar, leves, & inanes sunt, quæ pro minimis interponuntur, & ideo, ut temerariæ rejiciuntur. Justæ autem sunt, quando verè adest gravamen illatum, aut inferendum a Judice.

§. SECUNDUS.

DE HIS, QUI POSSUNT APPELLARE.

5 **D**ico primò: Appellare potest non solum, qui est condemnatus sive nomine suo, sive alie-

no,

no, quatenus scilicet est Procurator, vel Tutor condemnati, sed etiam omnis alius, cujus interest; imò pro condemnato ad mortem potest quilibet appellare, quia omnium interest innocentem defendi, & a morte liberari. Vallensis *lib. 2. tit. 28. §. 2. n. 1.* Pirhing *lib. 2. tit. 28. n. 9.*

6 Dico secundò: Si causa sit communis, & unus appellat, prodest appellatio aliis, qui non appellarunt; cum omnium sit una defensio. *Cap. Una. de Appellat.* Quod etiam habet locum, quando duo sunt in criminalibus Correi, ut docet Clarus *§. Finali. quæst. 4. versc. Quare nunquid.* apud Vallensem *n. 2.*

7 Dico tertio: Sicut quilibet gravatus, & cujus interest, appellare potest, ita qui gravatus non est, & cujus nihil interest, appellare non potest. Ratio est quia gravamen est causa appellationis. Hinc qui ob contumaciam veram est condemnatus: qui est notorius delinquens: confessus, & convictus: & qui frivolam appellationem interponit, quia gravati non sunt, audiri non debent. Vallensis *ibidem n. 6.*

8 Dico quarto: Etiam excommunicatus appellare potest judicialiter, quia appellatio illa est defensio. Ita in *Cap. Cum Interpretorem. & Cap. Significaverunt. de Exceptionibus.* & *Cap. Finali. eod. tit.* Defensio autem per Speculatorem neq; Diabolo negatur: Extrajudicialiter autem appellare non potest, quia talis appellatio habet vim conventionis, ut supra dixi, prohibitum autem est excommunicato alterum convenire. *Cap. Decernimus. de Sent. excomm. ibi: ab agendo.* Idem Vallensis *n. 4.* Verùm hic aliquantulum immorari oportet, & inquirere utrum ante absolutionem possit appellare excommunicatus; habetur enim textus in *Cap. Per tuas literas. de Sentent. excomm.* ubi distinguuntur casus, & additur: *Quamquam Apostolica Sedes etiam tales consueverit absolvere ad cautelam. ideo sic.*

QUÆ-

QUÆSTIO UNICA.

UTRUM EXCOMMUNICATUS POSSIT,
non obtenta absolutione, saltem ad
cautelam, appellare

Dicendum quod si excommunicatus appellet de nullitate excommunicationis, est audiendus, & appellare judicialiter potest, non solum non obtenta, sed nec petita absolutione; neq; ad cautelam, aut reincidentiam absolvi debet, ut appellet, & compareat in iudicio super nullitate excommunicationis. Si verò appellet de iniustitia excommunicationis, non potest ante obtentam absolutionem saltem ad cautelam, aut reincidentiam appellare. Hæc est conclusio, quam defendit Abbas Panormitanus in Cap. Per tuas. n. 3. 4. & 7. de Sentent. excomm. & pluribus adductis Textibus, & Doctoribus. Fagnanus in idem Cap. Per tuas litteras. de Sentent. excommunicat. n. 2. usq; ad 26. & P. Franciscus Suarez tom. 3. in 3. opusculis de Originis. disp. 16. sect. 3. n. 1. ubi citat Abbatem, & dicto esse conformem illis, quæ dicuntur in Cap. Per tuas. de Sent. excommunicat. Similiter quoties excommunicatus a declaratoria excommunicationis appellat, nulla indiget absolutione. Ita idem Fagnanus n. 26. & Pignatelli tom. 2. de consuet. p. 1. n. 37. usque ad 50. ubi eisdem Fagnani verbis loquitur.

10. Antequam probetur conclusio, præmitto, quod ex Can. Episcopus. §. Si erga. 11. quest. 3. Sententia excommunicationis potest esse iniusta ex causa, si nimirum nulla sit best vera, & legitima causa. Secundo potest esse iniusta ex animo Excommunicatoris, quando nimirum excommunicat cum causa iusta, non ad correctionem, sed ad vindictam. Tertio potest esse iniusta ex defectu ordi-

ordinis iudicarii, quia scilicet nō est servatus ordo præscriptus in *Cap. Sacro. de Senten. excomm.* & in *Cap. 1. eod. tit. in 6.* & a Tridentino *sess. 25. de Reform. cap. 3.* Jam non omnis iniusta excommunicatio est nulla, sed potest esse iniusta, & valida; & talis est si non servato ordine, & formâ præscripta, existente tamen causa vera, fuerit prolata excommunicatio. Unde Sacra Congregatio Cōcilii interrogata, utrum essent ipso Jure nullæ excommunicationes. latæ non servatâ formâ *dicti Cap. 3. sess. 25. de Reform.* respondit esse validas, & excommunicatum indigere absolute, ut refert Pignatelli *tom. 6. dicta Consult. 19. n. 15.* Est autem nulla primò: si Excommunicator non est Judex excommunicati, aut si ipse Judex sit excommunicatus non toleratus. Secundò: quando continet errorem intolerabilem, v. g. si feratur excommunicationis sententia contra eum, qui certò scitur, quod non peccavit mortaliter. Tertiò: quando fertur contra tenorem privilegiorum. Quartò: Quando fertur post legitimam appellationem interpositam. Quintò: est etiam nulla declaratoria excommunicationis latæ in Jure, quoties qui declaratur excommunicatus non fecit delictum illud, cui est excommunicatio annexa, & quod exprimitur in ipsa declaratoria. Idem Pignatelli *a n. 36. ex Cap. Per tuas. de Sentent. excomm.* & Decreto Gregorii XV. & Nicolius *lib. 5. Canonici Juris. tit. 39. a n. 8. usq; ad 11.* His positis,

II Probo conclusionem, & primò quod qui dicit excommunicationem esse nullâ, audiri debeat, etiam nō petita absolute, sive absoluta, sive ad cautelâ, haberetur textus in *Cap. Per tuas. de Sentent. excomm.* ibi: *Ad probationem earum etiam si absolute non petat, debet admitti.* ubi ly eorum refertur ad casus importantes nullitatem excommunicationis, nimirum si fuerit ille excommunicatus *Post legitimam appellationem interpositam, vel in*

forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse patenter expressum. Ubi noto cum Fagnano n.8. & 9. quod quanvis in hac Decretali exprimentur prædicti duo casus nullitatis, non ideo excluduntur omnes alii, in quibus allegatur nullitas excommunicationis: illi enim duo sunt positi e. g. adeoque non restringunt regulam datam, eiusque rationem; nimirum, quod in omni casu importante nullitatem excommunicationis possit qui fuit excommunicatus audiri non petita absolutione. Id ipsum confirmatur ex Cap: Cum contingat de Offic. & Potest. Jud. Delegati. ibi: Nisi tunc tantum cum asserit in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum, ad quod probandum admittitur, antequam absolutionis gratiam consequatur.

12 Similiter quando quis declaratur excommunicatus, & dicit excommunicationem esse nullam, potest audiri, non petita absolutione; quia iste talis negat se commississe delictum, pro quo a Jure poena excommunicationis infligitur; non enim per declarationem, seu denunciationem quis ligatur excommunicatione, sed ligatur si delictum illud committit. *Cap. Pastoralis. S. Verum. de Appellat.* ibi: *per denunciationem amplius non ligetur.* ergo cum Episcopus declaratoriam ferens, potuerit ex falsis testibus decipi super facto potest Judex Appellationis audire illum non præmissa absolutione. Et ratio ulterior est, quia iste appellans a declaratoria, negat se esse excommunicatum, & hoc est sua defensio in judicio Appellationis. ergo si teneretur petere absolutionem, adeoque se gerere, ut excommunicatus, cogeretur suæ defensioni renunciare. Item fateretur se esse excommunicatum, si peteret absolutionem, adeoque sibi contradiceret, dum intenderet probare se non esse excommunicatum, & simul fateretur se esse excommunicatum petendo absolutionem. Denique qui dicit ex-

communicationem esse nullam, non tenetur petere absolutionem, ut supra dictum est: ergo neque qui dicit declaratoriam esse injustam, quia idem est dicere declaratoriam esse injustam, ac excommunicationem esse nullam.

13. Non negatur autem, quod possit in utroque casu dari a Judice Appellationis absolutio, vel ad cautelam, vel ad effectum agendi, vel ad reincidentiam, si Judex appellationis habet potestatem simpliciter absolvendi eum excommunicatum; non enim potest uno ex dictis modis absolvere nisi ille, qui absolutè potest, ut probat P. Suarez tom. 5. in 3. part. de Censuris. disp. 7. sect. 8. n. 23. 24. & 25. dicens eandem requiri Jurisdictionem ad absolvendum excommunicatum absolutè, ac ad absolvendum ad reincidentiam, quod idem dixerat de absolutione ad cautelam n. 14. Et ratio est manifesta, quia hæc absolutio ad cautelam datur ad tollendum dubium excommunicationis incurse. ergo necessè est, ut qui sic absolvit, possit tollere Censuram, si ea sit; aliter semper maneret idem dubium; sed si ea est, non potest tolli, nisi ab eo, qui potestatem absolutam habet. ergo absolutio ad cautelam ab eo solo dari potest, qui Jurisdictionem habet absolutè, & simpliciter absolvendi. Confirmat ur: quia absolvere ad cautelam aliquem, vel ad reincidentiam, vel ad effectum agendi, est absolvere illum, casu quo indigeat absolutione, & sit revera excommunicatus, ad hoc ut possit facere actionem prohibitam fieri ab excommunicato. ergo si ille revera indiget absolutione, & est verè excommunicatus, & qui absolvit, non habet potestatem absolvendi simpliciter ab ea excommunicatione, nihil facit absolutio ad cautelam &c. ergo inutilis est talis absolutio ab eo, qui non potest simpliciter absolvere; sicuti inutilis esset absolutio a peccatis ad cautelam, vel ad effectum recipiendi Eucharistiam, da-

ta a Sacerdote non approbato ab Episcopo, adeoque non potente simpliciter absolvere a peccatis. Videatur citatus Suarez de *Censuris dicta disp. 7. sect. 8. per totam*

Circa autem absolutionem ab excommunicatione, non quidem ad effectum agendi, quia militat eadem ratio, ac de absolutione ad cautelam, & ad reincidentiam, ut dictum est; sed ad aliquem actum tantum, nimirum ad dicendum testimonium necessarium, est alia ratio, & potest dari talis absolutio ab eo, qui non potest simpliciter absolvere, quia, ut dicit idem Suarez cum aliis, introductum est a iure, ut iudex Ecclesiasticus non habens potestatem absolute absolvi excommunicationem, possit praecise, ut ille testimonium perhibeat, absolvere, ne lites protrahantur; & sumitur ex *Cap. Veniens. il. secundo. de Test. bay. in suo. ubi sic Volumus, ut ad cautelam absolvatis eosdem, ut vocati ad testimonium libere valeant pro utraque parte testari.* Iudex igitur appellationis jurisdictionem absolutam habens, potest quidem eum, qui appellat, absolvere ad cautelam, vel ad reincidentiam, quia in dicto *Cap. Per tuas* dicitur: *Quamquam Apostolica Sedes tales consueverit ad cautelam absolvere.* Sed non est talis absolutio necessaria in casu de quo loquitur conclusio nostra, eo quod non indigeat appellans tali absolutione.

14. Probo nunc quod appellans de injustitia, quae non includit nullitatem excommunicationis, non possit audiri, nisi prius absolvarur: quia in praedicto textu *Cap. Pertuas* dicitur: *Verum in aliis (id est ubi non intenditur nullitas, sed injustitia excommunicationis) nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri.* Quod ipsum expressè habetur in *Cap. Contingat. de Offic. & Potest. Iudicis Delegati.* ibi: *In eo vero casu cum excommunicatum quis se afferit injuste, vix nunquam est eius (ante quam absolutus fuerit) probatio admittenda.* Es loquitur

textus de injustitia sine nullitate, nam deinde subiungit verba superius citata in hoc *u. 1. 1. nisi tunc* quibus ubi nullitas proponitur excommunicationis propter intolerabilem errorem expressum, conceditur audientia sine præmissa absoluteione.

Ratio autem est, quia stat injustitia excommunicationis cum validitate, saltem quoad Ecclesiam, inquit contemnatur, etiam liget apud Deum, & ideo in *Can. Sententia. 11. quest. 3.* dicitur: *Sententia Pastoris sive justa, sive injusta timenda est. & Can. Si Episcopus eadem causa. 6. quest. 5. B. n. missis. Timenda est, id est non ex superbia contemnda. 85. cap. 1. de Senten. Excommunicat. in 6. Dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat.* ergo qui injustè est excommunicatus ex defectu servati ordinis, non tamen nulliter, petere debet absoluteionem, ne videatur contemnere excommunicationem.

Præterea effectus Appellationis ab excommunicatione alius est devolutivus, alius suspensivus; devolutivus est per hoc, quod cognitio causæ devolvatur ad superiorem Judicem. Suspensivus est per hoc, quod effectus excommunicationis suspendatur; adeoque non segeterur appellans a Communione fidelium, ideoque non teneatur se gerere ut excommunicatum; sed per appellationem ab injustitia excommunicationis, non suspenditur excommunicationis effectus, quia excommunicatio executionem trahit secum. *Cap. Pastor alius. 8. Nos itaque. de Appellationibus,* sed solum devolvitur cognitio Causæ, & Jurisdictio ad Superiorem ad quem, ita ut impediri nequeat appellans ne ad eum accedat. *Can. Revera justus. 3. quest. 9. ubi post excommunicationem suam, Apostolicam Sedem adire voluerit, nullus iter ejus impedire præsumat.* ergo necessaria est absolutio, ut appellans audiatur, cum sit saltem apud Ecclesiam Communicatione privatus. Hoc autem non militat pro casu,

quo appellans intendit excommunicationem esse nul-
lam, quia per talem appellationem non solum devolui-
tur cognitio Causæ, & Jurisdictio ad Superiorem ad
quem, sed etiam suspenditur effectus excommunicatio-
nis, unde dictio *Nullitatis* operatur utrumque effectum
devolutivum, & suspensivum, ut cum Innocentio, &
Lapo probat Fagnanus in dictum. Cap. Per tuas. n. 21. de
Sent. excommun. & Pignatelli to. 6. dicta Consultatione
19. n. 44. & 59.

S. T E R T I U S.

DE IIS, QUI NON POSSUNT APPELLARE.

17. **D**ico primò: Qui verè propter contumaciam
est damnatus, appellare non potest. Est au-
tem contumax, qui fuit personaliter citatus tribus, vel
una peremptoria citatione, & potens venire, noluit ve-
nire in termino præfixo. Constat assertio ex l. Ex con-
sensu. 23. S. Finali junctâ Glossa. versu. Non rectè. ff. de
Appellationibus. Et ratio est, quia Appellatio datur gra-
vato a Judice, non ei, qui est Iudici rebellis. Hæc Asser-
tio quod verus contumax non auditur appellans ab eo
actu, in quo fuit verus contumax, adductis Doctoribus
ostenditur a Sigismundo Scaccia de Iudiciis. cap. 97.
num. 42.

18 Dico secundò: Qui sententiam tacitè, vel ex-
pressè contra se latam approbavit, adeoque Appellatio-
ni renunciavit facto ipso, nimirum exercendo actum, ex
quo tacitè, vel expressè videtur renunciavisse Appellatio-
ni, non potest appellare. Cap. Gratium gerimus. in fine. de
Offic. & Potest. Iudicis Delegati.

19 Dico tertio: Qui noluit appellationi sui Adver-
sarii deferre, non potest in eadem causa appellare. Cap.

Con-

Constitutis. in fine. ibi: Si ipse Appellationi prius facta non detulit. de Appellat. & Cap. An sit. eodem tit. ibi: Qui Appellationi deferre neglexit, se beneficio reddit Appellationis indignum. Ita si quis videt Adversarium paratum ad spoliandum eum, & appellat, ut non attentetur spoliatio; & nihilominus Adversarius, non obstante legitima Appellatione, spoliat illum: non potest Spoliator appellare, quoties Spoliatus contra Spoliatorem agit probaturus se fuisse spoliatum, idest injustè privatum, seu dejectum a possessione.

20 Dico quartò: Confessus proprio ore, sponte, & simul convictus plena probatione tam in civilibus, quàm in criminalibus, appellare non potest. *Can. Ei qui. §. Nullus etiam. 2. quest. 6. ibi: Nullus etiam homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium, scelusque confessus, audiatur appellans.* Videatur Scaccia de Judic. Cap. 97. a n. 118. usque ad 128. ubi bene, ut solet, movet quæstionem de eo, qui fictè confessus est, an possit appellare, & concludit, quod etiam fictè confessus, & convictus non admittitur ad appellandum. Ex dispositione tamen motus proprii Pii IV. incipientis: *Licet dudum. §. Prætere. publicati die 26. Maii 1565, & Sancti Pii V. incipientis: Cum ob innumeris. §. Cunque etiam. publicati die 20. Maii 1566.* quos motus proprios refert ipse Scaccia n. 131. asserit Judicem debere adhuc audire illum fictè confessum, & convictum in suis defensionibus, quia licet prohibeatur Appellatio, non tamen negatur audientia. Ita n. 126. in fine. vers. *Firma igitur.*

21 Noto cum Pirhing *lib. 2. tit. 28. n. 30.* quod si quis fuerit tantum confessus, & non convictus, & appellat non revocata confessione; talis Appellatio habet effectum devolutivum, non verò suspensivum; unde Judex,
a quo,

a quo, ante inhibitionem factam a Iudice, ad quem, potest exequi sententiam suam; Iudex autem, ad quem, potest Appellationem admittere, & inhibere Judici, a quo, executionem sententiæ. *Ex Cap. Romana. §. Si autem. de Appellation. in 6.* Et ratio est, quia potest Reus confessionem suam revocare. coram Iudice Appellationis, si eam non revocavit coram Iudice, a quo. Si autem causa erroris in confessione facta, sit inserta in ipsa Appellatione, ideoque in ea allegatur causa justificans Appellationem ipsam, utique Iudex, a quo, debet deferre Appellationi, adeoque suspenditur executio sententiæ. Denique si quis est convictus, sed non confessus, si Crimen non sit ex illis immanibus, in quibus sufficit Reum esse convictum, poterit utique appellare. Dicentur mox alii, qui in casibus non possunt appellare.

S. QUARTUS.

DE SENTENTIIS, ET ACTIBUS, A QUIBUS appellare conceditur.

22 **D**ico primò: Regulariter loquendo licitum est appellare a quibuscunq; sententiis, & in quibuscunq; causis, sive civilibus, sive criminalibus, quia Appellatio est defensio. Dixi, regulariter, quia aliquoties prohibita est in Iure Appellatio, ut dictum est §. *Præcedente.* & ulterius dicetur hic in *secunda Assertione.* Iure civili solum permittitur Appellatio a sententia definitiva, non verò ab Interlocutoria, nisi quando vim habet definitivæ, aut continet gravamen, quod non potest per definitivam reparari. v. g. si Iudex pronunciet Reum esse torquendum, potest appellare Reus ab hac interlocutoria, quia tortura semel habita non potest tolli per sententiam definitivam. Pirning ex variis textibus

tibus *lib. 2. tit. 28. n. 32.* De Iure verò Canonico potest appellari tam a sententia definitiva, quàm interlocutoria, & quovis gravamine, tam ante, quàm post sententiam definitivam. *Cap. Super eo. de Appellat. & Cap. Cum sit. eodem titulo.* Verum hodie a Tridentino *sess. 13. cap. 1. de Reform. & session. 24. de Reform. cap. 20.* juxta Jus civile, statuitur, ut non appelletur, nisi vel a sententia Definitiva, vel ab Interlocutoria habente vim definitivæ, vel continente gravamen non reparabile per definitivam, ut est indebita Incarceratio, Tortura, Suspendio, Excommunicatio, quæ secum trahunt executionem, quæ posita non est amplius reparabile gravamen passum.

23 Dico secundò: Non est permittum appellare tertio ab una, & eadem Sententia sive definitiva, sive interlocutoria. *Cap. Suá nobis. de Appellat. ibi: illos non potuisse de jure tertio appellare.* Et ratio est, quia quod est a tribus diversis Judicibus conformiter pronunciatum, præsumitur justum, & ideo hinc habetur præsumptio Juris, & de Jure super justitia talis Sententiæ, quia Jus præsumit talem justitiam, & statuit super ea, dum vult non interponi posse appellationem. Quod si tertia Sententia novum gravamen inferat, v. g. condemnaret in expensas, in quas alii Iudices non damnaverunt, utique ab hoc novo gravamine licebit appellare, sicut si tertia Sententia velit probari nulla ab eo, qui bis appellavit, poterit utique dari tertia Appellatio. *Vallensis lib. 2. tit. 28. §. 4. n. 5.*

24 Dico tertio: In factis notoriis non est licitum appellare. *Cap. Cum sit. in fine. ibi: nisi fortè manifestus raptor, vel fornicator existat. de Appellat.* Idem dicitur in *Cap. Pervenit. & Cap. Consuluit. il primo. eodem titulo.* Et ratio est, quia Appellatio non est remedium ad defensionem iniquitatis, sed innocentiae gravatæ. Qui autem est notoriè criminofus non debet, ut innocens audiri.

25 Notandum tamen primò est, quod si delictum sit notorium. v. g. Percussio Clerici, sed tamen tale non sit, ut nulla excusatione possit defendi, debet prius Iudex Ecclesiasticus citare Reum percussorem, & probationes recipere, antequam declaret eum excommunicatum, quia potest accidere, ut ob sui defensionem justam Percussor Clericum percusserit. Quod si citatus non veniret percussor, aut si percussio sit notoria, & nulla defensio, seu exceptio opponi potest, tunc Iudex Ecclesiasticus sine ullo alio iudicio, & non obstante Appellatione interposita, ad executionem pœnæ ipso Iure latæ devenire potest. Colligitur *ex Cap. Pervenit. de Appellat.* ibi: *Si verò (eorum excessus) publicus est, & notorius, Appellationis obtentu, non pratermittas, quin eas excommunicatos denuncies, ipsosque facias sicut excommunicatos cautius evitari.*

26 Notandum secundò, quod adest differentia inter Sententiam excommunicationis absolutè latam, & inter declaratoriam sententiam, qua quis declaratur excommunicationem incurrisse, ut vitetur ab aliis. Nam sententia absolutè lata non suspenditur per Appellationem, quia, ut supradiximus, secum trahit executionem. Declaratoria verò suspenditur. Atque ita Suarez *de Censuris to. 5. in 3. part. disp. 3. sec. 6. n. 5. & 6.* cum aliis Doctoribus.

27 Notandù, tertio quod quoties de facto notorio exprimitur causa legitima Appellationis in ipsa Appellatione, v. g. qui occidit hominem in conspectu populi, & in Appellatione exprimit se occidisse in sui defensionem, tunc potest admitti Appellatio. Abbas *in Cap. Consuluit. il primo n. 4. de Appellat.* quem sequitur Pithing *lib. 2. tit. 28. n. 53. versu Notandum quartò.*

28 Notandum quartò, quod in notoriis appellari potest quo ad effectum devolutivum, quanvis non quo

ad suspensivum, & similiter a declaratione notorii, quavis non ab ipso notorio facto. Idem Pirhing *ibidem* cum Barbofa *in Collectane. in Cap. Consuluit. il primo. n. 4. & 5. de Appellat.* Item Judex, a quo, si defert Appellationi, idest si admittit Appellationem, debet præfigere tempus, seu terminum, & cogere appellantem, ut intra illum prosequatur Appellationem, vel eo lapsò, coram se respondeat. Colligitur *ex Cap. Cum speciali. de Appellat.* *ibi: Causâ verò suspicionis legitimâ coram ipsis infra competentem terminum non probatâ, sua Jurisdictione Index utatur; at ipsâ probatâ legitimè de Recusatoris assensu persona idonea committat negotium Recusatus, aut ad Superiorem transmittat, ut in eo ipse procedat, secundum quod fuerit procedendum.* Denique si dubium est de notorietate, appellari potest exprimendo causam probabilem coram Judice, a quo, quæ causa si vera est, legitima est Appellatio; si verò appellans non probat, aut non prosequitur Appellationem, potest Judex, a quo, in causa procedere. *eodem Cap. Cum speciali. §. Porrò. de Appellat.* *ibi: Excessu quoque dubio existente &c.*

29 Notandum denique, notorium factum, in quo negatur Appellatio, esse illud, quod ita est evidens, ut nulla tergiversatione celari possit, vel quod per confessionem, vel probationem notum legitimè est. *Cap. Cum olim. de Verb. signific. in fine.* *ibi: offensam illam nos rescibimus intelligere manifestam, quæ vel per confessionem, vel probationem legitimè nata fuerit, aut evidentiâ rei, quæ nulla tergiversatione celari potest.*

30 Dico quartò: Condemnati de crimine falsæ monetæ, aut læsæ Majestatis humanæ, aut Divinæ, nimirum Hæresis, aut de raptu Virginis, non possunt appellare. Constat primum *ex l. 1. C. de Falsi Moneta.* Secundum *ex l. Constitutiones. ff. de Appellat.* Tertium *ex Cap. De inquisitionis. de Hæretic. in 6. & Quartum ex l. Uni-*

ca.

ca. S. Si autem. C. de Rapu Virginum.

31 Dico quintò: Condemnati pro delicto publico, seu Fiscali, quoties Fiscus certat de damno vitando, non autem de lucro captando, non possunt appellare. *Can. Ei, qui appellat. S. Quoties 2. quast. 6.* ubi etiam negatur Appellatio ei, qui evidenter esse debitor personæ privatæ convictus est.

32 Dico sextò: Ab executione Sententiæ, seu ab Executore non datur Appellatio, nisi in casu, quo Executor modum in exequendo excederet plus exigendo, quàm fuit mandatum, vel non expectando tempus ad executionem præfixum, aut quovis alio modo Sententiam latam velit interpretari, aut mutare. Ita eodem *Can. Ei qui. S. Ab executione 2. quast. 6. & l. Ab executione. C. Quorum appellat. non recipi.* Et ratio est, quia executor non gravat, cum non habeat cognitionem causæ, sed merè exequitur Sententiam latam. Hinc si quis non est merus executor, sed mixtus, nimirum ille, cui aliquam causæ cognitionem committitur, potest ab eo appellari; sicut etiam quando Executor excedit modum, jam ipse est qui gravat, adeoque bene ab eo appellatur.

33 Dico septimò: Officiali alicujus Judicis condemnato pro gestis in officio, non conceditur Appellatio a suo Judice. *L. Nulli. C. Quorum appellat. non recipi.*

34 Dico octavò: Non potest appellare, qui juramentum detulit, (idest arctavit, vel adstrinxit Adversarium ad jurandum) ab ea sententia, quam Judex protulit ex vi præstiti Juramenti. Ratio est, quia sponte elegit hanc viam, ut causa jurejurando definiretur. Et ita dicitur *l. Generaliter 12. S. Si autem. C. de Rebus creditis. & ibi: Glossa. ver. Detulit.* Ille autem cui est delatum Juramentum, (idest qui fuit adstrictus ad jurandum) si noluit jurare, & ideo sit condemnatus, appellare potest. Et quoties justa erit causa recusationis Juramenti,

Judex appellationis emendabit sententiam prioris Judicis. Quod si quis adstrictus fuit jurare, & noluit, volens ut Adversarius juraret, & Judex ob juramentum istius, decidat causam, non potest ille appellare; quia etiam tunc ipse sponte hoc fecit, cum potuisset liberè Juramento suo causam decisam habere. Adde, quod tale Juramentum judiciale habet speciem transactionis *l. 2. ff. de Jurejurando.* adeoque non est licita appellatio a transactione, ut dicitur *l. Causas. C. de Transaction.*

35 Dico nonò: De Jure civili non datur appellatio in Judicio possessorio. *l. Unica. C. Si de momentanea possessione fuerit appellatum.* Atque ideo si derur Sententia acquirendi, vel recuperandi possessionem, non datur appellatio, sed mandatur executioni Sententia, salvâ tamen integrâ causâ proprietatis. Et hæc est ratio prædictæ assertionis, quia potest in judicio petitorio reparari gravamen absque appellatione. Ideoque quo ad effectum suspensivum non habet locum appellatio; unde non obstante appellatione datur executio Sententiæ possessionis. Quod ad verò effectum devolutivum admittitur appellatio, quia potest Judex appellationis cognoscere de Sententia possessionis, ut reparetur gravamen illarum per executionem Sententiæ. Quod si gravamen in causa possessionis non sit reparabile in judicio petitorio, utique datur appellatio quo ad effectum suspensivum, quia agitur de gravamine irreparabili. Ita cum Bartholo, & Maranta, Pinhing *lib. 2. tit. 28. n. 65.* & Vallensis *lib. 2. tit. 28. §. 4. n. 12.* De Jure verò Canonico datur appellatio quo ad utrumque effectum, devolutivum scilicet, & suspensivum in causis possessionis. Ita in *Clementina Unica. de Sequestrat. possessionum, & fructuum.* ubi dicitur, quod per Sententiam unam latam in judicio possessorio, non debet quispiam privari possessione Beneficii, sed sequestrari Beneficium apud aliquem, qui
deinde

§.4. de Sentent. & Actib. a quib. appell. concedit. 365

deinde fructus perceptos restituat ei, qui victoriam consequetur. & in *Clemen. Unic. de Causa possessionis, & proprietatis*. dicitur, quod tam appellanti, quam appellato liceat tum petitorium, tum possessorium iudicium intentare. Non desunt tamen Doctores, qui velint, quod solum in causa possessionis Beneficii Ecclesiastici habeant locum dictæ dispositiones Juris Canonici, non verò in aliis rebus profanis, in quibus non discordat Jus Canonicum a Civili. Videatur Pirhing *dicto lib. 2. tit. 28. n. 65. versu. At verò. prope finem.*

36 Dico decimò: Appellatio frivola non admittitur. *Cap. Cum appellationibus. de Appellat. in 6.* Est autem frivola appellatio illa, in qua nullum affertur injustum gravamen per Sententiam illatum, aut non interponitur causa rationabilis appellandi; unde Subditus debet Superiori suo obedire, nec per frivolum appellationem excusatur.

37 Dico undecimò: Non admittitur appellatio, quæ est, vel contra Jus, vel impedire tentat executionem Juris, v. g. quæ intendit, ne fiat quod a lege præcipitur. *Cap. Consuevit. il Terzo. de Appellat.*

38 Dico duodecimò: Non admittitur appellatio Religiosi contra proprias Constitutiones. *Cap. Quia nos. de Appellat.* ubi quia contra Constitutiones cedere Abbatix volebat Abbas infamiam publicam notatus, & in Capitulo generali admonitus, negatur ei appellatio. Dantur itaque Religiosorum Ordines, in quibus, quoties in generali Capitulo, seu Congregatione decernitur, ut Generalis Superior cedat Generalatui, debet ille cedere, nec potest appellare. Videatur Abbas in *dictum Cap. Quia nos. n. 5. de Appellat.* & Rodericus *tom. 1. questionum regularium Canonic. quest. 41. art. 3.*

39 Dico decimotertio: Regulares non possunt appellare a correctione Superiorum suorum juxta Regu-

lam

366 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 12. De Appellationibus.*
 iam facta. *Cap. Ad nostram. de Appellat. & Cap. Reprehensibilis. eodem tit. ubi etiam Clericis sæcularibus prohibetur appellatio a correctione Prælati. Quod idem dicitur a Tridentino sess. 13. cap. 1. de Reformat. Ubi prohibetur appellatio in causis Visitationis, & Correctionis. & sess. 22. cap. 1. de Reformat. prohibetur, ne appellatio suspendat executionem Sententiæ, quæ ad morum correctionem spectat, ibi: *Nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Item sess. 25. de Regularibus cap. 4. prohibetur Religiosis, ne exeant a Monasteriis prætextu adeundi Superiorem mediatum &c. Ratio autem est, quia correctio legitima secundum Canones facta ab Episcopis, & secundum Regulam propriam approbatam a Sede Apostolica Religiosis facta, est legitima executio ipsorum Canonum, & Regulæ approbatæ; sed ab executione non datur appellatio, ut dictum est, nisi habeatur excessus in modo. ergo &c.**

40 Hinc si Prælati sive Sæcularis, sive Regularis modum excedat in corrigendo Subditum, tunc non negatur appellatio, ut in *Cap. Irrefragabili. de Offic. Judic. ordin. ibi: ut autem correctionis, & reformationis officium, liberè valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus exceßerint observandam. & Cap. de Priore. de Appellat. ubi Glossa exponens casum dicit. *Quidam Canonicus regularis appellavit a suo Priore, quia modum excedebat in correctione, quem fecit vestibus usque ad Camisiam spoliare &c. Et dicitur, quod Prior, quia non detulit appellationi, compulsus sit ad Sedem Apostolicam adire.**

41 Notandum, quod in nostra Societate non licet a correctione Regulæ secundum ejus ordinationes facta appellare, nec ab ullo Judicis potest appellatio admitti; imò

imò neque ab ipso Summo Pontifice, nisi ipse idem Specialem licentiam concesserit appellandi: aut Congregatio Generalis dederit talem facultatem, aut in casu denegatæ justitiæ, & notoriæ injustitiæ. Habetur in *Compendio privilegiorum Soc. Jesu. ver. Appellatio. §. 1. & 2.* Videatur Sanchez *lib. 6. Consil. cap. 8. dub. 2. n. 23. 24. & 25.*

42 Dico tandem in causis commissis cum clausula: *appellatione remota.* non datur appellatio, etiam quæ alioqui esset legitima. *Cap. Pastoralis. de Appellat.* non tamen interdicitur per hanc clausulam appellatio expressè concessa in Jure, nimirum quoties in Sententiâ intercedit aliquis actus, aut processus, qui pro gravamine in Jure habetur. juxta *dictum Cap. Pastoralis. de Appellationibus. ibi: Quelibet provocatio intelligitur removeri, qua a Jure non indulgetur expressè, sed si appellans fuerit gravatus injustè, gravamen hujusmodi per Superiorem poterit emendari.*

43 Hinc quoties alicui committitur causa cum clausula: *omni appellatione remota.* supponit committens Superior, quod ille non sit illaturus injustum gravamen, quod ab ipso Jure declaratur injustum; adeoque si tale gravamen ille infert, clausula illa nihil operatur. v. g. citat Judex, cui modo prædicto commissa est causa, aliquem in locum, in quem ille securus non potest venire: in tali casu, quia Jus excusat citatum. *Can. Sive. de Conjugii. 33. quest. 2.* datur appellatio; & sic de reliquis casibus, in quibus a Jure excusatur Reus, ne accedat ad Judicem citantem. Videantur reliqui casus apud *Pirking lib. 2. tit. 28. an. 71. usque ad 74.*

44 Quæritur hic quinam Superior possit talem clausulam apponere: & dico, quod quo ad Sententiâ definitivâ solus Judex supremus potest in Rescriptis uti tali clausula; ideoque solus Papa in causis Ecclesiasticis,

& in-

& inter personas Ecclesiasticas ; in causis verò profanis, & inter laicos solus Imperator, vel Rex, aut alius Princeps non recognoscens Superiorem. Colligitur *ex Cap. Super questionum. §. Si verò. de Offic. Judic. Deleg.* Et ratio est, quia inferior Judex non potest tollere Jus Judicis superioris, ad quem appellatur. A Sententia verò interlocutoria potest tolli appellatio, & poni prædicta clausula a Judice non supremo, quia jam de Jure civili ablata est appellatio ab interlocutoria ; de Jure verò Canonico, quia etiam potest ab interlocutoria appellari, non videtur posse inferiorem Judicem illa clausula uti. Videantur reliqua apud Pirhing *lib. 2. tit. 28. a n. 74. usque ad 80.*

S. QUINTUS.

DE JUDICE, CORAM QUO, ET A QUO APPELLATUR.

45 **D**ico primò Appellatio fieri debet coram illo Judice, qui Sententiam tulit, & a quo appellatur. *Cap. Ut debitus. de Appellat.* ibi: *Coram eodem Judice causâ probabili appellationis expositâ.* Et ratio est, quia debet appellatio ipsi Judici esse nota, ut amplius non procedat in causa, & ideo si a pluribus simul Judicibus fuit lata Sententia, coram omnibus simul, vel coram singulis, aut majori parte separatim fieri debet appellatio. *Clement. 1. de Appellat.* Quod si non possit coram omnibus, vel singulis separatim, sufficiet coram eo, vel jis, cujus, vel quorum copia haberi potest, facta protestatione, quæ protestatio etiam fit, quoties coram Judice eo, qui protulit Sententiam, fieri non potest appellatio, vel ob metum, vel ob aliam causam ; & ideo tunc coram probis Viris, vel coram Notario, &

te-

§. 5. De Iudice, coram quo, & a quo appellatur. 369
 testibus, etiam extrajudicialiter interponitur appella-
 tio. juxta *Cap. Fin. de Appellat.* ibi: *Vel si habere ipsius co-
 piam nequivisti, in presentia bonorum Virorum, protest a-
 tione super hoc proposita, causas appellationis duxeris ex-
 primendas.* Atque hoc intelligitur, quoties neque ha-
 betur copia Iudicis, ad quem, quia v. g. est absens; nam
 si habetur copia Iudicis, ad quem, coram eo fit appella-
 tio in casu, quo non possit coram Iudice, a quo. Ita com-
 muniter Doctores, quos citat Pirhing *lib. 2. tit. 28. n.
 83.* Necessarium autem est, quoties in prædictis casibus
 absente Iudice a quo, & Parte, fit appellatio, vel coram
 Iudice ad quem, vel coram Notario, aut honestis Viris,
 ut ipsa appellatio intimetur, & Iudici, & Parti, ad hoc,
 ut Iudicis a quo, Iurisdictio suspendatur.

46 Dico secundo: Regulariter appellari potest ab
 omnibus Iudicibus, sive Ordinariis, sive Delegatis ha-
 bentibus Superiorem; a Iudicibus autem non habenti-
 bus Superiorem, ut est Papa, Imperator, Rex, non ap-
 pellatur. Ratio prioris partis est, quia appellatio est
 species defensionis; ideoque omnibus permittitur contra
 omnes gravantes. Ratio posterioris partis est, quia ap-
 pellatio est provocatio ad Superiorem ab inferiore: er-
 go ab eo qui Superiorem non habet, non datur appella-
 tio. Quod si Supremi Principis sæcularis sententia, con-
 tineret manifestam injuriam, posset utique ab eo appel-
 lari ad Papam, quia ratione peccati commissi in tali
 sententia, Papa est Iudex competens. Vallengis *lib. 2.
 tit. 28. §. 3. n. 2.*

47 Dico tertio: A Conciliis generalibus, & Oecume-
 nicis non datur appellatio, quia sententia lata a Con-
 cilio generali, censetur lata a supremo Principe. Simi-
 liter a sententia lata a Concistorio Cardinalium non
 datur appellatio, nec a Decretis in Comitibus, seu Con-
 siliis Imperatoris, vel Regis. Ratio est eadem; quia ta-

370 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 12. De Appellationibus.*
les sententiæ reputantur latæ a supremo Principe. Val-
lensis n. 3. Pirhing n. 81.

48. Dico quartò: Si laici in causis civilibus non sub-
diti Jurisdictioni Episcopi, ejus judicio se committant,
non possunt ab eo appellare. *l. Episcopale. C. de Episco-
pali audientia.* Ab aliis tamen Judicibus, in quos con-
senserint Partes, vel quorum Jurisdictio sit prorogata,
appellare licitum est, quia quanvis Partes consenserint
in Judicem, non tamen in sententiam ferendam con-
senserunt.

49. Dico quintò: Ab Arbitris compromissariis non
datur appellatio tam ex lege civili, quàm Canonica, ut
diximus *Cap. 2. n. 54.* Ab Arbitris verò Juris datur.

§. S E X T U S.

DE JUDICE, AD QUEM FIT APPELLATIO.

50. **D**ico primò: Appellatio regulariter fit ad
eo, qui sententiam tulit ad Judicem im-
mediatum Superiorem gradatim, idest non omisso me-
dio, v. g. Ab Archidiacono ad Episcopum, ab Episco-
po ad Archiepiscopum, ab Archiepiscopo ad Patriar-
cham, vel ad Legatum Sedis Apostolicæ, a Patriarcha,
vel Legato ad Papam. *Cap. Dilacti. il Terzo. de Appellat.
& Cap. Romana. eod. tit. in 6.* Atque ita debet gradatim
fieri appellatio, ut de Jure civili neque ad Principem,
vel Regem, vel Imperatorem valeat appellatio, omisso
mediò. *l. Imperatores. ff. de Appellat.* De Jure verò Ca-
nonico in causis Fori Ecclesiastici, vel etiam Fori Sa-
cularis in iis, qui Subditi sunt in temporalibus Sedis
Apostolicæ, tenet appellatio ad Papam omisso medio. *Cap.
Si de h. de App. & Cap. De prior. & Cap. Ad audiam. & Cap.*

Di-

Dilecti. il secondo. eod. tit. Excipitur Appellatio a Subdelegato Delegati Papæ, qui subdelegavit non in totum, sed aliquid sibi reservando; quia cum Delegatus Papæ representet Papæ personā, nō ad ipsum Papā, sed ad ipsū Delegatum delegantem appellari debet in tali casu.

51 Dico secundò: Quavis de Jure Canonico, quoties non appellatur ad Papam, non valeat appellatio omisso medio, nisi in casibus mox dicendis; tamen si Pars, contra quam fuit appellatum, non excipiat de hac omissione immediati Superioris, appellatio tenet. *ex Cap. Dilecti. il terzo. de Appellat. ibi: fuit excipiendo propositum, quod cum omisso Diocesano Episcopo fuisset ad Archiepiscopum appellatum &c.* Et ratio est, quia tunc utraque Pars in appellationem consensit, & potest Jurisdictio Judicis, si est talis, ut per viam appellationis adiri possit, prorogari, quavis per exceptionē possit talis Judex repelli. Arque ita cum Abbate, Maranta, & de Nævo Pirhing *lib. 2. tit. 28. n. 89.* & Vallentis *lib. 2. tit. 28. §. 6. n. 4.* extendit dictam doctrinam valere etiam de Jure civili.

52 Dico tertio: Potest omisso medio ad Legatum a latere Papæ appellari. *Argum. ex Cap. 1. de Offic. Legati. & docent communiter cum Panormitano in dictum Cap. 1. & Maranta de Ord. Judic. part. 6. actu 2. de Appellat. n. 360. Pirhing n. 9. ver. 2. Vallentis lib. 2. tit. 28. §. 6. n. 3.* Ratio est quia Legatus in Provincia sibi demandata gerit vices Papæ. Atque ita *dicto Cap. 1.* legitur. *Sanè licet idem Archiepiscopus metropolitico Jure audire non debeat causas de Episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum; legationis tamen obsequio, universas, quæ per appellationem, vel querimoniam perveniunt ad suam audientiam, audire potest, & debet, sicut qui in Provincia sua vices nostras gerere comprobatur.* Refert autem Nicolius *lib. 2. Can. tit. 28. a n. 65. usque*

ad 66. varia Decreta, per quæ dicitur quod Legatus Papæ, qui est Nuntius, quanvis sit Judex appellationis in locis exemptis, non tamen recipere debet appellationes Regularium, sed illas gradatim suis Superioribus cognoscendas relinquere, remittendo eisdem Superioribus Regulares, qui recurrunt ad ipsum, maximè quando per hoc ministratur illis fomentum perseverandi in sua inobedientia, & contumacia, ut sæpe contingit.

53 Dico quartò: Ubi est consuetudo, quod appellatur ad Superiorem mediatum, tenet appellatio ad illum, omisso immediato. *Cap. Romana. de Appellat. in 6. ibi: nisi aliud Rbemensis Ecclesia de consuetudine competat.* Similiter si Judex superior immediatus sit ineptus, vel ratione suspicionis, vel excommunicationis, vel alterius inhabilitatis, vel manifestè denegat Justitiam, poterit ad mediatum appellari. Et similiter si sit absens diuturno impedimento detentus. Videatur Pirhing *loc. cit. n. 90. & vers. Tertio. usque ad n. 91.*

54 Dico quintò: A Vicario Generali Episcopi non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum fit appellatio, quanvis possit fieri supplicatio Episcopo; a Vicario tamen foraneo bene ad Episcopum appellatur. Ratio est quia Vicarius Generalis cum Episcopo unum Tribunal, & Auditorium facit. *Cap. Non putamus. de Consuetud. in 6.* A Judicibus Delegatis ab Episcopo, etiam ad universitatem causarum, ad Episcopum ipsum est appellandum, & a sententia Judicis Delegati ad Delegantem, vel ejus Successorem in officio, nisi delegans delegaret, quia suspectus, aut nisi totius causæ cognitionem demandaverit; quia tunc non ad Delegantem, sed ad Superiorem immediatum Delegantis est appellandum. *Cap. Super questionum. S. Porro. de Off. & Potest. Judic. Deleg. Valens lib. 2. tit. 28. §. 6. v. 5.*

S. SEPTIMUS.

NOTANDA CIRCA APPELLATIONEM,
omisso medio, ad Papam.

55 **D**iximus ex Juris Canonici dispositione tenere appellationem, omisso medio, ad Papam. Notandum tamen est, quod ex concessione ejusdem Sedis Apostolicæ in Gallia, Belgio, & in nostra Sicilia non tenet appellatio, omisso medio, ad Papam; imò debet causa terminari in proprio Regno, & non extrahi ex illo. Et quidem in Gallia, servatur id ex Concordatis inter Leonem X. & Franciscum Primum. Verba Concordati referuntur a Zegerio Bernardo Van Espen part. 3. tit. 10. de Appellat. cap. 2. n. 6. 7. & 8. & sunt sequentiæ: *Volumus, quod si quis offensus coram suo Judice justitiæ complementum habere non possit, ad immediatum Superiorem, per appellationem recursum habeat; nec ad aliquem Superiorem etiam ad nos (Leonem X.) & Successores nostros, vel Sedem Apostolicam prædictam, omisso medio; Si quis verò immediate subiectus Sedi Apostolicæ ad eandem Sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum usq; ad finem litis, videlicet usq; ad tertiam sententiam conformem inclusivè; si ab illis appellari contigerit. Nisi propter defectum denegatæ justitiæ, aut justum metum; & tunc committi debeat in partibus convicinis, & cum causarum expressione; Quæ etiam de illis etiam legitimè aliàs, quàm per juramentum coram Judicibus à Sede Apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra præmissa attentatos, multos, & irritos esse volumus, ac rescripta contra præmissa impetrantes in expensis, damnis, & interesse condemnari debere decernimus, atq; declaramus.* Et quanvis iste textus, ut notat

Re-

Rebuffus adductus ab eodem Van Espen, loquatur de subjecto immediatè Sedi Apostolicæ, tamen idipsum intelligitur de quocunque Regnicola appellante ad Papam. Ita ut causa uniuscujusque debeat in partibus committi.

56 In Belgio eodem Jure utuntur, ait idem Van Espen *n. 9.* & 10. itaut quæcumque causæ quæcumque ratione per viam appellationis ad Sedem Apostolicam devolute, committi debeant Judicibus Delegatis in partibus; adeoque licèt admittatur in Belgio appellatio ad Sedem Apostolicam, omisso medio, cavetur tamen incommodum, quod ex ea sequitur & urgebat in Concilio Tridentino Gropperus; quandoquidem stante hac Belgica disciplina, nequaquam ex simili appellatione sequatur extra territorium, magno cum sumptuum impendio, & aliorum intolerabilium malorum mole proficiscendi necessitas.

57 In nostra etiam Sicilia idipsum servatur, itaut cause extra Regnum non extrahantur, sed in Regno terminari debeant, juxta privilegia Siculis concessa, de quibus agit Doctor Marius Muta locis mox citandis. Et quidem pro civibus Panormitanis tale privilegium, quod ipse Muta refert *lib. Super Consuetudines Senatus Populi que Panormitani. Cap. 3.* fuit a Sede Apostolica confirmatum per Bullam Alessandri IV. quam in sequenti numero referam. Pro reliquis Siculis confirmatum quoque esse ab ipsa Sede Apostolica infert Antonius Xibeca per concessionem Regiæ Monarchiæ ad evitanda incommoda intolerabilia trans mare navigandi, cum maximis sumptibus, & laboribus, ac periculis. Audiatur prædictus Muta *in Capitulis Regni Sicilia Regis Alphonsi. tom. 5. Cap. 442. n. 2.* Infert Antonius Xibeca *U. J. D. eruditissimus Protonotarius olim in hoc Regno, in sua curioso discursu circa Regiam Monarchiam n.*

§. 7. Notand. circa appell. omisso medio, ad Pap. 375.

48. Quod hac etiam de causa (nempe ne hinc extrahantur Siculi) fuit concessa ipsa Regia Monarchia per Summum Pontificem Comiti Rogerio, ut tetigi in Decission. M. R. C. 91. n. 6. & in Consuetud. Panormit. cap. 3. n. 24. ubi de hoc cap. mentionem feci, & subdam infra.

58. Bulla itaque Sanctissimi Domini Alexandri Papæ IV. qua consuetudines S. P. Q. P. confirmantur, est tenoris sequentis.

Alexander Episcopus Servus servorum Dei dilectis filiis universis Panormitanis Salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex sinceræ devotionis affectu, qua nos, & Romanam Ecclesiam Matrem nostram filiali devotione honorari, ac venerari dicimini, procedit, ut vos speciali prærogativa favoris, & gratiæ prosequamur. Hinc est quod vobis vestris devotis supplicationibus inclinati omnes honores, libertates, immunitates, & immunitates a clana memoria Regibus Siciliæ per privilegia, seu alias rationabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei usus temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Neapoli 14. Kalendas Februarii. Pontificatus nostri anno primo. Fuit autem hæc Pontifex creatus anno 1254 die 27. Decembris, & illa que hæc Bulla fuit data 17. Januarii 1255. Eam transcribit prædictus Muta in fine lib. Super Consuetudines Senatus Populique Panormitani pag. 656. & de ea etiam meminit in proemio ipsarum Consuetud. n. 71. & in Cap. Regis Alphonsi tom. 5. cap. 442. Ampliat. 3. n. 13. & 14. ubi sic: ex quo dictum privilegium fuit confirmatum: ex certa scientia per auctoritatem Summi Pontificis Alexandri, habet vim Canonis. Atque ideo quod Civis Panormitani, & Siculi debeant judicari in Regno, & non possunt

sint ex ipso extrahi five in causis civilibus, five criminibus, sed debeant committi causæ faciendæ in Regno, non solum habetur ex voluntate Regum, sed etiam ex concessione Sedis Apostolicæ; unde etiam ipse Papa, neque Nuncios, neque Notarios Apostolicos externos, nec Commissarios solet mittere, sed Delegationes dirigit ipsis Personis Ecclesiasticis Regnicolis, ut asserit observatum esse ipse Muta *to. 5. in Capitula Regis Alphonsi cap. 442. n. 21. Ampliat. 9.* Videatur prædictus Doctor non solum locis citatis, sed etiam *to. 6. in Capitula Regis incliti Juannis. cap. 33.* in quo omnibus Siculis, ne extra Regnum judicentur, conceditur.

60 Cum his tamen stat primò, quod consentientibus Partibus possint causæ extrahi e Regno. Secundò quando imploratur auxilium Superioris per viam querelæ, & recursus. Tertiò in casu denegatæ Iustitiæ, ut advertit idem Muta *dicto cap. 442. to. 5. in Capitula Regni Sicilia Regis Alphonsi n. 23. 24. & 26.* Unum hic est addendum, nimirum ex eo quod diximus *n. 13.* nullum posse absolvere excommunicatum ad cautelam, nisi illum, qui absolvere simpliciter potest, sequitur, quod quoties aliquis Siculus declaratur ab Ordinario incursum in excommunicationem, per aliquam Constitutionem soli Papæ reservatam (a qua, ut dicemus *in 2. par. cap. 9. n. 33. & 34.* nec Legatus a latere absolvere potest) debet in tali casu, ut servetur privilegium Regni Sicilia, recurri ad Sedem Apostolicam per viam Appellationis, & fieri supplicatio, ut secundum privilegia Regni, committatur cognitio causæ alicui Personæ in Regno existenti, cum potestate absolvendi (si opus fuerit) appellantem.



S. OCTAVUS.

DE TEMPORIBUS INTERPONENDÆ

Appellationis, seu de Fatalibus.

Supponendum hęc tria tempora considerari: Primum est tempus, quo fieri possit appellatio. Secundum, quo peri debent Apostoli. Tertium quo prosequenda est appellatio; itaut uno ex his temporibus elapso, appellatio quasi fatalem diem subit, & veluti moritur, & dicitur Deserta, & per hoc illa tempora dicuntur Fatalia. Hoc posito.

61 Dico primò: Ex Constitutione Justiniani Imperatoris hodie intra decem dies appellandum est a die latę sententię, vel a die, qua quis vult appellare, & scit sententiam esse latam. *Authentica: Hodie. C. de Appellat.* & ex Jure Canonico idem tempus statuitur. *Cap. Quod ad consultationem. de Sentent. & Rejudicata. ibi: Cum post 10. dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat judicate. & Cap. Cum dilectus. in fine. de Elect.* ibi: *Cum intra decendum nõ fuerit legitima provocazione suspensa.* Atque hoc tempus neque ex Judicis permissione, neque de consensu Partium prorogari potest. *Glossa in Cap. Cum sit Romana. de Appellat. in verbo: Recusis tempus.* ubi sic: *Quaedam tamen sunt inducię statuta in Jure, quę diminui, siue mutari non possunt, nec augeri, ut est tempus 10. dierum datum ad Appellandum.* Hoc tempus currit a momento ad momentum a die latę sententię, si ab initio potest currere; si enim quis est impeditus, aut ignorans, & non est verè contumax, non currit a die latę sententię, sed ab eo die, quo jam scit, & non est impeditus, & ab eo tunc continuatim currit, etiam si occurrant eo medio tempore Ferię etiam solemnes. l. 1. §.

378 Lib. 3. Pars I. Cap. 12. De Appellationibus.
Dies. ff. Quando appellandum. & l. 1. C. de Feriis. l. Sive
Pars. §. Feria. C. de Dilationibus. ○

62 Notandum, quod si gravamen non fuit momentaneum, sed successivum, ita ut continuam causam habeat, ut est incarceration, excommunicatio, suspensio &c. tunc sine determinatione decem dierum poterit, dum gravamen durat, interponi appellatio, quia quocumque die ille est gravatus, & ideo verè a præfenti gravamine appellat. Id ipsum dicendum si aliquis sit citatus ad locum non tutum: qui quoties de novo citatur, de novo appellare potest; quia gravamen hoc habet causam continuam, nisi Judex interlocutus esset dicens: esse illum justè incarceratum, aut locum esse tutum; quia in tali casu intra decem dies est appellandum, aliter perit facultas appellandi. Vallensis lib. 2. tit. 28. §. 7. n. 6.

63 Dico secundo: Non sufficit intra decem dies appellare, ut appellatio non fiat deserta; sed requiritur, ut appellans intra triginta dies, petat Apostolos, aliter appellatio efficitur deserta, quia jam ei intelligitur renunciavisse appellans. Cap. Ab eo, qui appellat. de Appellat. in 6. Clem. Quando eodem tit. & l. Unica. ff. de Libellis dimissoria. Sunt autem Apostoli literæ dimissoriae sic dictæ: quia idem est Apostolus, ac missus, adeoque literæ, quæ petuntur a Judice, a quo mittendæ ad Judicem, ad quem, dicuntur. Apostolis Et sunt veldimissoriae, id est in quibus Judex a quo fuit appellatum, testificatur de appellatione coram se, vel coram honestis Personis facta legitime, & admissa. Vel sunt reverentiales, in quibus non ob iniustitiam causæ; sed ob reverentiam debitam superiori Judici, ad quem appellatur, Judex a quo defertur appellatio. Cap. 1. de Appellat. in 6. ubi: Vel si appellatio, forsitan ex Superioris reverentia, sit delatum. Vel denique sunt refutatoriae, in quibus Judex, a quo, significat Judicem ad quem, se appellationem non admisisse, cau-

causam non admissionis assignans, quia si non assignat, punitur, cum non possit sine justa causa appellationi legitimæ non deferre. *Cap. de Priore. de Appellat. ibi: Et ipse tali appellationi deferre contempsit; eum de tanto excessu satisfacturum, ad Sedem Apostolicam venire compellat.*

64 Dico tertio: Si intra tempus petendi Apostolos, quod hodie est 30. dierum, ut dictum est. *Cap. Ab eo. de Appellat. in 6.* non petantur, aut recusentur ab appellante, efficitur appellatio deserta. *dicto Cap. Ab eo. Quod ipsum ex Clement. Quavis. §. Verum. de Appellat.* dicitur, quoties Judex a quo, terminum præfigit ad Apostolos petendos, si intra illum terminum, non petantur; quia Judex a quo, licet non possit longius tempus præfigere, potest tamen brevius, & terminum assignare appellanti ad Apostolos petendos; ut colligitur *ex Cap. ex Insinuazione. de Appellat. & ibi Glossa, versu: Expectato.* Tempus verò præsentandi Apostolos Judici ad quem, est de Jure, sex mensium *l. 2. C. de Temporibus Appellat.* quod incipit currere non a die latæ sententiæ, sed a die interpositæ appellationis. Potest tamen Judex a quo, præfigere tempus ad præsentandos Apostolos Judici ad quem, ita ut appellans non præsentans intra illud tempus, quod dicitur tempus introducendi appellationem, censetur eam deserere.

65 Dico quarto: Tertium tempus prosequendæ appellationis, quo elapso, etiam si intra decem dies fuerit appellatio interposita, & petiti fuerint Apostoli intra suum tempus, adhuc fatalem diem subit, & fit deserta, est de Jure communi annus, vel ex causa biennium a die interpositæ appellationis, quando ea fuit in Iudicio. *Cap. Cum sit Romana. & Cap. Ex ratione. de Appellat.* Si autem extrajudicialiter fuerit appellatum, currit a die illati gravaminis. Permittitur autem Judici a quo, ut

tempus brevius præfigere possit, si velit; *in dicto Cap. Cum sit Romana.* Ita ut si post præfixum tempus a Iudice a quo, non fuerit appellans prosecutus appellationem, ea intelligatur deserta, & sententia ab ipso Iudice a quo, data, executioni mandetur, non expectato tempore a Iure præfixo. Quod ipsum dicitur *in Cap. Personar. de Appellat.* ubi etiam dicitur, quod ipse appellans, si terminum sibi præfixerit (prout potest, dummodo sit conveniens, & congruum ad appellationem prosequendam) & eo elapso, non prosequitur, stare debet sententiæ latæ a Iudice a quo.

Non potest autem Iudex a quo, terminum præfigere ad appellationem finiendam, sed solum ad introducendam, & prosequendam: quia non potest ipse Iudici suo Superiori legem dare, ut finiat causam appellationis. Atque in hoc differt tempus præscriptum a Iure a tempore præscripto ab homine, seu Iudice, quod terminus ab homine sit ad inchoandam, & prosequendam appellationem, terminus a Iure sit etiam ad finiendam.

66. Dico quintò: Assignantur Causæ, ex quibus vel ex parte appellantis, vel ex parte appellati, vel ex parte utriusque, vel Iudicis, vel ex casu, vel ex parte alterius Tertii, dari possit biennium ad prosequendam appellationem; dicit enim textus *in dicto Cap. Cum sit Romana. Annus indulgetur, aut est necessaria, ne evidenti causa biennium.* Causæ igitur hæc sunt: ex parte appellantis infirmitas, vel inopia, si ad prosequendam appellationem requirantur sumptus; vel alia impotentia propter quam non possit intra annum; imò talis impotentia, etiam elapso biennio excusat, adeoque non fit appellatio deserta. *Cap. Ex ratione. de Appellat.* ibi: *Verum si appellationem biennio elapso interpositam a sententia contra vos probata prosecuti non estis, dummodo prosecutionem ipsius per impotentiam vos consiterit amisisse, volumus, quod*

justitia vestra debeat præjudicium generare.

67 Ex parte autem appellati conceditur ipso Jure secundus annus appellanti, imò, & quòd tempus non currat prosequendæ appellationis, sed servetur ipse illæsus, quoties appellatus impedit extra judicium, ne ille prosequatur appellationem, vel in judicio frustratoriis dilationibus, ne appellatio debito tempore finiatur. Vallensis lib. 2. tit. 28. §. 13. n. 4. afferens decisionem Rotæ, cum Scaccia. Et ratio est, quia desertio appellationis fit contra illum, qui culpâ suâ negligit eam prosequi; sed in tali casu labitur tempus Fatalium non ex culpa appellantis, sed factò Adversarii. ergo.

68 Ex parte utriusque suspenduntur Fatalia ex mutuo consensu, vel si utrique compromittant in Arbitros, vel si utrique peregrinationem suscipiant. *Clement. Quandiù. de Appellat.* ubi sic: *quandiù appellationis prosecutio per compromissum, vel aliàs de Partium expresso consensu differtur, tempus ad prosequendam ab homine, vel à Jure prefixum nolumus currere appellanti.* Quod si Iudex ad quem, videret periculum imminere ex ea dilatione, in quam Partes consentiunt, posset præcipere, ut procedatur in appellatione, & post tale præceptum inciperet currere tempus. *eodem Clement. Quandiù. in fine.* juncta Glossa Verbo: *Præciperet.* Et periculum imminere dicitur à Glossa verbo: *Imminere,* & in Additione: quoties est causa de electione, vel de matrimonio, vel quoties ex dilatione fit aliis præjudicium, ut si esset questio hereditaria, quæ differtur in fraudem Legatorum. Quod ipsum habetur in *Cap. Oblatæ. §. Superior. de Appellat.*

69 Est autem hic notandum, quod quanvis Iudex a quo, & ipse appellans possint restringere tempus assignatum ad prosequendam, & finiendam appellationem, nimirum annum, vel ex causa biennium, tamen prorogare non possunt. *eodem Cap. Oblatæ. de Appellat.* ibi: *Cum*

ideo

ideo sit constitutum, non ut terminus ipse præveniri non possit, sed ne valeat prorogari. Utrum autem ipsæ Partes ex communi consensu possint tempus a Jure præfixum, non solum suspendere, sed etiam prorogare, est in questione, & negant Abbas in *Cap. Ex ratione n. 8. de Appellat.* & alii communiter. Affirmant autem Vallensis *lib. 2. tit. 28. §. 13. n. 5. in fine, & sequenti.* Pirhing *lib. 2. tit. 28. n. 167. versu.* Verùm. cum Felino, Alexandro, Maranta, & aliis ab ipso citatis.

70 Dicendum: posse appellantem, & appellatum de communi consensu prorogare tempus prosequendi, & finiendi appellationem. Probatur: possunt Partes pacisci, ut nullum fatale servetur. *l. fn. §. ult. de Tempor. Appellation.* ergo possunt fatalia appellationis prolongare, ultra biennium ad triennium, & quadriennium; quia prolongare nihil aliud est, quàm non servare Fatalia. Si igitur ex pacto possunt non servare, possunt prolongare. Item si ex *Clement. Quandiu, citata.* possunt suspendere Fatalia Partes ex mutuo consensu, ita ut illis non currat tempus. ergo prorogare possunt ex pacto fatalia, quia in effectu idem est suspendere, ac prorogare, cum eodem modo protrahatur lis per suspensionem, ac per prorogationem Fatalium.

71 Nec obstat primò: Quod prima instantia causæ principalis, nec de consensu Partium possit ultra triennium prorogari; quia per cursum triennii finitâ, seu peremptâ primâ instantiâ, manet adhuc Jus Partis ad agendum, & solum pereunt acta Judicii. At causâ peremptâ appellationis, extinguitur omne Jus appellantis, quia appellatio censetur deserta. *Clement. Sicut. de Appellat. & Cap. Personas. eodem tit.* adeoque sententia contra ipsum transit in rem judicatam.

72 Neque obstat secundò: Textus in *Cap. Oblata. de Appellat.* supra allatus *n. 69.* quia ibi sermo est de Judice,

cē, & Appellante, adeoque sensus est, quod nec Judex, nec appellans possit tempus fatale prorogare, non autem interdicitur prorogatio de communi consensu Partium.

73 Neq; demum obstat *lex Nemo. C. de Temp. Appellat.* quia ibi fit sermo de Reparatione temporis, non de prorogatione, & ideo transactis fatalibus, nemo potest impetrare reparationem temporis, postquam jam appellatio est omnino deserta; nos autem hic dicimus, quod adhuc durante, non verò transacto tempore Fatalium, possint Partes ex pacto prorogare tempus appellationis prosequenda.

74 Ex parte Judicis, ad quem, potest impediri appellatio prosequenda, adeoque differri tempus: vel ob infirmitatem ejus, vel quia noluerit causam audire, & in tali casu si Judex, ad quem, est supremus, est ipso Jure illa sus appellans, ita ut ei Fatalia non currant. *Cap. Ex Instructione. de Appellat.* ibi: *lis, quae in concistorio Principis speratur inferri, absque damno mora intacta permaneat.* Si verò Judex, ad quem, non fuerit supremus, tunc etiam ipso Jure conceditur appellanti secundus annus. Quod si etiam in secundo anno habeatur impedimentum ex parte Judicis ad quem, adhuc tempus non currit appellanti, quanvis ipse debeat protestari, & quidem saepius: quod nec per se, nec per Adversarium fiet, quin in causa procedatur. Ita ex textibus, & Doctoribus Pirhing *lib. 2. tit. 28. n. 169.*

75 Potest etiam ex facto Tertii haberi impedimentum prosequenda appellationis, ut est quando Procurator fuit negligens, & in tali casu non datur secundus annus appellanti, nec restitutio in integrum adversus lapsum Fatalium, sed appellans habet actionem contra Procuratorem, vel alium impediētem ad interesse, manente rata sententia lata. *Glossa in Cap. Ex Ratione. ver-*

bo: Impotentiam. de Appellation. Abbas ibidem n. 8. & alii. Quod si Procurator sit impotens solvere interesse, quod passus est appellans, tunc datur restitutio in integrum adversus lapsum Fatalium; adeoque prosequi potest suam appellationem. Glossa *ibidem.* citatis Juribus. Vallensis *lib. 2. tit. 28. §. 13. n. 10. & alii ex variis textibus Juris.*

76 Denique potest impediri prosecutio appellationis ex casu fortuito, v. g. quoties via, qua itur ad Judicem ad quem, est infesta Hostibus, vel Procurator moritur, aut captus est; & tunc si accidit casus in primo anno: datur ipso Jure secundus. Si in secundo: succurrendum est a Judice per viam restitutionis in integrum adversus lapsum Fatalium; idest datur appellanti totum illud tempus, quod ablatum est per impedimentum fortuitum. Incumbet autem appellanti probare impedimentum prosecutionis suæ appellationis, cum impedimentum sit quid facti; factum autem non præsumitur, sed probatur. Ex quibus habetur, quod primus annus simpliciter, & ipso Jure datur; secundus autem datur etiam ipso Jure, cum adest causa justa, & necessaria; unde primus annus non est absolutè fatalis, sed conditionatè, si nimirum nullus adest justum impedimentum. Secundus autem est absolutè fatalis, quia tertius annus etiam justè impedito in secundo anno, non conceditur ipso Jure, sicut conceditur secundus justè impedito in primo anno; solum autem succurritur a Judice per restitutionem in integrum jam dictam quoties impedimentum legitimum est in secundo anno. Videatur Pirhing *lib. 2. tit. 28. a n. 171. usque in finem sectionis. & Vallensis loco citato. §. 14. per totum.*

DE FORMA, ET EFFECTIBUS
APPELLATIONIS.

77 **D**ico primò: Appellatio si est a sententia definitiva, potest statim coram ipso JUDGE, sedente pro tribunali viva voce fieri; si autem fiat post intervallam, debet in scriptis fieri, nisi foret in causis levioribus, in quibus etiam post intervallum potest viva voce fieri. Fit autem per verbum *Appello, provoco, vel submitto me protectioni Judicis superioris*: & præsentari potest Judici a quo, etiam non sedenti pro tribunali; imò præsentare eam sufficit Magistro Notario absque JUDGE, ut docet Maranta *par. 6. actu 2. n. 134.* apud Vallensem *lib. 2. tit. 28. §. 8. n. 1.* Ab Interlocutoria tamen sententia si ve statim, si ve post intervallum, semper in scriptis fieri debet Appellatio, nisi sit Interlocutoria habens vim definitivæ, quia tunc etiam viva voce fieri potest.

178 **D**ico secundò: Est in usu in libello appellatorio ponere nomen Judicis a quo, Judicis ad quem, & Adversarii; non videtur tamen expressio prædictorum esse de necessitate, ita ut si aliquid omittatur, transeat sententia in rem judicatam, & Appellatio sit nulla. Et sane ommissio nominis Judicis ad quem, non officit, quia Appellatio generalis etiam de Jure Canonico subsistit, cum satis intelligatur eum, qui appellat, ad Judicem, ad quem gradatim recurrendum est de Jure, appellare. Ita Vallensis adductis Juribus *dicto §. 8. n. 2. & 3.*

79 **D**ico tertio: In appellatione a sententia definitiva, vel interlocutoria habente vim definitivæ, sufficit dicere se gravatum esse, & sententiam esse injustam; at

in appellatione ab Interlocutoria debet exprimi in specie gravamen coram Judice a quo. *Cap. Cum causam.* ibi: dummodo hæc in appellatione ab interlocutoria ipsa expressa fuerint. & *Cap. Ut debitus.* de Appellat. & *Cap. 1. eod. tit. in 6.* ibi: *Super interlocutoria, & gravamine aliquo ad nos duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet.* Et ratio est quid expressa rationabili causâ appellandi, potest ipse Judex, qui tulit sententiam interlocutoriam, eam revocare; & sic qui appellat, consequi justitiam ab eodem. Item quia appellatio a definitiva potest novis actis, & probationibus justificari quia fieri potest, etiamsi sententia sit justè lata; & nullam injuriam passus sit is, contra quem est lata; & ideo fieri solum, quia sperat appellans ex novis causis, & probationibus victoriam reportare. Ab Interlocutoria autem appellatio debet ex iisdem actis justificari, cum ab ea non appelletur, nisi Judex injuriam fecerit, quæ injuria non nisi ex iisdem actis coram Judice a quo, poterit innotescere: ergo manifestum est cur in appellatione a Definitiva nõ requiritur expressio gravaminis, seu causæ ipsius appellationis, quæ sit; & requiratur in appellatione ab Interlocutoria. Loquimur tamen de Interlocutoria, quæ non continet gravamen irreparabile, quia tale gravamen potest ex novis actis, causis, & probationibus justificari.

80. Dico quod: Primus effectus Appellationis est, ut sive ex sit jam recepta, sive deliberandum sit, non debeat accipi, nihil innovari possit, sed omnia manere debent in statu, quo erant tempore introducendæ, vel introductæ Appellationis. *Cap. Bonæ memoriæ.* de Appellat. ibi: *Premissis igitur diligenter inspectis, prædictum Abbatem, & Monachos in eum statum, in quo tempore appellationis factæ &c. discernimus reducendos.* & *Cap. Non solum.* eod. tit. in 6. & l. *Unica.* ff. *Nihil innovari.* Appellatio-

Intione interposita. Et ratio est, quia per Appellationem Jurisdictio Judicis, a quo, suspenditur, & devoluitur ad Superiorem, & ideo hic effectus dicitur Devolutivus. Unde quidquid Judex a quo, facit, irritum, & inane est, utpote ab eo, qui non habet Jurisdictionem. Alius effectus Appellationis est Suspendivus, ut supra notatum fuit, quia per eam suspenditur executio sententiae, sed hic effectus non semper habetur, ut etiam dictum fuit. Hinc si Judex a quo, post Appellationem a definitiva sententia aliquid innovaverit, irritum est, & Arrestatum dicitur, adeoque tanquam Arrestatum revocatur, per Judicem ad quem. *Cap. Dilectis filiis. de Appellat. ibi: Sententiam ipsam ab eo per appellationem legitime, promulgatam irritam decernimus, & inanem. & infra: eandem sententiam post appellationem hujusmodi promulgatam decernimus ruitur, caruisse.* Atque hoc habet locum etiam si frivola fuisset Appellatio, si Judex ei detulit, seu eam admisit. *Cap. Cum Appellationibus, de Appellat. in 6. ubi redditur ratio: quia tamen Judex ipse quantum in se fuit, a se Jurisdictionem abicit, & eandem, appellationi deferens minus justa, totius causae decisio in Superioris est potestatem transfusa, nec est illi causa de necessitate ulterius remittenda.* Necessarium tamen est, ut appellatio fuerit intimata Judici a quo, & Parti, aliter si isti fuerint ignorantes, non poterunt per eos Arrestata revocari. Ita cum Margara, Van Espen par 3. tit. 10. cap. 3. n. 6.

81. Dixi per appellationem a definitiva sententia, quia post appellationem ab Interlocutoria non habent vim definitivam, si Judex a quo, aliquid innovaverit, tunc revocari, & cassari debet, quando constiterit causam appellationis fuisse justam. Ita in *Cap. Non solum. S. Illa vero. de Appellat. in 6.* Et ratio est, quia per Interlocutoriam non est Judex functus officio suo, adeoque manet Judex quousque a Judice ad quem est appellatum, facta

fuere Inhibitio cognita causa legitimâ appellationis. Est Inhibitio, prohibitio Superioris ne Judex inferior amplius procedat in causa; qua inhibitione facta, si quæ ipse inferior fecerit, tanquam attentata revocantur ab ipso Judice ad quem. Hinc si Juxta a quo est appellatum, revocet suam sententiam interlocutoriam, potest liberè in causa procedere. *Cap. Cum cessante. de Appellationibus: Liberè in causa cognitione procedat, non obstante, si a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum, dummodo non sit ex alia legitima causa suspensus.*

82. Præterea Juxta a quo, quia ejus Jurisdictio solum suspenditur per appellationem, non verò tollitur: potest appellantem compellere, ut appellationem prosequatur; ut iter arripiat intra certum tempus: ad hoc ut sistat coram Judice ad quem: ut nihil attentet pendente lite. Potest etiam ab excommunicatione absolvere ipsum appellantem, quoties appellatio est de excommunicatione, ut diximus *lib. 1. cap. 8. n. 14. & 15.* & similia, quæ faciunt ad expeditionem Appellationis, non verò ad causæ cognitionem. Ita Van Espen *par. 3. art. 10. cap. 3. n. 12.*

83. Dico quintò: Non solum per appellationem judicalem, sed etiam per extrajudicalem, nihil innovari potest a Judice a quo, quia lex generaliter loquitur, dicens: *lite pendente. Cap. Ecclesia Sancta Marthæ. et prima. Ut lite pendente nihil innovetur.* Sed appellatio etiam extrajudicialis constituit litem pendentem, ergo &c. Verum datur differentia inter appellationem Judicalem, & extrajudicalem in hoc, quod in judiciali revocantur omnia attentata post appellationem, sicut directe non sunt contra appellationem. In extrajudiciali verò solum revocantur quæ sunt directe contra appellationem. Martini *par. 6. dist. 2. n. 4.* apud Vallensum *lib. 2. tit. 28. §. 13. n. 3.*

...quod non videtur, quod Absoluta possunt esse a iudice
a quibus, vel a Parte. Item a Parte, ubi sunt ab ipso appel-
lante, vel ab appellato. Si ab Appellante, vel sunt con-
traria appellationi, vel non. Si contraria, censetur re-
manere in statu appellationis, adeoque iudex a quo spe-
ctare potest huiusmodi; Si non sunt contraria, non debent
stare appellationi, sed revocari debent. Si vero Attentato-
raria sint ab appellato, vel a iudice a quo non solum
revocari debent, sed etiam ipsi condemnantur in expensas
a iudice ad quem, et ad ipsam rem, qui inculcatis
proferre de causa principalis, id est de causa appellationis,
spectat de iustitia appellationis, & causa Attentato-
rum connexis cum appellatione, cognoscere. Videatur
Pirring lib. 2. tit. 8. m. 249. §. 255.

DE RECUSATIONIBUS.

Habetur in iure in quibus Appellatione Recusatio
... iudicis, & per processu processit. Ideo. incis
... Recusatio est declinatio iudicis,
et alique Jurisdictionis, proposita causa suspicionis de eo.
Cod. Quod suspectus. §. 1. quest. 5. Cap. Suspicionis. de Offis
Jude. De leg. Est enim inconveniens, ut qui inimicus est
aut confingens, si a quoque sit, sit iudex. §. 1. de i. d.
Dico Recusatio Recusatio, & appellatio in aliis
quibus conveniunt, & in aliquibus disconveniunt, nam
sicut per appellationem legitimam suspenditur iudicium
iudicis, ita per Recusationem legitimam ab-
uit iudex. requiritur in oblatione iudicis, & in oblatione
Convenit autem Recusationi potius cum Appellatione
ab Interlocutoria, quamquam Declinatoria, quia in Re-
cusatione debet exprimi causa facta, & probata
itaque convenit cum appellatione Recusatio. In hac,
quod

quod licet permittitur Regularibus appellare a suo Superiore; quod tamen modum excedit in corrigendo, ut dictum fuit; ita & illū recusare, quoties est valde suspectus; & manifesta sit causa suspicionis. Sanchez lib. 6. Moral. cap. 8. dub. 3. n. 7. Riguatelli tom. 1. cap. 85. n. 2. & sequent. Differt tamen Recusatio ab Appellatione, quia Appellatio non fit, nisi Judex gravet; Recusatio etiam fieri potest etiam si non gravet. Item quia potest quis appellare a Judice, in quem consentit, non autem potest illum, in quem consentit, recusare. Cap. Insuper nuntio. de Offic. & Potest. Judic. Deleg. ibi: Nisi postquam familiaris ejus est effectus, litigare consenserit eorū illo, ubi Glossa in fine casus. Si consentio in illum, quem possum legitimè recusare, illum postea non possum recusare. E contra autem, quia Jurisdictio Judicis recusati non suspenditur, nisi fundamentaliter, adeo etiam post Recusationem potest in illum consentire Recusans, & sic Judex ille in causa procedere; imò si post Recusationem, Recusans litiget coram Recusato, jam ipso facto renunciat Recusationi. Ita cum Panormitano in Cap. Cum inter Monasterium & abbatem de Sent. & Re judic. Sanchez lib. 6. Moral. cap. 8. dub. 3. n. 3. Item quia a Vicario Generali non potest ad Episcopum appellari, potest tamen Vicarius Generalis recusari coram Episcopo. Cap. Si contra. de Offic. & Potest. Judic. Deleg. in 6. in fine, ibi: Recusationis causa, coram Episcopo est probanda; Idem est si Officialis recusetur ejusdem, licet ad ipsum ab eodem nequeat appellari. Item in eadem causa non datur tertia appellatio, & tamen post secundam appellationem conceditur Judicis Recusatio. Denique in notoriis non datur appellatio, & tamen dari potest Recusatio Judicis, quævis verius censetur, quod nec Recusatio dari possit, sed solum exceptio de incompetencia Judicis. Pinhing lib. 2. tit. 28. n. 267. v. Adversus. & 27. Dico tertia: Recusatio, quia est dilatoria exceptio,

bonp

ptio,

ptio; & simul declinatoria fori, id debet non solum apud
 hanc contestatam; sed etiam ante omnem actum judi-
 cialem proponi; quia aliter videntur in illum Judicem
 consensisse litigantes. Non negatur tamen, quod post
 litis contestationem, si nova causa suspicionis veniat;
 possit Refusatio fieri. *Cap. Instaurantes de Offic. & Potest.
 Judic. Deleg. & ibi Glossa in fine casus: Nota quod licet non
 in causa, lite contestata, potest iudex recusari.*

88 Dico quartò: Recusatio Judicis debet in scri-
 ptis proponi. *Glossa in Cap. Quoniam. Verba Recusa-
 tionis. de Probat. ubi sic: Et sic patet, quod iudicis recusatio
 redigenda est in scriptis. & l. Apertissimi. Cod. de iudic. ibi:
 Libello recusationis ei porrecto.*

89 Dico quintò: Ex Jure Canonico causa Recusa-
 tionis debet exprimi in libello; & eligi deinde debent
 Arbitri, qui judicent non de causa principali, sed solum
 de causa Recusationis, id est de suspicionem allegatam. *Cap.
 Cum speciali. de Appellat. & Cap. Secundò requiris. §. Ter-
 tiò postulas. eod. tit.* Causa autem sunt multe, quas re-
 fert Maranta in speculo aureo part. 6. de Appellat. ad huc
 no. 27. nimirum si Judex sit familiaris, vel consanguineus
 Partis adversæ: si fuerit Advocatus ejusdem Partis,
 &c. Si fuerit inimicus vel Partis, vel ejus consangu-
 neorum &c. Videatur Pignatelli tom. 9. consil. 151. n. 11
 9. usque ad 39. in quibus justas causas Recusationis iud-
 icis recenset. De Jure vero civili nec est necessaria
 expressio causæ Recusationis, nec eligendi sunt Arbitri
 sed sufficit si Pars, præstito Juramento calumniæ, asserat
 Judicem sibi esse suspectum. Si verò Arbitri (qui eli-
 gendi sunt juxta textum in d. Et. Cap. Cum speciali. a Do-
 ctibus; vel si Pars Adversariam non habet, ab ipsa, seu
 Judice) decernant nullam causam Recusationis esse;
 aut frivolam, Judex sua Jurisdictione utetur. Si ve-
 rò causa suspicionis fuerit ab Arbitris approbata; de-
 bet

bet: *Judex de consensu Partium causam alteri committit, et ad Superiorem transmittit. Quod si Arbitri intra terminum præfixum causam suspicionis non terminent, redit potestas ad ipsum Judicem, ut procedat in causa principali. Cap. Legitima. de Appellat. in 6. in fine.*

90 Dico sextò: De Jure civili non potest *Judex ordinarius constitutus a Principe recusari, ne suspectus, sed si quid contra eum habet Pars, adjungendus est ei alius Judex in causa. Glossa in l. Apertissimi. verb. Judices. C. de Judiciis. & Authen. Si vero contigerit. Cod. eadem tit.* *Judex verò Delegatus, sicut, & Commissarii dati ad excipiendos, & examinandos testes, quia etiam ipsi sunt Delegati, recusari possunt. Vallensis lib. 2. tit. 28. §. 18. n. 11. nisi Delegati fuerint a Principe, cum clausula: remota recusatione, quæ quidem apponi potest, quia superest Partialia defensio, nimirum appellatio, De Jure verò Canonico tam Delegatus, quàm Ordinarius Judex recusari possunt. Cap. Secundò requiris. §. Tertio postulas. & Cap. Cum speciali. de Appellat. in quibus textibus sermo est de Judice Ordinario, ut notat Glossa in Cap. Cum speciali. verb. de Recusationis; & probat, quia dicit textus; quod possit Recusatus causam alteri committere, probatâ suspitione; hoc autem, facere non potest nisi Judex Ordinarius, ergo. textus concedit Recusationem Judicis etiam Ordinarii. Multa essent hic notanda, quæ tamen videri possunt apud Pirhing lib. 2. tit. 28. a n. 273. usque ad 277.*

91 Dico septimò: Effectus Recusationis est, quod pendente cognitione suspicionis faciendâ ab Arbitris secundum Ius Canonicum, *Judex recusatus nihil facere possit. Controversum tamen est, an sint ipso Jure nulla gesta a Judice recusato, pendente causa cognitionis de suspitione, an verò sint, postquam constiterit de legitimitate, annullanda; ita ut teneant ea acta post factam*

recusationem, si non probatur legitimitas suspicionis. Et sunt qui dicunt ea acta non esse ipso Iure nulla, sed esse annullanda solum postquam constiterit de legitimitate recusationis: sicuti sunt acta post appellationem ab Interlocutoria ante inhibitionē Iudicis ad quē, quæ non revocantur nisi postquam de veritate constiterit. Et ratio est, quia nondum est ablata jurisdictio a Iudice recusato, cum adhuc possit causam delegare cum consensu Recusatoris. Alii verò volunt esse ipso Iure nulla, quia ipse Iudex non potest causam alteri delegare, nisi de consensu Recusatoris. ergo a fortiori non potest causam cognoscere principalem, nisi prius discutiatur articulus Recusationis.

92 Dicendum videtur acta post Recusationem Iudicis, pendente articulo suspicionis, esse ipso Iure nulla, Ita Pignatelli tom. 1. *Consuit.* 85. n. 8. cum aliis, quos citat, & pluries decisum esse a Rota Romana affirmat. Idipsum tenet Valleasis lib. 2. tit. 28. §. 19. n. 5. & Van Espen part. 3. tit. 40. cap. 5. n. 24. Probatum primò ex *Cap. Quoties. 2. quest. 6. in fine.* ibi: *Quod si aliter a quocumque presumpsum fuerit, nihil erit, & viribus carebit.* Secundo: quia sicut inimici, ita, & suspecti non debent esse Iudices. *Can. Quod suspecti. 2. quest. 5. Quod suspecti, & inimici Iudices esse non debeant, & ipsa ratio dicitur, & pluribus exemplis probatur.* Quod idem dicitur *Cap. Secundo requiris. §. Tertiò postulas. de Appellat. in fine.* Ergo suspectus Iudex, pendente articulo suspicionis, nō habet Iurisdictionem; cum nemo suspectus ex prædictis textibus possit esse Iudex; ideoque ejus acta nulla sunt. Denique satius est, ut impediatur, ne quid fiat, quàm ut factum declaretur nullum cum verecundia factoris, ergo satius est dicere, quod acta illa post Recusationem sint nulla, ac proinde arceatur Iudex ab iis faciendis, quàm dicere, quod sint postea annullanda cum verecun-

S. UNDECIMUS.

DE RELATIONIBUS.

93 **D**ico primò: Relatio est Iudicis dubitantis ad Superiorem, nimirum Papam, vel Regem, vel Proconsulem, aut Præsidem transmissa consultatio; & tunc habet locum, quoties in iure sive causa fit civilis, sive criminalis, nihil est expressum secundum quod Iudex decernat, aut si est expressum: ita habentur diversæ Interpretum sententiæ, ut Iudex dubitet de eo, quod decernere debeat, & ideo ad Principem recurrit; quia qui legem facit, eam interpretari potest. Hinc si de facto Iudex dubitet, non admittitur Relatio facti ad Superiorem, sed incumbit ipsi Iudici inquirere de eo; censetur enim tunc Iudex vel velle fugere laborem inquirendo, vel se eximere ab onere iudicandi. Ita Glossa in *Cap. Intimasti. vers. de Inquisitionis. de Appellat. &c.* ubi sic: *Potesß Iudex referre causam Superiori, si dubitet qualiter in causa debeat iudicare; talis Relatio approbatur: Si verò vult evitare onus iudicandi, tunc non debet admitti Relatio; quia de Jure quæri debet, & non de facto.*

94 Hinc Relatio, de qua hic agitur, & quæ olim erat in usu est, quoties Iudex proprio motu; quia causa, vel articulus est valde dubius ad Superiorem recurrit, non præcisè, ut illum consulat, sed ut ipse definiat judicialiter; adeoque ipse Iudex privat se potestate iudicandi. Hodie autem non est in usu, sed post sententiam latam a Iudice inferiore, fit per appellationem recursus ad Superiorem. *Authent. Novo Jure. Cod. de Appellat.* Adeoque Relatio latè accepta, & Consultatio sunt synonyma, quia moris est hodierni, ut referatur causa, vel arti-

articulus ad Principem, non ut ipse judicialiter decidat, sed ut consilium det de eo, quod in iudicio servari velle. Ita cum aliis Pirhing *lib. 2. tit. 28. n. 279. vers. Notandum secundo*. non est autem sublata Relatio proprie accepta; adeoque quid in ea servari debeat, dicam *n. 96.*

95. Dico secundo: Datur præterea Relatio necessario faciendæ Superiori: & tunc est, quando cognitio causæ est reservata sibi a Superiore. *Cap. Ut debitus. in fine. de Appellat. 2bl. Salvis Constitutionibus de causis majoribus ad Sedem Apostolicam referendis.* vel quando causa ita delegatur alicui a Superiore, ut ea cognita ad ipsum referatur, seu remittatur. *Cap. Cum Bertholdus; de Senten. & Re iudicata. ibi: Apostolicæ Sedis legatus iudicibus negotium delegavit, ad quem cum attestaciones utrinque receptas per partes postmodum remisissent.*

96. Dico tertio: Si Iudex Relationem proprie sumptam velit facere ad Principem, debet copiam ipsius relationis Partibus tradere, ut possint, si in aliquo deficiat, ipsi eam refutare, aut appellare; non enim valet Relatio, nisi Partes in eam consentiant, & acta transmittantur Principi; & in hoc differt a pura Consultatione, quia Consultatio est nuda interrogatio super aliquo dubio Juris; Relatio autem strictè sumpta est explicatio compendiosa totius causæ, vel articuli transmissis etiam actis. *l. Sciendum. ff. de Appellat. recipiendis. & l. Ultima. C. de Relation. Cap. Intimasti, de Appellat. ibi: Litigatoribus, apud acta consultationis exemplum tradere debeat.*

97. Dico quarto: Relatio debet fieri non post, sed antesententiam definitivam. *l. 1. in Principio. C. de Relation.* Excipiuntur causæ criminales, in quibus post definitivam sententiam, potest Principi fieri Relatio causæ, ut iudicet utrum eam exequi sit conveniens. *l. Inter penas. §. 1. ff. de Interdic. & Relegat.*

98. Dico tandem: si cum consensu Partium facta sit

396 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 12. De Appellationibus.*
 a Iudice Relatio causæ, vel articuli ad Principem, ipsæ
 Iudex supersedere debet, nec quidquam facere potest,
 quod sit validum. Si autem ante transmissam ad Princi-
 pem Relationem Partes consentiant, poterit Iudex reas-
 sumere cognitionem causæ, quanvis promiserit se vel
 Principem consulere &c. Ita ex variis Iuribus. Pinning
loc. cit. n. 282.

S. DUODECIMUS.

DE REVISIONE, ET REFORMATIONE SENTENTIÆ.

99 **D**ico primò: In casibus, in quibus non datur
 appellatio, datur remedium Reformatio-
 nis; & Revisionis. Est autem Reformatio quadam spe-
 cies provocacionis a sententiis quorundam Iudicum, a
 quibus non per modum appellationis, sed solum per
 modum Reformationis ad Superiores provocare per-
 mittitur, Et differt talis provocatio ab Appellatione,
 quia per Appellationem executio sententiæ suspenditur,
 per reformationem verò non suspenditur. Ideoque præ-
 rogativa talium Tribunalium in hoc consistit, quod eor-
 um sententiæ debeant executioni mandari, non obsta-
 re provocacione ad Tribunal superius. De his mentio-
 nem facit Van Espen *part. 3. tit. 10. cap. 4. n. num. 1.*
usque ad 5.

100 Dico secundo Revisio, quæ etiam dicitur pro-
 positio erroris, est aliud remedium, per quod a senten-
 tiis Tribunalium Superiorum, vel etiam sapientiæ Cu-
 riæ, a quibus appellare non est licitum, petitur per sup-
 plicationem ipsi Principi oblatam, ut error sententiæ,
 detegatur, adeoque obtineatur revisio causæ, seu no-
 vum exâmen. Petitur igitur in primis licentia a Princi-

pe

pe ab eo, qui se laesum censet per sententiam, ut possit errorem in ea sententia commissum ostendere. Et in tali libello supplicationis exprimi debet ratio, & medium, quibus supplicans intendit errorem probare commissum in sententia; Atque hac supplicatio de Jure communis infra decem dies fieri debet: & sententia mandatur executioni, posita cautione fidejussoria; si autem post decem dies fuerit supplicatum, sine ulla cautione mandatur sententia executioni. Atque haec est differentia inter Appellationem; & Revisionem, quod Appellatio suspendat executionem, Revisio vero non suspendat. Item Appellatio est de Jure; Revisio innititur gratia Principis, qui annuens supplicationi concedit Iudices adjunctos prioribus Iudicibus, qui sententiam protulerunt, ut judicent super errorem propositum a supplicante. Necessesse enim est, ut illi Iudices intersint, quia cum non de injustitia sententiae, sed de errore commisso in videndis actis sit querela supplicantis, debent ipsi eadem acta re-legere, ut videatur error; non possent autem ipsi solius esse Revisores, quia non est facile obtentu, ut quis susceperit se errasse, & ideo necesse est, ut alia a Principe adjungantur Iudices.

102. Dico tertio: Revisionis Remedium est extraordinarium, ideoque non habet locum, quoties aliud remedium ordinarium habetur pro corrigendo errore, unde in causa possessoria, sive Ecclesiastica, sive profana, si est error in sententia, non datur Revisio, quia potest post judicatum possessorium institui peritorium iudicium. Similiter contra decreta interlocutoria, reparabilia, post definitivam sententiam nulla supplicatio admittitur pro errore corrigendo. Van Espen *dicta part. 3. tit. 10. cap. 4. n. 18. & 19.* Plura de Appellationibus videri possunt apud Doctores, qui plene tam in Jure civili, tam in Jure Canonico de illis scribunt, pro nostris tamen institutio-

nibus

libus que dicta sunt, factis esse videntur.

§. DECIMUS TERTIUS.

DE INTEGNUM RESTITUTIONE, ET ALIE-

Datur præter remedium appellationis contra in-
justitiam sententiæ, aliud remedium, compe-
tens tamen aliquibus locis, & personis, quod dicitur
Restitutio in integrum.

102 Dico igitur primò: Restitutio in integrum in
genere est reductio in eum statum personæ, aut loci, in
quo erat antequam aliquid pateretur, itaut reddatur
perinde, ac si nihil contra eam evenisset. *Can. Si quem
penitueris. 2. quest. 3. in fine. ibi: Restituo te in integrum
Provinciæ tuæ: & adjecit, ut autem scias quid sit in inte-
grum restituere, restituo te honoribus, & ordini tuo, &
omnibus cæteris.* Restitutio autem in integrum in specie
prout sumitur in præsentibus, est remedium extraordinariû,
quo Minor, & alii, qui instar Minoris se habent, læsus,
& deceptus in contractu, vel quasi contractu, sive in
actibus judicialibus, sive extrajudicialibus, causâ co-
gnitâ, in pristinum statum, & Jus restituitur. *Molina trad.
2. de Justit. disp. 73. cõcl. 10. & dicitur sequent. ff. de In-
tegrum restitutione.*

103 Dico secundo: Tale remedium competit Mi-
noribus a 9. annis, quoribus ipsi, vel eorum Tutores, aut
Curatores ex sententiâ Judicis interlocutoria, vel defi-
nitiva, vel alio actu Judiciali, aut contractu aliquo læsi
sunt. *Cap. Constitutus. de In integrum restitut.* Item com-
petit omnibus Ecclesiis quoquo modo læsis. *Cap. Audi-
vis. ibi: Utraque Ecclesia fungatur Jure Minoris.* Et om-
nibus aliis personis, ut ait Abbas Badoimitanus in *Cap.*

De his. n. 3. & in Cap. Relatum. et primo. n. 7. de Testam-
 mentis. Et etiam si sententia fuisset prolata a Papa. Cap. 3.
 Tam ex literis. de In integrum restitut. Item Reipublice,
 & Civitati. l. 4. C. Quibus ex causis majoribus & Castellis,
 Villis, & Collegiis. Abbas in Cap. 1. n. 15. de In inte-
 grum restitut. Et etiam Majoribus & anas, quomodo
 adest iusta causa. l. 1. ff. De quibus causis in actione. Circa
 Si que alia iusta causa mihi videbitur, in integrum restitu-
 tituam.

104. Dico tertio: Ut obtineatur Restitutio in inte-
 gegrum a predictis lesis, requiritur primo, ut contractus
 sit, vel actus judicialis sit iure validus, si enim est nullus,
 jam habet Minor latus remedium ordinarium peten-
 tendi declarationem nullitatis contractus, ideoque non
 debet remedium Restitutionis in integrum querri. Quod si
 dubium sit utrum actus, vel contractus sit validus, & ha-
 bebatur latio: tunc latus Minor poterit Libellum alterna-
 tivum offerre petens, ut vel contractus declaratur nul-
 lus, vel in integrum restituatur. Cap. Constitutum. de In-
 integrum restit. ibi Supplicavit, ut vel venditionem eam
 dem mandarem renunciari nullam, vel cum adhuc edic-
 stat intra tempus ad obtinendum Beneficium in integrum
 restitutionis indultum &c. & infra mandamus, vel vendi-
 tionem nullam renunciare curetis &c. vel si faxistis &c.
 in integrum restituere. Iudeatis: & docet Abbas in Cap. 1.
 Cum olim. et secundo. n. 10. de Privileg. ubi dicit, quod
 peti debet restitutio in integrum contra sententiam, de
 qua dubitatur, an sit nulla, sic dico sententiam nullam, &
 si qua est, peto adversus eam restitutionem.

105. Dico quarto: Requiritur secundo: Ut Minor,
 quod ipsam dico de Ecclesiis, & Majore habentel ipsam
 causam, probent lationem ex tactu, vel contractu
 vel dolo Adversarii, vel ex illo capite: & quidem non
 per Juramentum latis, ut probatur quando latio prove-
 nit

nio ex delicto, vel vi, meture injuste illato, ut constat ex *Cap. finali. de litig. vi meture &c.* Sed probari debet læsio postest. Abbas in *Cap. 1. n. 2. de In integrum restitut.* Læsiō autem debet esse gravis, nam si est minima, de minimis non curat Prætor, a quo est hoc beneficium restitutionis in integrum. Non tamen esse necesse, ut sit enormis, nimirum, ut excedat dimidium justipretii, quia tunc Minor est tutus ipso Jure, & communi auxilio munitus juxta *l. 2. C. de Rescindenda vendit.* ideoque non est opus hoc remedio extraordinario. Quanta autem debeat esse læsiō, ut sit gravis, pensandum est arbitrio Judicis, vel Viri prudentis, spectatis omnibus circumstantiis loci, & personarum, & pretii. Videatur Abbas in dictum *Cap. 1. n. 8. de In integrum restitut.* & Molina de *Juris. disp. 173. v. 9.*

Dixi non est opus remedio extraordinario hoc, si læsio sit enormis, quia licet regulariter cesset remedium extraordinarium, quoties habetur ordinarium, tamen bene potest concurrere cum ordinario extraordinarium, & idem juvat Minorem utroque remedio provideri. Vallensis *lib. 1. tit. 41. §. 1. n. 6. verbo dico.* & Pirhing cum aliis *lib. 1. tit. 41. n. 4. ver. ex quo.*

106 Dico quintò: Restitutio in integrum peti potest a Minore, non solum intra tempus minoris ætatis, sed etiam intra quadriennium post completum 25. annum; & similiter Ecclesia intra quadriennium a die læsionis debet petere illam quod tempus quadriennii continuè currit, id est, & diebus feriatis, & non feriatis a die celebrati contractus, aut sententiæ habitæ læsionem continenti. *Cap. 1. & 2. de In integrum restitut. in 6.* ita ut elapso quadriennio non audiat petens restitutionem, nisi probet intervenisse fraudem, aut aliam justam causam, ut dicitur in dictis *Cap. 1. & 2. de In integrum restitutione in 6.* Ecclesiæ, verò, & Reipublicæ al-

§. 13. De In integr. Rest. & Alien. Ind. mut. causâ. 407.

leganti justam causam conceditur, non solum aliud quædriennium, sed etiam longissimum tempus, nimirum 30. annorum, quod tamen non conceditur Minoribus. Pirhing cum aliis *lib. 1. tit. 41. n. 52.*

107 Dico sexto: Coram Judice Rei, contra quem petitur, necesse est petere restitutionem in integrum, quia Actor sequi debet Forum Rei, ideoque Minor læsus coram Judice lædenti petit restitutionem in integrum. Abbas in *Cap. 1. de In integrum restitutione. n. 18.* Ecclesia verò si a laico sit læsa, potest etiam coram Ecclesiastico petere restitutionem in integrum. Colligitur ex *Cap. Ad nostram. de Rebus Eccles. alienandis, vel non.* ubi causa restitutionis in integrum ob læsionem enormem factam Ecclesiæ a laico, commissa est Ecclesiasticis quibusdam. Cæterum. ex *Cap. Causa restitutionis. de In integr. restitutione.* habetur, quod Judex coram quo petitur restitutio, debet habere administrationem conjunctam cum jurisdictione ordinaria, vel esse Delegatus a tali Judice habente administrationem. Delegati autem ab aliis Judicibus beneficium restitutionis concedere non possunt, sicut nec Arbitri, nec alii Judices solum potestatem habentes sine ulla administratione. Est autem Judex ordinarius habens administrationem, qui habet imperium aliquod merum, aut mixtum in suo territorio, ut est Episcopus, & ejus Vicarius Generalis, & Magistratus sæcularis, & Judex ordinarius contentiosam jurisdictionem habens, qui præest alicui Universtitati. Glossa in dictum *Cap. Causa restitutionis. v. Habentibus.* Judex autem ordinarius non habens administrationem, potest incidenter cognoscere de causa restitutionis in integrum. v. g. si ipse læsit per suam sententiam interlocutoriam aliquem, poterit ipse restituere adversus suam hanc sententiam. eodem *Cap. Causa. ibi: Nisi coram eis mota fuerit. incidenter.* & Glossa *ibidem, v. Incidenter.*

E e e

Dixi,

Dixi, sententiam interlocutoriam, quia adversus sententiam definitivam, neque Delegatus a Principe potest restituere in integrum principaliter, nisi sit ei a Principe specialiter commissa facultas restituendi. Videatur Pirhing *lib. 1. tit. 41. a n. 62. usque ad 69. in quibus in prædictum Cap. Causa restitutionis. notat, quæ dicta sunt.*

108 Dico septimò Magistratus minor non restituit adversus sententiam majoris Magistratus; nec adversus sententiam definitivam Principis, vel Vicarii, aut Delegati ab ipso Principe alijs, quàm ipse Princeps, restituere potest. *l. Minor. §. Sed & ff. de Minoribus. Abbas in citatum Cap. Causa. n. 7.*

109 Dico octavò: Quoties conceditur restitutio in integrum, habenda est a Judice concedente ratio expensarum factarum ab eo, contra quem conceditur, ne suo pretio, vel melioramentis factis fraudetur. *Cap. 1. De in integrum restitut. in fine. ibi: Providendum est, tamen ne forte coloni possessiones illas expensis, ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bona fide fecerunt, debeat defraudari.*

110 Dico nonò: Pendente judicio restitutionis, nihil innovari debet, donec finiatur. *l. Unica. C. Restitutione in integrum postulata, ne quid novi fiat. nisi qui petit, videatur ex vehementi præsumptione malitiosè petere, ut differatur executio sententiæ; tunc enim poterit sententia contra eum lata executioni mandari, præsertim cautione restitutionis faciendæ omnium fructuum, quos eo tempore intermedio perceperit Adversarius.*

111 Dico decimò: Concesso Beneficio Restitutionis in integrum adversus sententiam, debet ex integro agi causa. Si verò adversus contractum aliquem, vel aliam quædam contractum, aut actum, dicitur restitutio,

tunc

S. 12. De In integr. Rest. & Alien. Iud. mut. causâ. 403
tunc res ponitur in pristino statu, in quo erat ante con-
tractum &c.

112 Dico undecimò: Remedium restitutionis in in-
tegrum transit ad Heredem, & universalem Successorem,
non tamen ad Fidejussorem, vel Socium Minoris, quia
iniquum est subvenire remedio extraordinario Fidejuf-
sori adversus Creditorem, qui in sui securitatem illum
recepit. Præterea Minori subvenitur, quia infirmum ju-
dicium habet; Fidejussor autem, cum sit major, potuit
cautiùs sibi providere, & non fidejuberè tam facilè, non
attendendo ad ea, quæ ipsum indemnem servarent. Ita
ex Iuribus Vallensis *lib. 1. tit. 41. §. 3. n. 3.*

113 Dico tandem: Datur alia species restitutionis
in integrum pro illis, in quorum præjudicium facta fue-
rit alienatio alicujus rei causâ mutandi futuri judicii,
idest, ut judicium in persona alterius fiat, si faciendum
erit. Accidit hoc: quoties aliquis Possessor timet sibi
movendam litem a Titio v. g. & ipse vendit, permutat,
vel alio modo transfert dominium rei, super qua time-
tur lis, in alium dolo, vel fraudolenter, idest, ut ille
alius, vel quia potentior defendat rem illam, vel quia
est Clericus coram Iudice Ecclesiastico fiat judicium.
Iam si Actor probet alienationem factam esse dolo, ad
hunc finem mutandi Iudicii, habet a Iudice Beneficium
restitutionis in integrum, per hoc quod utiliter agat
perinde, ac si ille rem non alienasset.

114 Item notat Glossa in *Cap. 1. de Alienat. Iudic.
mutandi causâ facta. v. Commutationem fecerit.* Quod
datur actio tam contra Alienatorem, quam contra em-
ptorem, ut possit ille, in cuius præjudicium facta fuit
alienatio, agere contra quem voluerit ex illis. Notat
item, quod ut competat talis actio, debet alienatio esse
factâ causâ mutandi Iudicii futuri, non verò illius, quod
jam sit; quia si fiat alienatio rei litigiosæ, jam incidi-

cur in edictum de litigiōsis. *l. ultima Cod. de Elitigiosis.*
 Item debet esse facta dolo, ratione loci, aut personæ, si
 nimirum fiat alienatio in locum, vel Personam poten-
 tiorē. Si enim alienatio facta est ex necessitate, aut
 qui alienat, paratus est in Iudicium venire, ac si possi-
 deret, non sumus in casu.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

DE PERSONIS ACCESSORIIS IN JUDICIO,

seu de Ministris Curie Ecclesiasticae.

EXplicatis hucusque Personis principalibus ad ju-
 dicium intervenientibus, nimirum Iudice, Acto-
 re, & Reo, & iis, quæ ad tales Personas concernunt; re-
 stat de Accessoriis agere, nimirum Affessoribus, Advo-
 catis, Procuratoribus, Secretariis, & Apparitoribus, &
 de iis, quæ ad ipsos spectant, aliquid innuere. Sit
 itaque.

§. PRIMUS.

DE ASSESSORE.

Supponendum quod ab initio diximus, nimirum
 officia Fori Ecclesiastici iisdem Iuribus, & ré-
 gulis regi, quibus officia secularia, quia ex quo in Cu-
 ria Ecclesiastica introductus, fuit stylus Curie Sæculä-
 ris, etiam Officia hæc fuerunt inducta, adeoque quid-
 quid in Iure Civili de talibus Officialibus, seu Ministris
 dicitur, valet in Iure Canonico. Ita Van Espen *par. 3.*
tit. 6. cap. 1. n. 2. & 3.

I Dico igitur primò, quod Assessor apud Romanos
 erat, qui assidebat in causarum examine, & decisione.

Paulus

Paulus Juris consultus in l. 1. ff. de Officio Assessorum. & dicitur etiam Consiliarius, quia juvare debet Magistratum, qui præest Judicibus in causis tractandis. l. 7. C. de Offic. Assessor. Licet enim Judices deberent esse legis periti, Magistratus autem non tenebatur peritiam legum habere exactè, cum etiam in aliis occupationibus versari deberet. Erant etiam in maximo honore, ac aliquibus privilegiis gaudebant, ut videre est in l. 112 C. de Assessor. & l. Item. 11. ff. de Officio Assessorum.

2 Dico secundò: Est in Curia Ecclesiastica Assessor ille, quem Episcopus, vel qui potestatem habet judicandi, sibi associat, ut sibi in causa assistat, & ad causam rectè decidendam instruat; eumque Delegati a Sede Apostolica assumere possunt, si eo indigeant, qui non sit Partibus suspectus. Et ei de competenti salario providè moderando ab eisdem, possunt facere, ut a Partibus provideatur. Ita in Cap. Statutum. §. Assessorem. de Rescriptis in 6. Quod si Juris periti sint Delegati, & Assessorem assumant, debent de proprio providere.

3 Dico tertio: Ex eo quod Episcopi, imò, & quicumque alii Judices Ecclesiastici, etiam Conservatores, juxta Bullam Leonis X. incipientem Regimini Universalis Ecclesia. §. 9. non sint in utroque Jure periti, possunt Assessorem Partibus non suspectum assumere. Imò etiam si fuerint Episcopi in utroque Jure Graduati, adhuc possunt habere Assessorem; cum propter occupationes plurimas in regenda Dioecesi, non valeant ipsi causas omnes finire. Atque hæc est hodierna praxis. Nam cum prædictus textus in Cap. Statutum. relinquat conscientiam propriam Judicis Ecclesiastici examinare utrum indigeat Assessore, sufficit, ut Episcopus judicet se eo indigere, ut possit ille Partium expensis assumi. Ita Van Espen par. 3. tit. 6. cap. 1. n. 28. & 29.

4 Dico quarto: Ex ipso textu in Cap. Statutum. ubi
di-

406. *Lib. 3. Par. 1. Cap. 13. De Perform. acces. in Iudicio.*
dicitur: *neutri Parti suspectum* inferunt, quod possit Af-
fessor recusari, ut suspectus a Partibus.

S. SECUNDUS.

DE ADVOCATO.

5 **D**ico primò: Advocatus, qui etiam Patronus,
& Causidicus dicitur, est Jurisperitus, qui
per allegationes, & rationes Juris, Clientis Jura, & cau-
sam Judici exponit tanquam justitiæ Administratori, seu
est ille, qui in judicio apud Judicem desiderium suum,
vel Clientis exponit, & Partis adversæ desiderio con-
tradicit. *Sylvester in Summa. v. Advocatus. n. 1.* Unde
qui in propria domo consilium dat circa causam, non
est Advocatus. Et ideo prohibetur advocare, non pro-
hibetur consilium dare, & allegationes in scriptis fa-
cere.

6 Dico secundò: Advocatus debet esse peritus in
Jure, & ideo *ex l. 11. §. 1. C. de Advocatis divers. Judic.*
non poterat aliquis in matriculam Advocatorum recipi,
nisi de peritia Juris a Doctoribus Juratis testimonium
haberet, & per quinquennium legibus studuisset. Hodie
verò sufficit si in aliqua Academia fuerit quis examina-
tus, & ad gradum Doctoris in Jure promotus; talis enim
promotio subit vicem testimonii præhabiti de ejus sci-
entia; unde Promotores debent esse solliciti in eo exa-
minando, quem promovent; præsertim cum hodie om-
nes graduati recipiantur ad officium Advocatorum, &
non servetur *Lex 8. §. 11. C. de Advocat. divers. Judic.* nu-
merum certum Advocatorum determinans.

7 Dico tertio: Prohibentur esse Advocati Hæretici,
Pagani, & Excommunicati. *Can. Nemo vel in foro. de Pa-
nit. dist. 1.* Item Monachi Professi, & Sacerdotes sæcu-
lares

faret nisi aliquibus in causis, de quibus locuti sumus.
lib. 1. cap. 13. n. 28. & sequent. & Cap. 14. n. 74.

8 Dico quartò: Tenetur Avocatus prius informari a Cliente de facto, & quaestione, & juvare illum variis interrogationibus ad exprimendum factum, vel quaestionem, quibus expositis, si videt causam sibi propositam esse probabilem, quamvis causam contrariam probabiliorem existimet, potest utriusque eam suscipere defendendam. Et ratio est, quia quamvis Judex ut dictum fuit *Cap. 4. n. 30. & sequent.* non possit judicare secundum probabilem opinionem, relicta probabiliori; potest tamen Avocatus probabilem causam defendere, etiam si sit probabilior opposita; quia Judex tenetur Jus dicere, adeoque Jus praelationis negare non potest habenti pro se probabilioris causam. At verò Avocatus non dicit Jus, sed assistit Parti litiganti adversus alteram. ergo sicut in causa dubia potest Pars, quae probabilitatem habet pro se, quamvis Pars adversa probabilitatem majorem habeat pro se, litigare coram Iudice, ut ipse determinet controversiam; ita licitum est Advocato Partem defendere, qui est Vicarius Partis in tali causa dubia. Atque ita cum Soto, Sylvestro, Navarro, Sa, Vasquez, Sanchez, & Lessio, Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. n. 17.*

9 Dico quintò: Si Avocatus causam dubiam suscipiens defendendam, videat esse iniquam, nullo modo potest eam licitè defendere, & tenetur monere Clientem de iniquitate, & si non facit, tenetur ad damnum, seu damna restituenda. Ita cum D. Thoma 2. 2. *quæst. 71.* Sylvester *in Summa verb. Advocatus. n. 5. quæst. 10. & 19.* Layman *cit. ut. loc. n. 18.* cum aliis communiter. Hinc absolvi non potest a Confessorio Avocatus paratus defendere quancumque causam sive justam, sive injustam. Quod si a principio putaverit causam probabilem, & in decursu litis videt eam injustam, debet ex eodem Divo

Tho.

Thoma manifestare Clienti eam iniquitatem, & desistere a causa defendenda; non tamen potest Parti adversæ manifestare ea, quæ secreta sunt, vel cum implicito pacto ea reticendi a Cliente habuit; nec Parti adversæ se offerre patrocinaturum, quia hoc ultimum esset grave scandalum, ac proinde non permittendum a Magistratu, ut dicit Prosper Farinaceus *lib. 1. tit. 3. Praxis criminalis, quest. 4. n. 16.* & Gutierrez *lib. 1. præf. questionum, quest. 10.* quos sequitur Layman *n. 19. vers. Adde secundum.*

10 Dico sexto: Si bona fide suscepit Advocatus causam dubiam defendere, & putans probabilem esse, eam prosecutus est: quando deinde comperit esse injustam, potest salarium acceptum sibi retinere: si verò ex sua culpa, aut sua imperitia non cognovit a principio injustitiam causæ dubiæ, quia scilicet eam non examinavit, tenetur restituere salarium acceptum, & compensare damna Clienti, & Parti læsæ. Ita Sylvester *in Summ. v. Advocatus. n. 5. quest. 11.* Armilla, & alii. Videatur prædictus Sylvester, & Navarrus *in Manuali Cap. 25. a n. marg. 28. usque ad 31.* ubi peccata Advocati, quæ sint, exponit.

S. TERTIUS.

DE PROCURATORE, ET SYNDICO.

11 **D**ico primò: Procurator dicitur quasi pro alio Curator, & est ille, qui pro Domino, ex ipsius mandato res, & negotia gerit. Per verbum *mandato* distinguitur a Defensore, & Gestore negotiorum, qui gerunt negotia aliena sine mandato. Per verbum *gerit* distinguitur ab Advocato, qui non gerit negotia aliena mandato Domini illorum, sed advocat, & dicit, & explicat Jus pro Parte, & merita causæ allegat.

Et

Et distinguitur etiam a Nuntio, qui non habet Jus gerendi negotium alieno nomine, sed nudum factum exequendi. Et a Tutore, & Curatore, qui non mandato Domini, sed publica authoritate legis, vel Magistratus administrant res Pupillorum, vel Minorum. Ita Vallensis *lib. 3. tit. 38. §. 1. n. 3. vers. Verbum gerit. Dixi*, vel quasi Domino, quia de Jure Canonico Procuratoris nomine etiam venit qui a non Domino constituitur: ut ab Episcopo, vel Clericis in causis Ecclesiasticis, & etiam ab Universitate, vel Collegio, vel Conventu Religiosorum; iste tamen proprio nomine Syndicus, vel Actor solet appellari. Ita idem Vallensis *n. 4.*

12. Dico secundò: Duæ, seu potius tres sunt Procuratorum species. Prima eorum, qui ad negotia familiaria, & extrajudicialia destinantur, & vocantur *Receptores, Administratores, Oeconomi, vel Mandatarii*. Secunda eorum, qui ad causas in judicio, alieno nomine agendas destinantur: & hi simpliciter dicuntur Procuratores, & vocantur Procuratores ad lites, & de his in Decretalibus *in tit. de Procuratoribus. & C. eod. tit.* Tertia est eorum, qui ab Universitatibus, Collegiis, Societatibus, similibusque corporibus habentibus arcam communem constituuntur, & vocantur græco vocabulo, Syndici, a lite, quam nomine universitatis &c. agendo, vel defendendo prosequuntur.

13. Dico tertio: Possunt utrique Procuratores constitui tam præsentibus, & coram, apud acta Magistratus, vel Præsidis, quàm absentes per Epistolam: Procuratores tamen ad lites certo numero designatos esse, & prævio examine super capacitate, & qualitate, & præstito juramento, hodie communem ubique esse morem testatur Van Espen *part. 3. tit. 6. cap. 3. n. 12.* itant nemo possit in Foro, seu Judicio causam suam per Procuratorem agere, nisi mandet negotium Procuratori alicui ex forensibus approbatus a Præside, vel Magistratu.

14 Dico quartò: Constituantur item utrique Procuratores nimirum Judiciales, & extrajudiciales, vel sub conditione aliqua, vel absolute, & pure, vel ad tempus tale, vel cū Clausula *cum libera*; id est cū plena, & libera potestate agendi, faciendi, vel administrandi omnia, quæ potest ipse Dominus, vel sine tali clausula. Item vel ad omnia negotia, & bona, & ad omnes lites, vel ad aliqua bona, aut unam litem prosequendam.

15 Dico quintò: Differt Procurator judicialis ab extrajudiciali in aliquibus: & primò in hoc, quod extrajudicialis debet esse major 17. annis, Judicialis verò major 25. annis. *Cap. Qui generaliter. de Procurat. in 6. in fine.* ubi sic: *Licet autem quis post decimum septimum annum Procurator ad negotia licetè deputetur, ad judicia tamen nisi major 25. annis fuerit, deputari nequibit.* Et ratio est, quia non est idoneus ad alienas lites peragendas, qui legitimè in Iudicio stare nequit. Item Procurator extrajudicialis cū Clausula *cum libera*: potest alium substituere *ex dicto Cap. 1. de Procurat. in 6. ibi: Procurator verò datus ad negotia potest liberè quomodocumque alium deputare.* At verò Procurator judicialis, nisi fuerit per contestationem litis factus Dominus litis, vel ad rem suam datus sit, vel habuerit a Domino potestatem substituendi, non potest alium substituere. *dicto Cap. 1. de Procurat. in 6. §. Licet autem.* Dicitur autem in rem suam constitui, quoties Dominus actiones suas alicui cedit: & hic mandatum habet agendi nomine Domini cedentis. In tali enim casu est Procurator, quia mandatum habet, & cessis ab alio actiones exercet; & est in re sua, quia commodum suum respicit, & propriam utilitatem. Dicitur fieri Dominus causa Procurator post litis contestationem *l. Neque. l. Quod quis. l. Nulla. C. de Procurat.* quia ipse citari potest, & in ipsum ferri sententia. At hodie non transferri iudicium in Procurator

rem, nec Dominum causæ ipsum fieri, nec in ipsum sententiam ferri, sed nudum ministerium, seu servitium præstare in prosecutione litis suo Clienti, affirmat Van Espen. *part. 3. tit. 6. cap. 3. n. 15. & 17.* quanvis hodie etiam teneantur Procuratores, & causam defendere, & prosequi tanquam si suâ interesset. At verò ubi viget mos, quod ipse citetur, &c. servari debet. Nam in nostro Siciliae Regno, ait Muta in *Capitula. Regis Alphonf. cap. 98. n. 14. & 15.* quod post litem contestatam, quia Procurator factus est Dominus litis, citari potest ut Pars Principalis etiam mortuo Domino, & potest ferri sententia contra ipsum Procuratorem, non obstante quod sit mortuus Dominus. Addo quod Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 26. n. 8.* ait, quod hæc est differentia inter Advocatum, & Procuratorem Judiciale, quod cum Procuratore contrahitur, & Mandati actio in eum competit, quandoquidem litem alterius plerumque absentis prosequendam suscipit. Advocatus autem non constringitur actione Mandati, & etiam præsentis in Judicio Clienti patrocinium præstat. Item Procurator post litem contestatam fit Dominus litis. *Cap. 1. de Procurat. in 6.* & in eum sententia formanda est, non verò Advocato hæc competunt. Ita etiam Mysingerius *Institution. de His per quos agere possumus. §. Procurator. & l. 1. Post principium. ff. de Posbulando.*

16 Dico sextò: Procurator alius est verus, alius falsus. Verus est, qui mandatum legitimum Domini habet: Falsus verò, vel qui mandatum non habet, vel qui habet a non potente mandare: vel habet insufficientis, & impertinens ad negotium, de quo agitur, v. g. si habens generale mandatum agat in causa, in qua requiritur speciale.

17 Dico septimò: Potest quilibet Idoneus ad se obligandum, constituere Procuratorem, seu qui potest

per se agere, potest Procuratorem constituere. *l. 1. ff. de Procurator.* tam in civilibus, quam in criminalibus, nisi quando, ut infra dicitur in Jure habetur, quod debeat quis per se ipsum comparere in judicio. *l. Neque. C. de Procurat.* Unde Minores cum autoritate Curatorum, & Tutorum suorum, si eos habent, non tamen ipsi Tutores, aut Curatores Procuratorem constituunt; nisi fortè Tutor, aut Curator per contestationem litis fuerit factus Dominus litis. *dicta l. Neque. l. Quod quis. & l. Nulla. Cod. eod. tit.*

18 Dico octavo: Nemo tenetur Procuratorem constituere nisi velit. *Cap. Querelam. de Procurat.* ibi: *Cum non possit quis cogi, nisi velit, in generalibus causis Procuratorem constituere.* Quod si aliqua Persona Principalis in causa pecuniaria, si ipse compareret, esset terrori, & Judici, & Parti adversæ, cogitur Procuratorem constituere.

19 Dico nono: Constituere non possunt Procuratorem Minores non habentes Tutorem, aut Curatorem, nisi in actione injuriarum. *l. Filius familias. ff. de Procurat.* Item Excommunicati ad agendum non possunt Procuratorem constituere. *Cap. Finali. de Procurat.* juncta Glossa v. *Additio.* Ad se autem defendendos & possunt, & coguntur dare Procuratorem. *Cap. Intelloximus. de Judiciis.* ubi assignatur ratio, quia si non teneretur Excommunicatus Procuratorem constituere, reportaret commodum de excommunicatione, cum conveniri non posset. Et ideo dicit textus: *Conveniri potest, & debet per alium in judicio respondere, ne videatur de sua malitia commodum reportare.* Denique Banniti, aut capti ab hostibus, nec constituunt Procuratorem. Quavis captivi Actorem possunt constituere. Vallensis *lib. 1. tit. 38. §. 3. n. 4. vers. Tertio, & quarto.*

20 Dico decimo: Quilibet non prohibitus a Jure,

po-

potest fieri Procurator, dummodo procurationē accep-
 tet, sive absens, sive præsens. *Cap. Licet. de Procurat. in*
6. Possunt item duo simul constitui Procuratores, vel
 plures. *Cap. Si duo. de Procurat. in 6.* ita tamen, ut si
 fuerint isti duo, vel plures in una causa constituti sim-
 pliciter, non adjecta Clausula: *& quemlibet in solidum.*
 tunc unus sine altero non potest aliquid agere, nisi in
 causis electionis, vel postulationis, vel provisionis Bene-
 ficii Ecclesiastici exigentibus celeriores expeditionem.
 Si verò fuit addita Clausula: *& quemlibet in soli-*
dum. tunc unus sine altero interesse potest in Iudicio.
 Legi potest Glossa in dictum *Cap. Si duo. verbo Casus.*
 Ubi varios explicat casus, qui evenire possunt, quando
 duo, vel plures sunt simul Procuratores.

21 Dico undecimò: Procuratores non possunt con-
 stitui, ut diximus, Minor 25. annis, nec Mulieres, nisi in
 causa propria, vel Parentum impeditorum, in qua age-
 re in defectu illorum permittitur. *l. Neq; Fœmina. l. Fœ-*
minas. ff. de Procurat. nec Milites in aliena causa. *l. Mi-*
litum. h. Qui stipendia. C. de Procurat. nec Medici, nec
 Servi, nec Muri, nec Surdi, nec Infames pro causis Ec-
 clesiasticis, nec Rei criminis capitalis, nec Excommuni-
 cati. Videatur Vallensis *lib. 1. tit. 38. §. 4. n. 5.* & Pi-
 rhing *lib. 1. tit. 38. a n. 22. usque ad 25.*

22 Dico duodecimò: In causis criminalibus, si pec-
 na pro crimine imponenda non sit pecuniaria, sed Ca-
 pitalis, vel Corporis afflictiva, & major relegatione, non
 admittitur Procurator, sed Reus personaliter compare-
 re debet. *Cap. Veniens. de Accusation. ibi: nec Procurato-*
res ejus in causa possunt recipere criminali. & l. 1. ff. Au-
per alium causa appellat. &c. & de Iure communi, nec
 admittitur Procurator pro Reo criminaliter accusato
 ad eum defendendum; nec pro Accusatore ad agen-
 dum, seu accusandum. Glossa in dictum *Cap. Veniens.*

Criminali. Si autem non agatur criminaliter, sed civiliter de crimine, admittitur Procurator ex parte Rei. Similiter si Reus criminaliter accusatus sit absens, potest per Procuratorem causam suæ absentię defendere *l. 3. C. de Accusat. & Glossa in Cap. Veniens. de Accusat. v. Criminali. prope finem.* Similiter Vir accusans Uxorem de Adulterio ad pœnam sanguinis legalem coram Iudice laico, non potest per Procuratorem accusare. Si verò solum perat divorcium coram Iudice Ecclesiastico, poterit, si adest necessitas, per Procuratorem accusare. *Cap. Tue. de Procurat.*

23 Dico decimotertiò: Quavis Procurator cõstituti possit per nuntiũ, vel per literas, ut diximus, accedente consensu ipsius; tamen hodiè in scriptis apud Notarium publicum debet fieri procuratio, seu mandatum, de quo nisi fidem faciat Procurator, non admittitur ad litigandum. Patet *ex Cap. Alia. de Procurat. ibi: Instruẽtam personam cum mandato legaliter factõ, testiumque subscriptionibus roborato, &c.* Debet igitur Instrumentum, seu mandatum procuratorium continere nomen constituentis, & constituti, & contra quem, & in qua causa, coram quo, & ad quos actus, & quod ratum habiturus sit constituens quidquid constitutus gesserit, & uno verbo servari debet stylus Curię, ubi fit tale Instrumentum. In causis autem, ubi requiritur speciale mandatum, non sufficit generale. Item ad agendum requiritur mandatum; ad defendendum autem aliquem potest quicumque accedere sine mandato Rei, dummodo ipse satis det, seu cautionem præstet de solvendo Iudicatum, & ipse sit persona potens stare in Iudicio, *l. Qui proprio. S. 2. ff. de Procurat. S. Final. Institut. de Satisfat.* quia ad bonum Reipublicę spectat posse absentes etiam ignorantes per quemcunque defendi. Talis autem suscipiens defensionem alicujus sine mandato, non dicitur pro-

propriè Procurator, sed defensor. Fines autem mandati, Procurator excedere non potest; quod si excedat, non nocet Domino constituenti, sed sibi. *l. Diligenter. ff. Mandati. & l. Si Procurator. C. Mandati. & Cap. Per tuas literas. de Arbitris. ibi: Præsertim cum Procurator fines mandati excefferit.*

24 Hinc omnia gesta a Procuratore contra, vel præter fines mandati, irrita sunt. *ex eodem l. Diligenter fines mandati custodiendi sunt. ff. mandati.* Mandans autem tenetur servare indemnem mandatarium, ita ut debeat quidquid ille expenderit, compensare. *jurat. Cap. Cum pro causa. de Procurat. & docet Sylvester, u. Mandatum. quest. 6. Molina de Jusit. disp. 549. & Layman lib. 3. trac. 4. cap. 26. n. 3.*

25 Item in mandato generali non comprehenduntur, quæ indigent speciali mandato, v. g. facere alienationem, transactionem, oppignorationem, Adversario, juramentum deferre. *Cap. Qui ad agendum. de Procurat. in 6. ibi: Procurator quoque absque speciali mandato juramentum deferre, transigere, vel pacisci non potest, nisi in bonorum, vel causa administratio liberè sit concessa.* Unde fiscalis clausula, nimirum *cum libera potestate, &c.* sic posita, poterit Procurator ea agere, quia tale generale mandatum æquiparatur speciali; solum excipitur donare, ad quod requiritur expressio, ut docent communiter *in l. Procurator. §. Si generaliter. ff. de Procurat.*

26 Dico decimoquarto: Expirat mandatum, adeoque officium Procuratoris primo, si a Mandante revocatur, re integra, idest non incepta lite, vel negotio; nam inceptis illis revocari non potest, quoties interest Procuratoris, ut ad finem perducatur lis, vel negotium; & tunc si Mandans paratus sit restituere ea, quæ interest Procuratoris, poterit utique revocari. *§. Recte. Sum. ff. de Mandato.* Secundo: expirat mandatum, si Mandata-

416 *Lib. 3. Pars 1. Cap. 13. De Person. acces. in Iudic.*
 datarius, re integra, renuntiet tempestivè, ut habetur in
 citato loco *Instit. de Mandato*. Tertio morte Mandan-
 tis, si res adhuc est integra: sed non semper morte
 Mandantis, expirat, etiam re integra, quia si manda-
 tum fuerit, ut puellæ dos traderetur, aut Servo liber-
 tas daretur, aut ad causam piam aliquid erogaretur,
 debet executioni mandari, non obstante morte Man-
 dantis. Ita ex variis Juribus, & citatis Doctoribus Lay-
 man *lib. 3. trac. 4. cap. 26. n. 6. versu Tertio*. Et ratio
 est, quia nil naturali æquitati magis consonum est,
 quàm voluntatem, in qua quis moritur, executioni man-
 dare, præsertim in causis piis, in quibus civiles Consti-
 tutiones non officiant, nec præjudicant. Quod si igno-
 rata morte Mandantis, bona fide Procurator executus
 sit mandatum, competit ei Actio mandati; idest potest
 agere, ut expensas factas recipiat. Quarto expirat man-
 datum morte Mandatarii, præsertim si res integra sit;
 & etiam si non sit integra, & persona, quæ mortua est,
 fuerit specialiter electa propter ejus industriam, adhuc
 spirat.

27 Dico decimoquinto: Procurator ad lites tene-
 tur ad restitutionem etiam de culpa levi, imò secundum
 aliquos de levissima, quia censetur habere peritiam Rei
 gerendæ, & obligatur non minus, ac Advocatus fide-
 liter Clienti servire, & omni modo allaborare, ut Clienti
 justitia administraretur; unde in Curiis Ecclesiasticis Pro-
 vinciæ Mechilinensis ait Van Espen *p. 3. tit. 6. cap. 3.*
n. 21. Solent Procuratores Jurare hoc pacto: nec accep-
tabo officium Procuratoris in malis, & injustis causis scien-
ter, & quàm citò mihi constiterit de injustitia causa. in ea
amplius non procurabo, nec petam aliquas dilaciones in
causis meis in gravamen alicujus Partium, sed terminos
meos legaliter servabo; nihilque proponam per me, vel per
alium pro causa protrahenda, vel ad vexandum indebitè
 Ad-

Adversarium. Procurator autem ad negotia, sicut, & ceteri Mandatarii solum obligantur restituere Domino mandanti, quoties intercedit culpa lata, nisi qualitas negotii requireret diligentiam exactissimam. Layman lib. 3. trac. 4. cap. 26. n. 7. *versus Tertium.*

28. Est autem culpa apud Juristas omissio diligentie, unde sequitur aliquod incommodum; apud Theologos culpa est peccatum sive mortale, sive veniale. Culpa igitur Juridica, alia est latissima, alia latior, alia lata, alia levis, alia levissima. Culpa latissima est dolus apertus: latior est dolus presumptus. Dolus autem est quavis calliditas, fallacia, & machinatio ad circumvenendum, fallendum, & decipiendum adhibita. Calliditas fit tacendo: fallacia mentiendo: machinatio arte verborum. Glossa in l. 1. ff. de Dolo. & Doctores communiter apud Lessium *de Injustis lib. 2. cap. 7. dubit. 6. n. 23.* Culpa lata est omissio illius diligentie, quam solent passim adhibere homines ejusdem professionis. Culpa levis, est omissio illius diligentie, quam solent diligentiores illius professionis adhibere. Culpa levissima est omissio diligentie illius, quam solent diligentissimi adhibere. Ita ex Navarro, & Sylvestro, Lessius loco citato.

29. Dixi igitur, quod Procurator judicialis tenetur ad refarcienda damna Clienti suo ex culpa non solum latissima, aut latiore, aut lata, ut est certissimum, sed etiam ex culpa levi, & secundum aliquos ex levissima, nimirum si non adhibuerit in prosecutione litis illam diligentiam, quam solent adhibere Procuratores diligentiores, aut etiam diligentissimi. Scio tantum Lessium eum aliis *lib. 2. de Injustis. cap. 7. dubit. 7. n. 31.* docere, quod quia nemo in sua professione tenetur adhibere diligentiam majorem, quam solent ceteri ejusdem professionis, & conditionis; ideo neque Advocatus, neque Procurator teneantur in conscientia ad resti-

rationem, si contra Clientes causas cadant, quoties non
 praestiterint id, quod diligenter, aut diligenti summi
 Professores praestitissent; dummodo bona fide praestite-
 rint quod solent diligentes, & docti in similibus causis.
 Sed scio etiam ipsum Doctorem. n. 22. limitare hanc do-
 ctrinam, & docere, quod ut beatur etiam ex culpa levi in
 casu, quo quis promitteret se adhibiturum diligentiam
 majorem, quam alii profutendo se esse alijs peritiorum,
 & ideo electum fuisse a Domino, qui peritiorum que-
 rebat. Et item in responsione ad objectionem, dicens,
 quod quis Procurator (id est de Advocato) ex offi-
 cio tenetur, cum salariis accipiat, adeoque ex aliquo
 veluti contractu in utilitatem utriusque, scilicet ipsius
 Procuratoris, & Domini: tenetur adhibere diligentiam
 in officio, majorem, quam reliqui, quia qui ex contractu
 in utilitatem utriusque ad aliquid obligatur, debet di-
 gentiam adhibere majorem, quam reliqui, & ideo di-
 ci potest, quod etiam ex culpa levi obligatur restituere
 Procurator. Atque haec de Procuratoribus. De quibus
 videri possunt omnes, qui in titulos de Procuratoribus
 scribunt.

30 Dico decimosexto: *Quantvis Syndicus, ut dicitur*
in principio, differat a Procuratore proprie dicto, in
hoc, quod Procurator constituitur a proprio Domino
justa l. 1. ff. de Procuratoribus. Syndicus vero, qui Defensori
latine dicitur, constituitur ab Universitate, vel Uni-
versitatis Administratore, v. g. Episcopo, Capitulo,
Prefato Monasterii, ut constat ex Cap. Partis de Procu-
rat. Et Cap. Unico. de Syndico. tamen verum est, quod
Syndicus cum Procuratore confunditur, ut videtur esse
apud Vallem l. 1. sic. 3. p. 1. c. 2. Differt itaque Syndi-
cus proprie dictus ab Administratore Universitatis, quia
hic versatur in administratione pecuniae, Syndicus vero,
in prosequendis libet, & in hoc etiam differt a Curator

re Universitatis, qui negotia eorum judicialia prosequatur, Differt etiam ab Oeconomo Ecclesie, qui hic est defensor Ecclesie, seu dispensator in rebus, quae ipsi traduntur administranda.

31 Dico decimo septimo: Constituitur Syndicus secundum morem consuetum ab omnibus habitibus suffragium in Communitate, non est tamen necesse, ut omnium nomina subscripta sint in Instrumento Syndicatus, sed sufficit si sigillo Universitatis muniatur. Abbas Panormitanus in Cap. Unicum. de Syndico, 5. Potest constitui ex ipsa Universitate, vel extra. Imo in Cap. Unico. de Syndico. dicitur quod Monasterii Syndicus eligatur aliquis extra Monasterium, cui assignetur Salarium, ut Monasterii negotia generaliter gerat, & assignatur ratio his verbis: *expedit iustitia. Et scriptum consonum Sententiae Dei esse quiescenti.* Potest Secularis esse Syndicus Universitatis Ecclesiasticae etiam in negotiis secularibus. Cap. 1. de Procurat. in 6. ubi sic: *Non indiscretè Index censetur egisse, Procuratorem laicum ad negotium, vel defendendum in causis spiritualibus admittendo.* Nec officit quod in Can. In nona. dicitur: *Quod Syndicus, quod Oeconomus Ecclesie, sive Administrator non possit esse laicus, quia ibi est sermo de eo, qui eum in spiritualibus, tum in temporalibus administrat, ut patet in contextu, ibi: Indecorum enim est laicum Vicarium esse Episcopi, & Salarium in Ecclesia judicare.* At Syndicus eorum habet temporarium, non verò spirituum. Denique Syndicus, cum sit persona publica, & vicem Universitatis gerat, non caret de iudicatum solvendo, cum praesumatur Communitas semper esse solvenda, & jurat de calumpnia in animam propriam, non verò Universitatis constituentis. Cap. In pertractandis. de Iuramento Calumnie. in hac, ibi: *In animam jurantis. Unde praecipimus praebari.* Quod ipsum dicitur in Cap. de psonis. et legitur ubi dicitur quod

non ab Abbate, & Fratribus Clarevallis, sed ab Oeco-
nomo Juramento Germanis, si opus fuerit exigatur.
31. Est hinc notandum de Syndico, quod extrat Bulla
Clementis VII. pro Ordine Minorum, quae refert Em-
manuel Rodesevium fo. 2. Privilegium Regis Mendican.
page 349. quae est prima predicti Summi Pontificis, sub
die 17. Aprilis 1526. Pontificatus eius anno 3. & incipit.
Dum consideramus. In ra. 10. Bulla vii. pag. 588. atque con-
firmata est a Paulo IV. in sua prima Bulla, quae incipit
Ex Clementis collect. 10. v. Bull. pag. 727. Per quam Bulla
fuit Syndicus, & Procurator Monasteriorum, & Con-
ventuum Fratrum Minorum Sancti Francisci Regularis
observantiae, & Monialium tertiae Regulae Sancti Fran-
cisci, non possunt comparere, nisi coram Iudicibus Con-
servatoribus Conventuum, & Monasteriorum, quorum
sunt Syndicus in huius causis civilibus, quam etiminali-
bus, & mixtis.

Q U A R T U S.

DE GRAPHARIIS, SEU, NOTARIIS.

Statuatur in Cap. Quoniam. de Probationibus.
ut Jures tam in Iudicio ordinatio, quamq
extra iudicium adhibeat personam publicam, qui hodie
est Magister Notarius, quibet iudicis omnia conscri-
bat, & conservet. *Id est* Citaciones, Dilationes, Recu-
saciones, Excepciones, Perjuraciones, Responsores, & Inter-
rogaciones, Confessiones, Testium Dispositiones, Instrumen-
torum Promotiones, Inventiones, Appellationes, Rean-
taciones, Concusiones, & de ceteris, quae videntur, compe-
tentur Ordine conservanda, sicut de signanda, temporaria, perso-
narum, &c. ex quibus manifestum est Graphiarium, seu Ma-
gistrum Notarium registrare debere puz quibus: istis

non

Judicii sententias tam definitivas, quam interlocutorias, & propria manu subscribere, & in Archivio conservare originales scripturas; Partibus vero copias tradere auctoritate Judicis, ut in eodem Cap. Quoniam subjungitur his verbis: *Et omnia sic conscripta Partibus exhibentur, ita quod originalia penes Scriptores remaneant.*

34. Actis sic conscriptis, & signatis adhibetur plena fides, etiamsi nulli ultra testes adhibeantur. Ita communiter Doctores cum Glossa in dicto Cap. Quoniam. *penes Dicos utros. ibi ex quo etiam scriptura inveniatur in actis publicis, licet non habeat testium subscriptionem, creditur ei.* Notandum tamen est hoc procedere de foliis actis judicialibus, non vero de aliis actis, qui sunt extrajudiciales, aut interuenti in judicialibus, ut etiam ipsa Glossa notavit dicens: *Licet cedatur scriptura Grapharii, seu Tabellarii circa iudicia, tamen circa contractus, non creditur ei, nisi habeat testium subscriptionem.* Monet deinde quod quoniam acta iudicii sine testibus conscribi possunt, tamen si testes haberi possunt, rariis est ut in presentia testium regantur. Verum consuetudini locorum standum est, nam ut notat Van Espen *par. 3. tit. 6. cap. 4. no. 10.* præter fidem ipsius Grapharii, seu Magistri Notarii, seu Secretarii in multis Curis requiritur signatura Judicis, aut sigillum publicum, ut actis plena fides adhibeatur.

§. ULTIMUS.

DE ADVOCATO, ET PROCURATORE

(in Curia Fiscalibus, & Apparitoribus.

35. **E**st in Curis secularibus Advocatus Fiscus, qui causas publicas, & Principis agit, & vocatur Advocatus Fiscalis, quia Fiscus, seu publicus

no patrocinari debet. Item Advocatus Regius vocatur, quia Regis, seu causis Regiis inservit; Ipsi adjungitur Procurator, qui etiam Fiscalis dicitur; sicut in causis privatorum adjungitur Procurator. In Curis etiam Ecclesiasticis, postquam introductus fuit stylus Curie secularis, solent etiam esse Advocatus Fisci, & Promotor, seu Procurator, quorum officium est promovere justitiæ administrationem per hoc, quod iuvigilent in abasibus, & delictis, quæ in Diocesi Episcopi occurrunt, & moneant ipsum Episcopum, & informant, etiam judicialiter agendo contra delinquentes. Atque ideo Advocatus Fiscalis, & Procurator ab Episcopo constituti, (qualitate proprii officii servata) facultatem habent agendi, & promovendi omnes causas ad forum Ecclesiasticum, pertinentes, citandi, & evocandi deprehensos in crimine, vel suspectos, & instandi, ut sententia contra eos delinquentes dentur, & executioni mandentur. Cavere tamen debent, ne quem innocentem in Jus vocent, aut importunè aliquem exagitent: ne defectus occultos Ecclesiasticorum publicent: ne diffament a se accusatos, & inquisitos ante sententiam latam contra eos; sed cum omni rectitudine, & humanitate suum officium exercent, & ne patiantur delinquentes publicos quietè vivere propter lucrum ab ipsis reportatum.

36. *Manus hoc Advocati Fiscalis in Curis Ecclesiasticis, sicut etiam Procuratoris non solet committi, nisi Sacerdotibus, aut saltem sacris initiatis, ut declarat Concilium Turonense anno 1583. apud Van Espen par. 3. tit. 6. cap. 5. n. 26. ubi testatur hoc esse praxim Regni Gallix; & certè in nostra Curia Archiepiscopali Panormitana Advocatus Fiscalis est persona Ecclesiastica etiam in Canonicali dignitate constituta; Atque hoc ne sequatur Innocentium oppressio, & causarum protractio, & salariorum extensio, quæ omnia si laicis per-*

per-

personis officium illud traderetur, timeri possent.

37 Utitur etiam Curia Ecclesiastica suis Apparitoribus ad exemplum Curie secularis, qui ea, quæ in iudiciis agenda sunt, nuntiant Partibus, litigatores citant, & mandata, atque sententias Episcopi exequuntur. Debent hi Apparitores cavere, ne pactiones cum Partibus, vel eorum Procuratoribus faciant pro causis differendis, & item curare debent, ut referant Procuratori Fiscali excessus Subditorum, quos viderint, aut audierint.

38 Hinc asserenti Apparitori a se aliquem citatum: vel se executioni mandasse quæ Judex precepit: plena fides adhibetur. juxta Glossam in Cap. Cum Ravati. de Appellat. vers. Suis Nuncios. ubi sic: Nuntio tamen publico jurato fideliter exequenti officium suum, bene creditur circa citationes: non verò circa alia non pertinentia ad officium suum. Quod si quis Apparitor falsam relationem fecisse probetur, punitur graviter. Gravissimè tamen puniuntur, qui verbo, aut factò executionem de mandato Judicis Apparitori impediunt. Hæc de iudiciis tetigisse pro nostris Institutionibus satis sit. Plenè de iis scribit Sigismundus Scarzia, & ex nostris Henricus Pirhing: toto libro. 2. Decretalium. & lib. 1. tit. 37. & 38. ubi: de Procuratoribus, & Advocatis usque in finem Libri.

Finis prima Partis Libri Tertii.

Very faint, illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

Very faint, illegible text in the middle section of the page.

Very faint text located at the bottom of the page, possibly a signature or footer.

I N D E X

CAPITUM, PARAGRAPHORUM, ET QUÆSTIONUM.

PARTIS PRIMÆ LIBRI TERTII.

P ART. pagina 1.	Quæstio 2. Qui possunt esse
CAPUT 1. Quid, & quæplex	Compromissarii? 30.
fit Judicium. 2.	Quæstio 3. In quibus causis
§. 1. <i>Unica de Personis inter-</i>	possit compromitti? 31.
venientibus ad Judi-	Quæstio 4. <i>Quandiu daret</i>
cium. 6.	potestas Arbitrorum, &
CAPUT 2. <i>de Judice.</i> 7.	quem effectum habeat co-
§. 1. <i>Quid, & quæplex fit</i>	rum sententia? 32.
Jurisdittio. 7.	§. 5. <i>de his, qui non possunt</i>
§. 2. <i>de Judice Ordinario.</i> 11.	esse Judices, nec Arbit-
Quæstio 1. <i>Quando man-</i>	ri. 33.
consenda fit Jurisdittio	§. 6. <i>Qui fit Judex Compe-</i>
Ordinaria, nec ne? 13.	trus? 35.
Quæstio 2. <i>Quibus modis fi-</i>	CAPUT 3. <i>de Judice Conser-</i>
niatur ordinaria Jurisdi-	vatore Regularium. 39.
ctio. 14.	§. 1. <i>Que servanda sunt in</i>
§. 3. <i>de Judice Delegato</i> 15.	electione Judicis Conser-
Quæstio 1. <i>Quinam delega-</i>	vatoris Regularium. 40.
re possint, aut subdelega-	§. 2. <i>Resolvuntur varie que-</i>
re? 16.	stiones de electione Con-
Quæstio 2. <i>Quinam delega-</i>	servatoris. 43.
ri possint, vel non? 19.	§. 3. <i>de Jurisdittione Conser-</i>
§. 4. <i>de Judice Arbitrario,</i>	vatoris Regularium. 45.
seu de Arbitro. 27.	CAPUT 4. <i>de Obligationibus</i>
Quæstio 1. <i>Quo pacto fieri</i>	Judicis. 52.
possit Compromissum? 29.	§. 1. <i>Ad quid teneatur Ju-</i>

- dex quoad se 52. §. 1. Proponitur status quæ-
 §. 2. Ad quid teneatur Iu- stionis. 81.
 dex quoad alios. 53. §. 2. Statuitur licitum esse
 Quæstio 1. Utrum Iudex cuiquam sequi alienam
 possit damnare eum, quem opinionem probabilem mi-
 scit esse innocentem, si se- nus tutam, non obstante
 cundum acta, et probata opinione iudicet sibi pro-
 censetur Reus? 55. babiliore. 84.
 Quæstio 2. Utrum possit Iu- §. 3. Probatur prima conclusio
 dex punire mortem Reum, nostra ratione posita
 quem scit esse delinquentem, ex autoritate Doctorum
 sed in iudicio probatur illam sustentantium. 87.
 Innoxens? 66. §. 4. Affertur secunda ratio
 Quæstio 3. Utrum Iudex pro nostra conclusione. 91.
 possit in iudicando sequi §. 5. Affertur tertia ratio
 opinionem probabilem in pro nostra conclusione. 93.
 casu probabilioris? 62. §. 6. Ostenditur Intellectum
 Articulus 1. Quid, et cur non debere manere dubium
 prohibeatur in prædicta quoties rationes pro duobus
 propositione? 68. opinionibus oppositis,
 Articulus 2. Quid faciet Iu- ipsi videantur æquales, sed
 dex, si opiniones, secundum posse adherere utrilibet
 quas iudicare debet, ex illis, atque ideo opinari.
 videantur ipsi æque proba- 99.
 biles? 73. §. 7. Ostenduntur non firma
 Articulus 3. An etiam in Adversariorum fundamenta.
 causis criminalibus teneantur 104.
 Iudex sententiarum §. 8. Ostenditur Adversarios
 secundum opinionem probabilem non obistere intentum
 vitandi duo extrema nimie
 Carvæ 5. Digressio Theologica, De recto usu opinionis indulgentiæ, et nimie
 probabilis in casu probabilioris tunc Severitatis, sed patens nos
 vitare extremum nimie
 Indulgentiæ, ipsos autem inci-

PARAGRAPHOR. ET QUÆSTIONUM. 227

- incidere in extremum nimie Severitatis. 107.
- S. 9. Respondetur argumento præcipuo Adversariorum. 110.
- S. 10. Eneruatur primum principium sententiæ oppositæ. 115.
- S. 11. Eneruatur secundum principium oppositæ sententiæ. 121.
- S. 12. Formatur ex dictis ultimum argumentum pro nostra conclusione. 126.
- S. 13. Non est eneruatum fundamentum a priori nostræ doctrinæ per Decretam Innocentii XI. 131.
- S. 14. Non soluitur argumentum Patris Gardenas per responsionem, quæ affertur ab Adversario. 134.
- S. 15. Falsum ostenditur non posse hunc doctum respondere Consulenti secundam opinionem minus tutam probabilem alienam. 141.
- S. 16. Non solvuntur ab Adversariis argumenta Magistri Bartholomæi de Medina pro nostra Conclusionem. 142.

- S. 17. Neque solvitur secunda ratio Medina. 148.
- S. 18. Neque soluta est ratio tertia Medina pro nostra Conclusionem. 151.
- S. 19. Responsiones argumentis Patris Thoma Sanchez pro nostra conclusione ostenduntur inutiles. 154.
- S. 20. Manet firmum argumentum petitam ab obligatione obediendi Superiori precipienti aliquid, quod Subdito videtur probabilius, quod sit illicitum. 156.
- S. 21. Refutantur responsiones datæ argumentis Patris Antonii Terilli pro nostra Conclusionem. 158.
- S. 22. Impugnatur ratio quasi a priori, quæ Adversarii probant peccare formaliter eum, qui putans licitum esse sequi opinionem minus tutam in occursum probabilioris tutioris, juxta illam operatur. 163.
- S. 23. Deteguntur inutilia, quæ dicuntur contra argumentum de Lege non promulgata sufficienter, quoties habetur opinio probabilis favens libertati.

- tati. 166.
- §. 24. Argumentum reflexum pra nostra opinione in suo robore manet. 168.
- §. 25. Refutantur illusiones factae ab Adversariis contra nostram Conclusionem. 170.
- §. Ultimus. Conclusio ex diffis. 172.
- CAPUT 6. de Ordine Iuris servando a Iudice. 175.
- §. 1. Quot modis Iudex procedat in criminalibus. 176.
- §. 2. Quotuplex sit Inquisitio. 177.
- §. 3. de Inquisitione specialii. 180.
- §. 4. de Indiciis sufficientibus ad Inquisitionem specialem, vel ad Torturam. 184.
- Quaestio 1. Utram Iudicibus Christianis sit licitus usus Torturae. 189.
- Quaestio 2. An possit Reus seipsum torqueri? 193.
- Quaestio 3. Utram possit Reus damnari ex medicis indubitatim? 194.
- Quaestio 4. Quando non confessio sit extorta, adeoque nulla? 195.
- §. 5. De modo, quo procedere debet Iudex Regularis in causis criminalibus Religiosorum. 198.
- Paradigma formula Iudiciaria. 207.
- CAPUT 7. de Accusatione.
- §. 1. Quid, et quatuorplex sit Accusatio, et Denunciatio. 211.
- §. 2. Qui possit accusare, et judicialiter denunciare, vel accusari. 220.
- Quaestio 1. Utrum ab Accusatore, vel Denunciatore praemitti debeat fratrum munus? 224.
- Quaestio 2. An Accusator possit desistere ab accusatione incepta, et an Iudex possit accusationem revocare? 226.
- Quaestio 3. Utrum Monachi possint accusare Abbatem? 227.
- Quaestio 4. Utrum accusatio fieri possit per Procuratorem, aut accusari absens, et quomodo procedendum contra absentem contumacem? 229.
- §. 3. De Effectibus Accusationis sive in Reo, sive in Accusatore. 232.
- §. 4. De Modis, quibus tollitur,

PARAGRAPHOR ET QUESTIONUM. 429

licon, non extinguitur Ac-
resatio criminalis. 234.

CAPUT 8. De Reco. 235.

S. 1. de Veritate dicenda a
Reo. 235.

S. 2. Digressio de Restrictio-
ne mentali. 240.

S. 3. Explicantur reliqua
questiones de Reco. 251.

CAPUT 9. De Testibus, &
Probationibus. 254.

S. 1. De numero Testium qui
requiruntur ad plenam
probationem. 254.

S. 2. de Testibus idoneis, vel
impro. 256.

S. 3. De his, qui possunt, vel
non, cogi ad dicendum te-
stimonium. 261.

S. 4. de Purgatione Consci-
entiae, & Negari. 265.

CAPUT 10. De Modis proce-
dendi in civilibus. 269.

S. 1. Quid, & quomodo sit
Civitas. 269.

S. 2. de Requisitis ad legiti-
mam Citationem. 271.

S. 3. de Executione, & Ef-
fectu Citationis. 273.

S. 4. de Libellihabitatione. 274.

Quaestio 1. Quid continere
debeat Libellus Conven-
tionalis? 275.

Quaestio 2. Utrum possit Li-

bellus mutari, vel emen-
dari? 277.

S. 5. de Mutuis petitionibus,
sive de Recoventione. 278.

S. 6. de Litis contestatio-
ne. 282.

S. 7. de Exceptionibus. 284.

S. 8. de Praescriptionibus,
289.

Quaestio. Utrum Quam, & C.
quirantur ad Usucapio-
nem, & Praescriptionem?
289.

S. 9. de Iuramento calum-
niae. 294.

S. 10. de Dilationibus. 296.

S. 11. de Feriis. 301.

S. 12. de Ordine Cognicio-
num. 305.

S. 13. de Plur. petitionib. 308.

S. 14. de Causa proprietatis,
& possessionis. 310.

S. 15. de Restitutione Spo-
liatorum. 314.

S. 16. de Bonis, qui mittuntur
in possessionem rei servan-
de causa. 319.

S. 17. de Probatione per In-
strumenta. 322.

S. 18. de Differentia in pro-
bando inter publica, &
privata Instrumenta. 326.

S. 19. Quomodo, et qua iter,
et cui produci debeant In-
stru-

- Frumenta.* 329.
- S. 20. de Juramento supplementorio. 332.
- CAPUT II. De Sententia Iudicis. 334.
- S. 1. Quid, & quotuplex sit sententia. 334.
- S. 2. Quomodo, & qualiter ferenda sit sententia. 336.
- S. 3. Quia faciet Iudex cognoscens se errasse in Iudicio. 341.
- S. 4. Quandonam sententia transeat in rem iudicatam, vel non? 343.
- CAPUT II. De Appellationibus. 347.
- S. 1. Quid, & quotuplex sit Appellatio. 348.
- S. 2. de Iis, qui possunt appellare. 349.
- Quaestio Unica: Utrum Excommunicatus possit, non obtenta absolutione saltem ad cautellam, appellare? 351.
- S. 3. de Iis, qui non possunt appellare. 357.
- S. 4. de Sententiis, & Actibus, a quibus appellare conceditur. 359.
- S. 5. de Iudice coram quo, & a quo appelletur. 368.
- S. 6. de Iudice ad quem fiat Appellatio. 370.
- S. 7. Notanda circa appellationem, & omisso medio, ad Papam. 373.
- S. 8. de Temporibus interponenda Appellationis, seu de Fatalibus. 377.
- S. 9. de Forma, & Effectibus Appellationis. 387.
- S. 10. de Recusationibus. 389.
- S. 11. de Relationibus. 394.
- S. 12. de Revisione, & Reformatione sententiae. 396.
- S. 13. de In integrum Restitutione. 398.
- CAPUT III. de Personis Accessoriis in Iudicio, seu de Ministris Curiae Ecclesiasticae. 404.
- S. 1. de Assessore. 404.
- S. 2. de Advocato. 406.
- S. 3. de Procuratore, & Syndico. 408.
- S. 4. de Graphariis, seu Notariis. 420.
- S. Ultimus. de Advocato, & Procuratore fiscalibus, & Apparitoribus. 421.

I N D E X

RERUM PRÆCIPUARUM,

Quæ in hac Prima Parte Tertii Libri continentur.

Prior numerus decorat Caput; Secundus est Marginalis, qui progreditur per totum Caput.

Ubi eorum tantum numerus ponitur, est marginalis sub præcitate Capite.

Absens contumax. *vide* Reus. Absolutio qd. *Carceribus*, vel ad Reincidentiam non potest dari, nisi ab eo, qui potest simpliciter absolvere.

Cap. 12. n. 13. Absolutio quando indigeat excommunicatus appellans. *vide* Excommunicatus.

Accusare quando possit Clerici laicos, vel laici Clericos. *Cap. 7. n. 6.* Pupilli. 7. Mulieres. 8. Accusare non possunt Infames, 9. Excommunicati. 10. & Alii. 11. 12. & 13. *vide* Monachi.

Accusari non possunt aliqui. *Cap. 7. n. 14.*

Accusatio quid, & quotuplex. *Cap. 7. n. 1.* Forma accusationis. 4. per Procuratorem. *vide* Procurator. Finitur criminalis Accusatio criminis transeuntis per prescriptionem viginti annorum. 34. per mortem Accusatoris ante datam sententiam. 35. per mortem Rei, sed cum aliquibus limitationibus. 36. quando possit

a Ju-

- * Judice repell. 19.
 Accusator quando possit ab accusatione desistere, vel non. *Cap. 7. n. 17. 18. & 19.* Calumniosus quomodo puniendus. 33.
 Accusatus convictus puniendus. *Cap. 7. n. 29.* promoveri non potest ad Ordines, nec ad Dignitates, pendente accusatione. 30. & 31. etiam si innocens sit, non tenet promotio ad dignitatem, nisi declareretur Accusatorem processisse ad impediendam illam. 32.
 Advocatus qui sit, & qualis debeat esse. *Cap. 13. n. 5. & 6.* qui esse non possit. 7. ad quid teneatur. 8. si causam dubiam suscipit defendendam, & postea in decursu videri esse iniquam, ad quid teneatur. 9. & 10. *vide* Culpa juridica.
 Advoc. Fisc. qui sit. *Cap. 13. n. 35.* & quod ejus officium. 36.
 Alienatio facta Judicii mutandi causâ. *vide* Restitutio in integrum.
 Antiprobabiliter. *vide* Probabiliter.
 Apostoli qui dicantur, & infra quod tempus peti, & presentari debeant. *Cap. 12. n. 43. & 54.*
 Apparitor qui sit, & quod ejus Officium. *Cap. 13. n. 37.* ei affirmanti se executum fuisse præceptum Judicis, creditur. 38.
 Appellare potest quicumque gravatus. *Cap. 12. n. 5. & 7.* si causa est communis, appellare uno, vel pro alio. 6. Excommunicatus appellare potest. 8. *vide* Excommunicatus. Non appellans a sententia injusta, siue sit in causa civili, siue criminali, non peccat. *Cap. 11. n. 23.*
 Appellare non possunt damnatus ob contumaciam: *Cap. 12. n. 17.* qui sententiam approbavit: 18. qui noluit deferre appellationi sui Adversarii in eadem causa: 19. Confessus, & convictus. 20. & 21. nec appellare permittitur pluribus aliis. *n. n. 30. usque ad 35.*
 Appel-

Appellatio a Judice Conservatore Regularium quando
 dicitur. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

pam appellatio, sed in casibus committuntur *causa*
ab ipso Papa Regnicolis. 55. 56. 57. & *sequent.*

Appellationis effectus. *vide Effectus.*

Appellationis tempus. *vide Fatalia.* Forma appellationis. 77. & *sequent.* *vide Forma.*

Arbiter qui sit. *Cap. 2. n. 43. & 44.* quotuplex. 45. & 46. *vide Compromissum.* Eius potestas, quantum, & quantumdiu duret. 53. Ab ejus sententia non appellatur. 54. Ab officio Arbitri qui excludantur. 55. & 56. Contra controversia inter Episcopum, & Conservatorem Regularium dirimenda ab Arbitris. *Cap. 3. n. 24.*

Affessor qui sit in genere. *Cap. 13. n. 1.* qui sit in Curia Ecclesiastica. 2. & quale assumere possint Episcopi. 3.

Attentata quae dicantur. *Cap. 12. n. 80. & 84.*

Benedictini. *vide Monachi.* *vide Canonici.*

Beneficii causa post latam sententiam, & elepsum de-

re succedendi, non transit in rem judicatum, in prejudi-

ficium Ecclesiae, vel Superioris, sed in prejudicium

Patris. *Cap. 11. n. 72.*

Canonici Cathedralis Mogregalensis sunt Monachi

Benedictini, non vero Presbyteri seculares illius Ec-

clesiae. *Cap. 2. n. 35. 36. & 38.* & possunt esse Dele-

gati Papae ipsi Monachi. 34. *vide Regulae.*

Causa probabilior quae sit. *vide Judicare.*

Causa, a qua dependet alia, prius cogitoscitur. *Cap. 10.*

n. 84. *vide Judicialis de statu personae.* semper praemit-

titur. 85. *vide Agnoscere nomine.* Spolia si obijdia-

tae Spolia per modum exceptionis, prius de hac

causa. *vide Spolia.*

Spolia per modum exceptionis, prius de hac

causa. *vide Spolia.*

Spolia per modum exceptionis, prius de hac

causa. *vide Spolia.*

Exceptionis cognoscitur: si per modum Actiois, non prius: 87.

Causa possessionis, & proprietatis, quæ sint. Cap. 10. n. 92. & 93. De re spirituali quando possit, vel non, coram Laico fieri: 94. 95. & 96. Coram eodem iudice faciendæ causæ Possessionis, & Proprietatis, si Litigantes sint ejusdem Fori: 97. potest emulari: 98.

Citatio quæ sit. Cap. 10. n. 1. & 2. Realis, & Verbalis. 3. Peremptoria, & Simplex. 4. Juris, & Hominis. 5. Ut sit legitima, plura requiruntur: 6. & sequitur Citations effectus plures: 7. 8. 9. & sequitur A quo fieri possit: 8. An possit die feriato: 76. 77.

Compromissum quo pacto fieri possit. Cap. 10. n. 47. in unum, vel plures. 49. si tres fuerint Compromissarii, prævalet sententia duorum. 50. fieri non potest in aliquibus causis. 51.

Confessarius potest sequi opinionem probabilem Penitentis. Cap. 5. n. 110. Interrogatus de crimine audito in Confessione, potest sine mendacio dicere: sed illud nescire. Cap. 8. n. 26. vide Sigillum.

Confessio extracta a Reo: vide Tortura.

Conservator Regularium. Cap. 3. n. 1. & 2. quomodo, & qualis eligendus. 3. & 5. electionis instrumentum tradi debet Curie Episcopali. 6. Regularis, qui sit iudex Synodalis, potest esse Conservator: 7. non vero Superiores Societatis Jesu, neque Guardiani Franciscani. 8. Idem in eadem Diocesi potest esse Conservator plurium Monasteriorum. 9. Aliquando potest eligi extra Diocesim. 10. Electus in Conservatore, debet acceptare. 11. durante quinquennio non potest mutari. 12. eo elapso, adhuc potest durare. 13. Substituere potest alium, & quo modo. 14. Salarium, & Manera non potest accipere. 17. nisi quædam osculenta, & poculenta. *ibidem. Versu Insuper.* Si in aliis,

quodam innotentis injurijs se immisceat, suspenditur.

19. Affectore, & Notario quomodo possit uti, 17, &

28. Eius Jurisdicatio, vide Jurisdicatio Conservatoris.

Consilium dare potest Vir doctus juxta opinionem probabilem minus rotam. cap. 5. n. 93. 94. & sequens.

Contestatio litis, que fit, cap. 109. 110. 35. & 36. coram

Jurice faciendâ, 37. per quosactus non dicatur fieri.

38. & 39. vide n. 1. & 2. in sup. quibus

Crimea occultum non tenetur interrogatus manifestare

Judici, cap. 6. n. 5. aliquoties tenetur, & iniqua, in

Culpa juridica, levis, levissima, lata, lapsa, latissima.

cap. 13. n. 28. qualem obligationem pariant in com-

mittente Procuratore, aut Advocato. 29. in quo no-

struuntur quodammodo innotentis injurijs se immisceat, suspenditur.

ubi tenetur interrogatus manifestare, & iniqua, in

Culpa juridica, levis, levissima, lata, lapsa, latissima.

cap. 13. n. 28. qualem obligationem pariant in com-

mittente Procuratore, aut Advocato. 29. in quo no-

struuntur quodammodo innotentis injurijs se immisceat, suspenditur.

ubi tenetur interrogatus manifestare, & iniqua, in

Culpa juridica, levis, levissima, lata, lapsa, latissima.

cap. 13. n. 28. qualem obligationem pariant in com-

mittente Procuratore, aut Advocato. 29. in quo no-

struuntur quodammodo innotentis injurijs se immisceat, suspenditur.

ubi tenetur interrogatus manifestare, & iniqua, in

Culpa juridica, levis, levissima, lata, lapsa, latissima.

cap. 13. n. 28. qualem obligationem pariant in com-

mittente Procuratore, aut Advocato. 29. in quo no-

struuntur quodammodo innotentis injurijs se immisceat, suspenditur.

ubi tenetur interrogatus manifestare, & iniqua, in

Culpa juridica, levis, levissima, lata, lapsa, latissima.

cap. 13. n. 28. qualem obligationem pariant in com-

mittente Procuratore, aut Advocato. 29. in quo no-

struuntur quodammodo innotentis injurijs se immisceat, suspenditur.

ubi tenetur interrogatus manifestare, & iniqua, in

Culpa juridica, levis, levissima, lata, lapsa, latissima.

cap. 13. n. 28. qualem obligationem pariant in com-

Derectum Judicis, primum, & secundum, quid sit, cap. 109. 110. per quod mittitur Actor in possessionem bonorum Rei absentis 311. vide, Reus absens contumax.

Denunciatio quotuplex, cap. 70. 71. & 3. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Delegatus Judex qui fit, cap. 2. n. 20. quotuplex, 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

A quo constitui possit, 24. & sequens: Si a Prin-

cipe supremo constituatur, subdelegare potest, 25. &

26. si ob industriam personæ suæ, aut ab ejus Digni-

tatem constitutus, non potest subdelegare, 27. neque

si habeat nudum ministerium, ibidem, neque Subdele-

gato tribuere potest potestatem subdelegandi, 28. si

duobus facta sit Delegatio, ita ut unus sine altero

possit cognoscere, impeditur potest subdelegare, 29.

Delegatus ab Inferioribus Principibus non potest

subdelegare, nisi habeat speciale mandatum, 30. Po-

test alicui causæ partem committere, si est Delegatus

ad universitatē causarum in aliquo loco, ibidem, si ve-

- non ad unam causam sententiam quilibet articulum iustif-
 - icationis potest aliter committere. 31. Delegati
 - etas. 32. qualitates in Delegato Papæ 33. in Dele-
 - gato aliorum. 40. & sequent. Delegatus Papæ potest
 - officium alius Professus in Cathedrali Regulari 34.
 - vide. Mosach. vel Canonici sumi. 01. 02. 03.
 Delinquens remitti debet a Iudice loci, in quo est, ad
 - iudicium loci delicti. cap. 2. n. 65. ut fiat talis Remis-
 - sio, multa requiruntur. 66. 67. & 68.
 Diffinitio conscientie. vide. Iudicium primum.
 Dilatio que fit, & quatuorplex. cap. 10. n. 59. & 60.
 - quando peti debeat, & qui concedi a Iudice. 61. 62.
 - & sequent.
 Dubius intellectus non debet necessario manere videns
 - duas opiniones que probabiles. cap. 5. n. 35. & se-
 - quent. & n. 46. 47. & 48. In dubiis tutior pars est
 eligenda, & quomodo hoc intelligatur. 31. & sequent.
 vide. Eucharistia.

E

Effectus Appellationis primus, ut nihil innovetur a
 - iudice qui est Effectus devolutivus. Secundus est su-
 - spensivus. cap. 32. n. 80. 81. & 82. Differentia quo ad
 - effectus Appellationis Judicialis, & extrajudicialis.
 - n. 83. 84. 85. Autem. Uterque effectus cautatur per
 - Appellationem de nullitate excommunicationis, de
 - iniustitia vero solus devolutivus. 16
 - Error in sententia Iudicis. vide. Sententia.
 Eucharistia sumi potest ab eo qui opinatur probabili-
 - ter non fuisse diaram mediam noctem, quando come-
 - dit. cap. 5. n. 33. & sequent.
 - Exceptio que fit. cap. 10. n. 49. Facti, & Juris. ibidem.
 - Dilatoria, & Preemptoria. 41. quatuorplex dilatoria.
 - 42. & 43.

INDEX RERUM

43. quando proponi debeat dilatoriam 44. quando peremptoria 45. Exceptio Actoris dicitur Replicatio, & Rei contra Replicationem, duplicatio &c. 46. Excommunicatio nulla, vel injusta ex variis Capitibus. cap. 12. n. 10. Injusta potest esse valida *ibidem* & n. 13. Excommunicatus appellans de nullitate non indiget Absolutione, ut audiatur. Appellans, verò de Injustitia, absolvi debet saltem ad cautelam, vobat Reincti sententiam, ut audiatur. cap. 12. n. 9. & 11. & sequentia. vide. Effectus Appellationis. Ut ferat testimonium, urgente necessitate, absolvi potest a quocunque ex concessione Juris. n. 12. *verse*. Circa. Executor sententiae, quam certo scit esse iniquam, peccat, non vero si dubitet, aut probabiliter credat esse iniquam. cap. 4. n. 20.

F

Fatalia sunt tria tempora interponenda, & prosequenda appellationis. cap. 12. n. 61. 63. & 65. Causa, propter quas datur biennium ad prosequendam appellationem. 66. & 67. Suspendi possunt Fatalia ex mutuo consensu Partium. 68. imò prorogari 70. & sequent. Differri etiam potest tempus prosequendae appellationis ex parte Judicis ad quem. 74. ex Facto Tertij. 75. ex casu fortuito. 76. Ferie solennes, & extraordinariae. cap. 10. n. 71. In die feriato actus judicialis prohibetur. 72. non verò actus Jurisdictionis voluntariae. 73. nec illi, quos Pietas, aut Necessitas postulat. *ibidem*. nec captura Rei facinorosi publici. 80. Nullus morte puniri potest die festo. *ibidem*. Qui Actus fieri possint, vel non, die feriato. 74. For-

Forma appellationis, vel viva voce, vel in scriptis qua
fit, & quomodo facienda. cap. 14. n. 77. 78. 79. 80.

G

Graphiarum, seu Notariorum qui sic, & quod eius of-
ficium. cap. 131. n. 33. eius Actus, qui sicut adhibea-
ntur. 34.

Impunitas Reo promissa, quando scryatida. cap. 6. n. 45.

Indicia quae iudicia ad 1. n. 15. sufficientia ad Inqui-
sitionem mixtam. 7. Ad Inquisitionem spoliatam. 6.

Ad Torcuram. 17. 18. & sequens Indubitata non
sufficiunt ad poenam lossariam. 17. Sust. casus in
8 quibus ex iudiciis indubitis damnatur Reus poena

ordinaria. 18. In eo sicut q. auditionem audis animo
Innocens cognitus a iudice, & probatus Reus videtur ju-

dicare quod non habet m. adonq. non habet, m. in q. 6. 7. 8.

Inquisitio, quomodo. cap. 6. n. 1. quid requiritur ad In-

quisitionem, & generaliter, & quid ad v. p. en. d. l. 1. & 2.
in q. 1. Casus, in quibus, nulla procedit inquisitio,

in q. 1. potest inquisitio. 1. & sequens. adonq. sicut in

Insumentum quod sit. cap. 10. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

In

Judex Ecclesiasticus potest cognoscere causas laicorum, non verò laicus Ecclesiasticorum, nisi in aliquibus casibus. cap. 1. n. 4.

Judex quid sit. cap. 2. n. 1. ejus officium Nobile, & me-
-le enriam, p. 6. & n. 1. cap. 2. n. 1. v. 1. Godinatus; De
-teguens; Ab hup, sco Compromissarius; Qui non po-
-telt esse Judex. 55. & 57. qui verò possit in propria
-causa. 58. qui sit competens. 59. quot modis sit com-
-petens ratione Jurisdictionis. 60. & sequent. vide. Ju-
-risdictio. Quomodo procedat in Criminalibus. cap. 1.
-n. 1. vide. Impastrius Denunciatio; Accusatio; Judge

Confecyator Regularium. vide. Conservator; Judex
-Regularis. vide. Regularis. Judex, qui erravit in ju-
-dicio habet iuram. Restentia. Judicis obligationes. v. 1. 1.
-Obligatio est in ac iudicandi. A. v. 1. maximum non in

Judicare debet Judex secundum allegata, & probata,
-nisi non tamen edam nare potest Innocentem cognatum
-in rebus & p. 1. v. 1. p. 1. v. 1. In iudicio civilibus, &
-criminalibus minoribus potest contra conscientiam pri-
-vata in senectute & obidit, & iudicium in p. 1. v. 1. Reum

certò cognitum, sed non probatum damnare non po-
-telt nisi in p. 1. v. 1. p. 1. v. 1. Judicare secundum opinionem
-probabilem quò in questione facta, sic juris relicta
-probabilior, non potest, & in p. 1. v. 1. p. 1. v. 1. Quae autem
-sit causa probabilior ex tribus capitulis dignoscitur.

1. Si etiam in causis criminalibus, si quis habeat iudex
-i probabilior. cap. 46. & sequent. Si opiniones Judicis vi-
-derentur inaequales, debet componere. Partes, aut rem
-dividere. p. 1. v. 1. p. 1. v. 1. p. 1. v. 1. p. 1. v. 1. p. 1. v. 1.

Judicium quid sit, & quibus dicitur complex, cap. 3. n. 1. v. 1.
-ad n. 1. Personae intervenientes. vide. Personae. & c.

Judicium praesumptio pro suspitione, ex aliis opinio-
-ne, quomodo formetur. cap. 5. n. 1. 55. 56. n. 1. 3.
-ni Ju-

- Judicium non de veritate opinionis in se, sed de ejus probabilitate, requiritur ad operandum 53. 54. & 70.
- Judicium proprium non est bona Regula. cap. 5. n. 57. sed potest intellectus relicto eo, acquiescere aliorum judicis: *ibidem*.
- Juramentum a Reo exigere potest, & quale sit. cap. 8. n. 15. *in medio*. Juramentum calumniae, & malitiae qualia sint, & in quo differant. cap. 10. n. 56. quibus modis, & quando exigenda. *ibidem*. & 57. & 58. Juramentum suppletorium quando exigere potest 132. et 133.
- Jurisdictio quid sit, & quatuorplex. cap. 2. n. 1. et sequent. ordinata unde sit. 10. et sequent. & unde cognoscatur. 15. quibus modis finiatur. 16. et sequent. In alios habetur ratione Domicilii: 60. ratione contractus: 63. ratione delicti: 64. et sequent. *vide*: Delinquens, ratione studii: 69. ratione consensus Partium: 70. & ratione privilegii: 71. Non amittitur a Judice propter ejus peccatum. cap. 4. n. 1.
- Jurisdictio Judicis Conservatoris Regularium est in utilitatem ipsorum. cap. 3. n. 16. & in casu quo sunt conventi, non verò si sunt Actores. 26. nec in causis judicialem indaginem requirentibus, sed solum in injuriis manifestis Regularium. 19. & etiã inferendis. 22. Suspenditur Conservator si in aliis se immiscet. 19. & 20. si dubium est de notorietate Injuriae, poterit Conservator de ea cognoscere, & manifestã inventã, procedere. 21. potest censuras ferre contra Injuriantes, non verò punire. 16. & 23. cognoscit in causa inter duos Procuratores Religiosos. 27. Jurisdictio Subconservatoris. *vide* Subconservator.

L

Libellus civilis, seu conventionalis, & criminalis.

K k k

cap.

cap. 18. n. 13. coram quo Judice offeratur. 14. Obscurus repellitur. 15. Alternativus in Istories sustinetur. 16. quid continere debeat. 17. in Actione reali est exprimenda causa proxima, in personali, remoti. 19. mutari potest ante litem contestationem, non verò post. 23.

Litis contestatio. *vide* Contestatio.

M

Mandatum generale non comprehendit ea, quæ indigent speciali mandato. *cap. 13. n. 23. et 25.* quando mandatum expiret, adeoque Procuratoris officium. 26. quomodo faciendum mandatum. 23.

Matrimonium validum si declaretur nullum, & e contra: non transit talis sententia in rem judicatam. *cap. 11. n. 23.* In causa divortii transit sententia in rem judicatam in odium nocentis, non verò in iis, quæ sunt in favorem Innocentis conjugis. 24.

Ministri Justitiæ si cerò sciunt sententiam Judicis esse iniquam, non possunt exequi, si verò dubitant, aut opinantur, possunt. *cap. 4. n. 20.*

Missio in possessionem rei servandæ causâ. *cap. 10. n. 110.* quando non faciendâ. 114.

Monachi Benedictini in Cathedrali Montregalensi, sunt verè Canonici, & possunt esse Delegati Papæ. *cap. 2. n. 34. 35. 38. et 39.* Monachi possunt Abbatem accusare, & Monasterii expensis. *cap. 7. n. 20.*

Monjicio fratrena ante Accusationem, quando est præmittenda. *cap. 7. n. 25. et 16.*

N

Notorium factum quod sit. *cap. 11. n. 29.* quando da-

datur, vel non, in facto notorio. Appellatio. *4 n. 24.*
et sequit. ad 30.

Obligatio Iudicis quo ad se: Ut sit bonus, & juris peritus; non tamen peccat, si iudicet existens in peccato occulto. *cap. 4. n. 1.* peccat, si est ignarus iuris, acceptans officium. 2. quo ad alios tenetur celerrime iudicare. 3. providere de Advocato Pauperem. 4. non acceptare munera. 5. non sententiare, nisi secundum leges. 6. non tamen potest Innocentem certò cognitum, sed probatum Reum morte punire. 9. *et sequent.* in causis civilibus, & minoribus criminalibus potest contra scientiam privatam iudicare. *ibidem. et 21. 22. et sequent.* non tamen punire, Reum cognitum, sed non probatum. 25. *et sequent.* nec sequi potest opinionem probabilem, relicta probabiliore. *vide. Iudicare.*

Officium Iudicis. vide. Iudex. Advocati, Procuratoris, Syndici, & aliorum. vide. Advocatus, Procurator &c.

Opinio tutior quæ sit. cap. 5. n. 2. quæ probabilis, quæ probabilior. 3. *et 4.* Licitum est sequi opinionem probabilem minus cupam aliorum, relicta probabiliore tutiore. 7. *et sequent.* ex auctoritate Doctorum. 11. *et sequent.* qui non errant, ut dicunt Antiprobabilista. 12. *et sequent.* & 140. *et sequent.* ex laudabilitate in aliorum Prudentum iudicio sequendo. 16. *et sequent.* & 49. ex eo, quod opinio minus cupam iudicari potest probabilis ab eodem intellectu in eo respectu probabilioris tutioris. 22. *et sequent.* ex his, quæ dicunt Antiprobabilista. 26. *et sequent.* ex eo, quod Subditus tenetur obedire Superiori, etiã si ipse sit in opinione contraria. 27. *et 28.* ex eo quod sit

probabilis, quod possit quis sequi opinionem minus probabilem, quam quod non. 137. *et sequent.* & ex aliis rationibus allatis. n. 148. *et sequent.* et 150. *vide.* Dubius. Veritas. Iudicium practicum. Probabilitas. Probabilista. Probabilis.

Ordinarius Iudex, qui sit. *cap. 2. n. 9.*
 Ordinaria Iurisdicatio unde sit. *cap. 2. n. 10. 11. et sequent.*
vide. Iurisdicatio.

Ordo cognitionum. *vide.* Causa.

Personæ ad Iudicium intervenientes. *cap. 1. n. 14. et 15.*

Petitiones inutiles. *vide.* Re conventio.

Plus petere quid sit; & quot modis plus petatur. *cap. 10. n. 88. et sequent.* quæ pena plus petentibus datur. 89. & 90. in quibus casibus non incurritur. 91.

Possessionis causa, & proprietatis. *vide.* Causa.

Præscriptio, & Usucapio, quæ sint. *cap. 10. n. 47.* Iure humano introducta sunt. 48. quatuor requirunt. Possessionem, Bonam fidem, Titulum, & Continuationem temporis. 49. quæ sit Bonæ fides necessaria. 50. 51. *et sequent.* quod nam sit tempus requisitum. 55.

Princeps supremus potest aliquando damnare morte aliquem sine ullo facto. Iudicio. *cap. 4. n. 27. et 28.*

Probabilis causa, quam sequi tenetur Iudex, quæ sit. *vide.* Iudicare. In aliis materiis nemo tenetur sequi opinionem probabiliorem. *cap. 4. n. 49. 50. et 51.* nec peccat formaliter, ubi dicitur. *Antiprobabilista*, qui non sequitur probabiliorem. *cap. 5. n. 128.*

Probabilis opinio quæ sit; & quæ concernunt ad probabilitatem. *vide.* Opinio.

Probabilitas subditiua explicatur. *cap. 5. n. 56. et 83. et sequent.*

Probabilistæ non incidunt in damnationem Innocentii XI. *cap. 5. n. 44. 74. et sequent. et 80.* Antiprobabilistæ videntur incurrere in damnationem Alexandri VIII. 43. et 44.

Procurator nō admittitur in criminalibus, nisi ad absentiam Rei excusandam: vel opponendas exceptiones dilatorias: vel si civiliter agatur. *cap. 7. n. 23. 24. et 25.* Casus, in quibus admittitur. 26. et 27. et *cap. 13. n. 22.*

Procurator qui sit, & quotuplex. *cap. 13. n. 11. et 12. et 16.* quomodo constitutur. 13. et 14. differentia inter Iudiciale, & extrajudiciale. 15. quando dicitur fieri Dominus litis. *ibidem.* qui possint, vel non, Procuratorem constituere. 17. et 19: qui Procuratoris officium suscipere possit, vel non. 20. et 21. In scriptis apud Notarium hodie constituitur Procurator. 23. & mandatum ostendere debet ad agendum, non verò ad defendendum. *ibidem.* fines mandati excedens ad quid teneatur. *ibidem. et 23. et 24.* Expirat officium Procuratoris expirante mandato. *vide* Mandatum: Procurator ad lites negligens ad quid teneatur. 27. quæ sit culpa levis juridica, quæ lata, quæ latissima. *vide* Culpa. Procurator Fiscalis. 34.

Purgatio Canonica quæ sit, & quomodo faciendâ. *cap. 9. n. 29. et 30.* Compurgatores quot, & quales requiruntur. 31. et 32. Cui conceditur, & sub qua conditione. 33. et 34. ejus effectus. 36.

Purgatio vulgaris quæ sit. *cap. 9. n. 37.* est prohibita. 38.

Reconventio coram quo JUDGE faciendâ. *cap. 1b. n. 23. et 24.* Fieri non potest in causis criminalibus, nisi de majori crimine, aut ob sui defensionem. 26.

- nec in causis appellationis. 27. nec in causa spoliatio-
nis. 28. nec in causis executivis. 29. nec in iis, qua-
rum qualitas appellationi repugnat. 30. Fieri debet
ante litem contestatam, vel paulò post, durante Iudi-
cio. 31. Pari passu ambulat cum causa conventionis ;
si fiat ante litem contestatam, non verò si fiat, in pro-
gressu Iudicii. *ibidem.*
- Reconventus patitur poenam, si nolit respondere. *cap.*
10. n. 32. nec potest iterum reconvenire Reconvento-
rem. 33.
- Recusatio Iudicis quæ sit. *cap. 12. n. 85.* in quo conve-
niat, vel disconveniat ab appellatione. 86. Proponen-
da ante omnem actum Iudiciale. 87. in scriptis. 88.
Differentia in ea proponenda attento Iure Canonico,
& Civili. 89. cuius Iudicis fieri possit. 90.
- Recusatus Iudex nihil facere potest ; & si quæ faciat,
sunt ipso Iure nulla. *cap. 12. n. 92.*
- Reformatio sententiæ. *vide.* Revisio.
- Regularis Iudex non tenetur servare ordinem Iudicia-
lem. *cap. 6. n. 48.* quæ autem sunt de Iure divino, &
naturali servanda sunt. *ibidem.* In Societate Iesu ra-
tione ; & cum licentia P. Generalis potest ordo iudicia-
lis servari. 57. & quomodo servandus. 58. 59. et 60.
vide. Societatis Iesu.
- Regularium defectus quales, & quomodo puniendi.
cap. 6. n. 49. 50. 51. et sequent. etiam in Societate
Iesu. 54. 55. et sequent.
- Relatio causæ quæ sit, & quæ erat, & nunc est in usu.
cap. 12. n. 93. et 94. quæ necessariò faciendâ. 95. quo
pacto fieri debeat si quando fiet. 96. et 97. eâ factâ, lu-
dex quiescit. 98.
- Res indicata. *vide.* Sententia.
- Restitutio Spoliatorum. *cap. 10. n. 99. vide.* Spoliator.
& Spoliatus.

Re-

Restitutio in integrum quæ sit. *cap. 12. n. 102. et 111.* quibus competit. 103. quid requiritur, ut competat. 104. & 105. quando peti possit. 106. Coram quo Iudice. 107. & 108. Habenda est ratio expensarum factarum ab eo, contra quem datur. 109. Pendente ejus iudicio, nihil innovatur. 110. transit ad heredem universalem, non verò ad Fidejussorem Minoris. 112. conceditur etiam quando quis alienat rem causâ mutandi Iudicii. 113. & 114. & quæ sit talis alienatio facta mutandi causâ Iudicis, *ibidem.*

Restrictio mentalis prohibita. *cap. 8. n. 15. et 16.* quando ea habeatur, vel non. 17. *et 20. cum sequent.* ejus divisio in mentalem purè, & non purè, non est bona, 18. & 19. modi occubandi veritatem sine restrictione mentali. 24. 25. *et sequent.* his potest uti Reus legitime interrogatus. 29. 30. *et 31.*

Revisio sententiæ, & reformatio quæ sit. *cap. 12. n. 99. et 100.* non habet locum, quoties habet locum aliud remedium. 101.

Reus cognitus a Iudice, sed non probatus. *vide.* Iudicare. A Principe supremo potest aliquando damnari nullo facto iudicio. *cap. 4. n. 27. et 28.*

Reus absens contumax quomodo puniatur. *cap. 7. n. 28. & cap. 10. n. 113.* quando amittat dominium Bottonum per immisionem in possessionem eorum factam Actori. *cap. 10. n. 111. et 112.*

Reus occultus non tenetur se manifestare. *cap. 8. n. 2. et 3.* Interrogatus a Iudice de crimine, quod nequit probari, non peccat contra Iustitiam dicens: Accusatorem mentiri. 4. nec tenetur facere crimen interrogatus a Iudice non legitime, si interrogatio tendit ad punitionem; tenetur autem in silentio ad impediendum aliquod illicitum. 5. & 6. legitime interrogatus tenetur 7. & 8. sed cum aliquibus limitationibus.

9. et

9. *et sequent. vide.* Restrictio mentalis. 10. Reus ad sui defensionem potest manifestare crimen occultum Accusatoris, si ea manifestatio est necessaria, non verò si non est necessaria. *cap. 8. n. 32.* non tamen potest opponere falsum crimen Accusatoris. *ibidem. & 33.* Potest fugere è carcere. 33.

S

Sententia Iudicis quæ sit, & quotuplex. *cap. 11. n. 2. et 3.* In quo differat Interlocutoria a Definitiva. 3. & 4. qualiter ferenda. 5. 6. & 7. quæ ad locum, tempus, & dies feriatos pertinent. 6. 11. *et* 12. Continens errorem expressum contra Ius, est nulla. 13. Si non est expressus, injusta. *ibidem.* Si contra ea, quæ de Iure requiruntur ad validitatem, est nulla. 14. Errore cognito, ad quid teneatur Iudex. 15. 16. *et* 17. Si erravit sine dolo: in conscientia non tenetur ad damna, sed potest ab alio Iudice damnari ad illa. *ibidem. et* 18. Iudicis sumptuum sententiâ cognitâ cum errore, iterum causa examinatur. 19. Sententiâ Iudicis inferioris cognitâ nullâ, potest proferri ab eodem Iudice alia sententia: si verò non est ipso Iure sententia nulla, non potest ab eo rescindi. *ibidem.*

Sententiam transire in rem iudicatam, quid sit. *cap. 11. n. 20. et 21.* quando non transeat in rem iudicatam. 22. *et* 23. *et sequent. vide.* Matrimonium.

Sigillum Sacramentale prævalet reliquis Præceptis, & ideo semper servandum. *cap. 4. n. 16. et 17.*

Societatis Iesu Superiores in Subditis dimittendis e Religione non Professis, non tenentur servare ordinem Iudiciale. *cap. 6. n. 62.* Differentia inter Professos, & eos qui Vota post Biennium Novitiatus emisserunt. *ibidem. et n. 63. 64. et sequent.*

spo-

**Spoliator conventus restituerè debet, antequam ob-
ciat. cap. 10. n. 100. quando facienda non sit Resti-
tutio. 101. & 102. Restitutio non solum de re, sed
etiam de fructibus perceptis facienda. 103.**

**Spoliatus ut agat Interdictio: Unde vi. quid requiritur.
cap. 10. n. 104. 105. et 106. Spoliatus dicitur etiam
qui a Iudice injustè privatur possessione 107. Intra
quod tempus debeat Interdictum: Unde vi. intenta-
re. 107.**

**Subconservator Regularium amittit Jurisdictionem
per mortem Conservatoris naturalem, aut civilem,
in causa non incepta ab ipso Subconservatore. cap.
3. n. 28.**

**Subdelegare potest Delegatus a Principe supremo, non
verò ab aliis Ordinariis. cap. 2. n. 25. 26. et 30. vide.
Delegatus a Principe.**

**Syndicus Fratrum Minorum de Observantia coram
Conservatore Conventus conveniri debet. cap. 3. n.
27. in fine. & cap. 13. n. 32.**

T

Tempus requisitum ad Præscriptionem, & Usuca-
pionem. cap. 10. n. 55. vide. Præscriptio.

**Tempus interponendæ Appellationis a qua die currat,
& quomodo computandum. cap. 12. n. 61. et 62. pro-
sequendæ appellationis quomodo currat. 65. 66. &
67. vide. Fatalia.**

**Testes quot, & quales requirantur ad plenam probatio-
nem. cap. 9. n. 1. 2. 3. & 4. Idonei qui sint. 5. qui
prohibentur esse testes. 6. et sequent.**

**Testificari potest qui juravit, se nunquam testificaturum,
si urget necessitas. cap. 9. n. 20. non verò qui scivit
delictum ab ipso Delinquente, aut in Confessione Sa-**

cramentali, aut ut ei daret Consilium, & auxilium. 21. Ad testificandum aliqui cogi non possunt. 23. et sequent.

Tortura quibus ex causis adhibetur. cap. 6. n. 26. & sequent. ejus usus est licitus. 29. & 30. quæ personæ ab ea eximuntur. 32. et 34. quando iteranda, & quot vicibus. 36. extra ipsam ratificare debet Reus post 24. horas quæ in tortura dixit. 35. si excedatur in tortura, confessio est extorta. 40. est etiam ex aliis capitibus extorta confessio Rei. 41. et sequent.

V

V Agabundi judicantur ubi sunt. cap. 2. n. 61.

Veritas actus opinativi non destruitur a veritate actus opinativi oppositi, quanvis a parte rei veritas unius sit falsitas alterius. cap. 5. n. 37. 38. 65. & 66.

Nec quia una opinio videtur probabilior, ideo opposita reputatur falsa. 39. 40. 71. 89. et 90. Præferentia veritatis in actu opinativo non facit ad rem. 41. versu. Verba. et 48. vide. Judicium practicum.

Veritatis inquisitio in electione opinionis qualis requiritur. 59. et sequent. 68. 69. 109. et 138.


Veritas dicenda a Reo. vide. Reus occultus. vel Restri-
ctio mentalis.

L A U S D E O.

PROTESTATIO AUTHORIS.

Quæ scriptæ in primo libro cap. 9. §. 2. n. 13, intelligo pro ut a me ponantur in secunda parte sequente hujus tertii libri.

cap. 9. §. 6. n. 33. & 34.



ERRATA

CORRIGE,

Pag. 2. lin. 22. Sæcularem	Sæculare.
Pag. 31. lin. 17. conjugii	Conjugii.
Pag. 48. lin. 24. nototium	notorium.
Pag. 57. lin. 6. probtur	probat.
Pag. 72. lin. 7. sentiare	sentiare.
Pag. 74. lin. 31. Parte	parte.
Pag. 90. lin. 14. tom.	parte.
Pag. 97. lin. 17. eligandam	eligendam.
Pag. 103. lin. 28. confir- mitate.	conformitate.
Pag. 113. lin. 9. Valentina	Valentia.
Pag. 126. lin. 8. intellectem	intellectum.
Pag. 156. lin. 7. jucer	judicet.
Pag. 168. num. marg. 235. 236. 237.	135. 136. 137.
Pag. 173. lin. 20. relinquere	relinquere.
Pag. 181. lin. 5. eas	eos.
Pag. 200. lin. 30. mutatione	mutationes.
Pag. 258. lin. 11. Accusat.	Attestationibus.
Pag. 282. lin. 3. Reus Actor	Actori.
Pag. 304. lin. 28. Judici	Judicium.
Pag. 320. n. 102.	112.
Pag. 321. lin. 18. sententia	sententia.
Pag. 340. lin. 14. iso	ipso.

*Reliquos errores, præsertim in Orthographia
corrigez Amice Lector.*

1. 1. 1. 1. 1.	...
1. 1. 1. 1. 2.	...
1. 1. 1. 1. 3.	...
1. 1. 1. 1. 4.	...
1. 1. 1. 1. 5.	...
1. 1. 1. 1. 6.	...
1. 1. 1. 1. 7.	...
1. 1. 1. 1. 8.	...
1. 1. 1. 1. 9.	...
1. 1. 1. 1. 10.	...
1. 1. 1. 1. 11.	...
1. 1. 1. 1. 12.	...
1. 1. 1. 1. 13.	...
1. 1. 1. 1. 14.	...
1. 1. 1. 1. 15.	...
1. 1. 1. 1. 16.	...
1. 1. 1. 1. 17.	...
1. 1. 1. 1. 18.	...
1. 1. 1. 1. 19.	...
1. 1. 1. 1. 20.	...

...

